

CONSTITVTIONES
DE
FVNDAMENTIS LEGIS
RABBI MOSIS F. MAIIEMON.

Latinè redditæ per

GUILIELMUM VORSTIUM C. F.

Additis quibusdam notulis, & Abravanelis ſcripto, de Fidei Capite.



AMSTELODAMI,
Apud GUILIEL. & IOHANNEM BLAEV.
cIↃ IↃ c xxxviii.

Eximiæ probitatis, varioque
exculti∬imo vi

D. GERREBRANDO

S. D.



VLtos ſæpe videas, Ornatiſſime Gerbrande, non minus infelici quàm temerario auſu in ipſa ſapientiæ provolare adyta, penitus inſalutato limine, quaſi eruditionis augmentum non lento paſſu ad ingenii deſcendat penetralia, ſed unico impetu repagula omnia perrumpat: meritò tam inſolentem effractorem hæc Diva averſatur, quæ tantum à ſupplici ac modeſto vultu donaria ſibi offerri gaudet, eademque ſui cultoribus benignâ reddit manu. Idem animo verſans, conſultius judicavi potius obvia Iudaicæ religionis promere elementa, quàm aliquid è Doctrinali penu, aut abſtruſioris ſcientiæ extrudere capſulis; præſertim cum omnia Rabbinorum effata ad haſce credendi normas veluti ad lydium lapidem exigantur. Hinc etiam meritò eorum uſum atque notitiam, reliquorum præmittendam judicaverim placitorum ſcrutinio, ne quis neglecto veſtibuli intuitu, dubius nexum hujus cum reliqua deſideret ſtructura; lapſus hic ut evitetur poſterior maximè præſtabit libellus. Vtrumque tuo ut conſecrarem nomini, indefeſſa in perſcrutandis Rabbino-

debiti ſuggeſſit memoria.
., quomodo te ſuaſore, qua-
..is intermiſſam linguæ Hebrææ
..as reſumpſeram : nec ipſe deſiiſti
..unque notitiam, ſub favillis latentem,
..tinctam, ſuavi benevolentiæ ſpiraculo
, atq; emicantibus ſcintillis addere fomen-
.. Itaque vel hoc ſolo nomine iniquum arbitra-
..us ſum, primum huncce fœtum lucis adſpectu privare: elaboratus ſi minus videbitur, judicii maturitatem cum tempore ſimul vires acquirere ultrò fateberis; conatus ſaltem proficiendi, (memor Hillelis, דלא מוסיף יסיף. *Qui non auget ſcientiam, peribit,*) atque animus officij ſenſu perpetuò ſe paſcens nunquam defuit, nec deinceps deerit.

Hoc vadimonio deſino, unicè vovens, ut munificus ille ſapientiæ largitor egregias ingenii tui dotes largâ Spiritûs ſui gratiâ foveat, nobiſque in uberiorem glorioſi nominis ſui ac ſolidæ cognitionis propagationem diuturnas faciat. Vale.

CAN-

CANDIDO

LECTORI.



VT nihil in vaſto hoc rerum ambitu poſitum eſt abſq; naturæ ſuæ fulcro, craſſiorem ſuffulciente partem, ita & in ipſa mente fidei opinio ſua vendicat ſibi fundamenta, ut eorum innixu ſolida, atque à ruinæ periculo immunis conſervetur. Atque hoc in omnibus ferè gentibus, aliquo divinitatis ſenſu imbutis, uſu venire animadvertes; gaudent illæ communibus ac receptis quibuſdam γνωρίσμασι, ne vagæ aut penitus ignotæ rei excogitaſſe videantur cultum. Nec immeritò: caligo enim mera ac horror eſt religio, principiorum face orbata, neque firma ejus notitia niſi ex præcognitis ac veluti anticipatis haberi poteſt; ea verò tantò defæcatiora ſunt, quò propriùs ad ſincerioris revelationis accedunt fontem, minúſque humani admixtum habent commenti.

Prioris veſtigium ſe offert quoque in 613. præceptorum congerie, calculo Rabbinico ita conglomeratâ: prima ſedes decadi adſignata eſt, quo ordine ac judicio non multùm laboraverim; tantum dico, ſecundum ac tertium reipſa nihil diſcrepare, octavum verò nil niſi magiſtrorum eſſe inventum, reliqua ex annexo diſces ſcriptulo: quæ etiam cauſa fuit, ut quatuor priora capita levi tranſilierim pede, cùm primi analyſin texuerit ipſe Abravanel, atque phyſicæ myſteria enucleatiùs aliorum, quàm Iudaicæ gentis monumenta pandant.

Deſumptus verò eſt hic Maimonidæ libellus ex primo volumine Iad, ita vocato à quatuordecim (quem numerum vocula יד deſignat) libris, inter quos gregem ducit liber המדע hammada vel ſcientiæ, *ſic dictus, quod expendat præcepta circa intellectum ſeu mentem hominis verſantia, ad ingenerandum ſincerum ac rectum de Deo ejuſque majeſtate ſenſum. Hic autem ſubdiviſus eſt in quinq; הלכות Hilchot ſeu deciſionum vel conſtitutionum ἀναμφισβητήτων libellos, atque horum*

rum primus eſt de Fundamentis legis, ſeu יסודי התורה, *cujus appellationis rationem aperit Abravanel: quem placuit adjungere, tum quod argumenti vicinitate huic valde conjunctus eſſet, ſæpiuſq; ab eo Ra"mbam ad partes vocaretur; tum imprimis, ut varietas opinionum de numero ac ſerie articulorum ad manus haberetur, atq; conſenſum à nobis hactenus poſtulatum, ab ipſis ſciant deſiderari. Si ullum eſt, ſanè hoc hominum genus pugnaciſſimum cenſeri meretur; videas ſæpe magno molimine doctorum turbam de lana caprina rixari, atq; ubiq; tumultuari in Thalmudico Chaos. Novi quidem, ſanctiſſimæ Chriſti religioni non abſimile crimen probro dari, à multis deploratum eſſe, etiam ab iis, qui non exigua cum laude atque ingenii dexteritate rimandis Thalmudicæ ſcientiæ arcanis operam navarunt, ſed iidem longiùs in opere ſuo provecti, quaſi penitùs obliti lachrymarum, in ipſo limine effuſarum, mutatâ adverſarii perſonâ, maluerunt in ejuſdem Meſſiæ cultores acuere ſtilum, quam aberrantibus ad regis, jam fruſtra tot ſeculis exſpectati, communionem aperire oſtium. Longè majori profectò cum fructu ac ſucceſſu veritatis diffunderetur notitia, ſi linguam & calamum honori ducis atque capitis ſui conſecrarent, nec tantum intempeſtivo tribuerent zelo. Sed hæc fruſtra occinuntur inquietis ac fervidis animis, ac forſitan extra oleas.*

Scriptori huic utrique quantum deferatur, notiſſimum cuilibet eſt, qui vel unico oculo Rabbinorum perſtrinxerit chartas; nihil magis decantatum eſt horum nominibus, ut verbulo amplius non ſit opus. Prioris effigiem, ornatu ſuo expreſſam, videre licet in præfatione Moreh Nebuchim præmiſsâ; poſterioris, in multis ſparſim recentiorum ſcriptis: textum Hebræum huic non adjunximus, ut ſic partim conſuleretur emptoris commodo, partim etiam typothetæ labori; cùm in uno ſufficere queat, utpote nitore ac brevitate dictionis alteri par, ſi non ſuperior.

In verſione tenaciùs inhæſimus veſtigiis textûs, idque maximè in gratiam eorum, qui iiſdem mecum tyrociniis incumbunt: ſi cui horridior videatur, tribuat hoc proprietatis ſtudio, & ubi ab hoc ſcopo aberratum fuerit, candidi pectoris erit, aberranti directricem porrigere dexteram, quâ juvenilis hæc ac lubrica ætas inprimis ſuffulcienda eſt,

para-

paratissima semper ex Hebræorum consilio, לקבל האמת מאיזה שיבא אפילו מאדם פחות à quocunque homine recipere veritatem, etiam minimo. *Neminem autem offendat, si quid dictum in S. S. Christi viderit religionem; mitiora si quis ab hostibus sibi polliceatur, toto cælo errat: nec judicaverim operosâ aut anxiâ monitione hîc utendum apud æquos rerum arbitros, aut ab iis metuendum esse diverbium istud,* שתוק ותנצל Sile, ac tutus eris. *Non enim alio animo progymnasmation hoc damus, quàm ut alios ad ejusdem veritatis excitaremus studium, quò & extranei ad unius regni invitentur consortium, latiusque Sol ille justitiæ lucis suæ dispergat radios.*



יש בכללן עשר מצות שש מצות
עשה וארבע מצות לא תעשה
וזה פרטן :

א'. לידע שיש שם אלוה.
ב'. שלא יעלה במחשבה שיש שם אלוה אחר זולתיה.
ג'. ליחדו.
ד'. לאהבו.
ה'. ליראה ממנו.
ו'. לקדש שמו.
ז'. שלא לחלל את שמו.
ח'. שלא לאבד דברים שנקרא שמו עליהם.
ט'. לשמוע מן הנביא המדבר בשמו.
י'. שלא לנסותו : וביאור כל המצות האילו בפרקים אילו :

In genere ſunt præcepta decem; ſex affirmativa,
& quatuor negativa : ſpecialis eorum
recenſio hæc eſt :

1. *Vt ſciamus eſſe iſtic Deum.*
2. *Ne quis concipiat alium Deum præter Iehovam.*
3. *De unitate ejus.*
4. *Vt diligamus eum.*
5. *Vt timeamus ipſum.*
6. *Vt nomen ejus ſanctificemus.*
7. *Ne prophanemus nomen ejus.*
8. *Ne deſtruamus res, ſuper quas nomen Dei invocatum eſt.*
9. *Vt audiamus prophetam, loquentem Dei nomine.*
10. *Ne tentemus illum. Atq; expoſitio omnium iſtorum præceptorum in hiſce continetur capitibus.*

הלכות
יסודי התורה
רבי׳ משה בן מיימוני׳

CONSTITVTIONES
DE
FVNDAMENTIS
LEGIS
RABBI MOSIS F. MAIIEMON.

פרק ראשון

א יסוד היסודות ועמוד החכמות לידע שיש שם מצוי ראשון והוא ממציא כל — נמצא׳ וכל הנמצאים משמים וארץ ומה שביניהם לא נמצאו אלא מאמתת המצאו׳ ואם יעלה על הדעת שהוא אינו מצוי אין דבר אחר יכול להמצאות ׳ואם יעלה על

Capvt I.

I. Fundamentum fundamentorum, & columna ſapientiæ eſt, cognoſcere, eſſe [1] iſtic primum ens, iſtudque exiſtentiam largiri cuilibet exiſtenti : Omnia enim entia cæli ac terræ, quæque intra illa ſunt, non exiſtunt niſi ex veritate illius exiſtentiæ. Quod ſi concipias, illud non exiſtere, nulla res poterit exiſtere : ſin autem tibi imagineris, nulla exiſtentia eſſe præter illud ſolum, iſtud

המציאות השם *Exiſtentia Dei.*

1. Videtur autor particulâ hac שם ſecutus eſſe vagum illud Philoſophorum Vbi; vel quod præſentiæ divinæ certus aſſignari nequeat locus ; vel, cùm affigat eam ſupremo orbi, vocula hæc potiùs reſecta ſit à nomine שמים cœli.

הדעת שאין כל הנמצאים מלבדו מצויים הוא לבדו יהיה מצוי ולא יבטל הוא לבטולם שכל הנמצאים צריכ׳ לו והוא ברוך הוא אינו צריך להם ולא לאחד מהם׳ לפיכך אין אמתתו כאמתת אחד מהם הוא שהנביא אומר וי׳ אלהים אמת הוא לבדו אמת ואין לאחר אמת כאמתתו והוא שהתורה אומרת אין עוד מלבדו כלומר אין שם מצוי אמת מלבדו כמותו :

Ier. X. 10. Deut. IV. 35.

existet, neque desinet esse propter illorum [2] destructionem: Omnia enim existentia necessarió dependent ab illo; ipse autem Benedictus non opus habet illis, ne quidem ullo eorum. Idcircò non est veritas ejus tanquam veritas aliqua illorum, uti propheta ait: *Dominus Deus veritas est*: q. d. ipse solus veritas est, neque ulla datur veritas similis ejus veritati. Idem quoque lex inquit: *Nullus amplius præter illum solum*: q. d. nulla existit ibi veritas, præter illum solum, sicuti ille est.

2. בטול Cessationem & otium propriè denotat; potest tam ad existentiæ, quàm actionumreferri durationem; juxta pervulgatum istud באבד העלול לא תאבד העילה באינה מתבטלת בבטול העלול *Sublato effectu non tollitur causa, cùm hæc non desinat esse ob illius destructionem.* : Solent autem Hebræi *necessariam existentiam* indicare vocibus מחוייב המציאות oppositè ad אפשרי *contingentem* seu *possibilem* existendi modum.

ב המצוי הזה הוא אלהי העולם אדון כל הארץ והוא המנהיג הגלגל. בכח שאין לו קץ ותכלי׳

II. Istud ens est Deus mundi, Dominus totius terræ, gubernans sphæram potentiâ, quæ caret fine ac termino, & virtute nunquam cessante: orbis [3] enim indesinenter

Par. II. cap. 2. 3. Non absimili ratione, licet paulùm solidiore, in Moreh existentiam primi entis ex hoc motu colligit: Cælum, inquit, vel est generabile ac corruptibile unà cum motu suo; vel ingenerabile & incorruptibile: Si prius, tum existentiæ suæ habet autorem Deũ: Quicquid enim esse incipit, cùm non fuit, id esse sui vel existentiæ habet autorem. Si hoc, ut motus ejus fuerit sempiternus, tum motor ejus non erit corpus, aut potentia in corpore. circum-

בכח שאין לה הפסק שהגלגל סובב תמיד ואי אפשר שיסוב בלא מסבב והוא ב"ה המסבב אותו בלא יד ובלא גוף :

circumagitur. Fieri autem nequit, ut orbis in gyrum agatur absque circummovente: is verò est Deus benedictus, circumvolvens eum absque 4 manu & corpore.

4. Motûs hujus originem aliquantò plenius autor Cuzri exprimit: Lib.V.s.2. חייב חפץ האלקים וחכמתו סבוב הגלגל העליון אשר יסוב פעם בכל כ"ד שעות ויסבב עמו כל הגלגלים : *Voluntas atque Sapientia Dei necessariam reddit circumvolutione supremi orbis, qui singulis viginti quatuor horis circumactus, secum rapit reliquos orbes.*

ג ודיעת דבר זה מצות עשה שנאמר אנכי ה' אלהיך וכל המעלה על דעתו שיש שם אלוה אחר חוץ מזה עובר בלא תעשה שנאמר לא יהיה לך אלהים אחרים על פני וכופר בעיקר שזהו העקר הגדול שהכל תלוי בו :

III. Cognitio autem hujus rei est præceptum adfirmativum, juxta quod dicitur; *Ego sum Dominus Deus tuus.* Exod.XX. 2. Quicunque verò sibi imaginatur, alium esse Deum præter hunc, is violat præceptum negativum, quod ait: *Non habebis Deos alienos coram me:* Ibid.vers.3. & negat maximum 5 fundamentum, à quo reliqua dependent.

5. כופר בעיקר idem est cum כופר בשם *abnegante Deum*, seu atheo. Vsurpatur autem vox עיקר radix, quod ipse sit quasi basis ac fulcrum mundi, absque cujus conservatione ilico universum hoc corrueret. Hoc nomine etiam designatur, qui articulum fidei in dubium vocat; utroque modo hæc phrasis usurpata creberrimum usum habet tam apud Thalmudistas, quàm alios..

ד אלוה זה אחד הוא ואינו לא שנים ולא יותר על שנים אלא אחד שאין

ייחוד אל
אחדות השם
Vnitas Dei.

IV. Hic Deus unus est, non duo, aut plures duobus, sed unicus: cujus unitas non est similis individuis, quæ reperiuntur in mun-

כייחודה אחד מן האחדים הנמצאים בעולם· לא אחד במין שהוא כולל אחדים הרבה· ולא אחד בגוף שהוא נחלק למחלקות ולקצוות אלא אחד שאין ייחוד אחר כמותו בעולם :

mundo : nec unus est specie, complectente plura individua : neq; unus corpore, quod est divisibile in partes atque extrema; sed ita unus est, ut nulla unitas similis isti in mundo reperiatur.

ה אילו היו אלוהות הרבה היו גופים וגויות מפני שאין הנמנים השוים במציאותן נפרדים זה מזה אלא במאורעים שיארעו בגופות ובגויות. ואילו היה היוצר גוף וגויה היה לו קץ ותכלית שאי אפשר להיות גוף שאין לו קץ וכל שיש לו קץ ותכלית יש לכחו קץ וסוף :

סלוק או הרחקה הגשמות

Remotio corporalitatis.

V. Si plures darentur dii, isti essent corpora: quia similes constituti in essentiis suis non distinguerentur à se invicem nisi per accidentia, quæ reperiuntur in corporibus. Et si creator esset corpus, haberet finem ac terminum : cùm fieri nequeat, ut sit corpus non habens finem : at verò quicquid præditum est fine aut termino, limitatam & determinatam habet virtutem.

ו ואלהינו ברוך שמו הואיל וכחו אין לו קץ ואינו פוסק שהרי הגלגל סובב תמיד אין כחו כח גוף· והואיל ואינו גוף לא יארעו לו מאורעות הגופות כדי שיהא נחלק ונפרד מאחר לפיכך אי אפשר שיהיה אלא אחד וידיעת דבר זה

VI. Dei autem nostri, cujus benedictum sit nomen, potentia cùm non habeat terminum, neque cesset, (nam certe orbem perpetuò versat) non erit potentia ejus corporea. Quapropter, cùm nec ipse sit corpus, etiam corporum accidentia in illo non habebunt locum; ut sit divisibilis aut separabilis ab alio. Itaque non nisi unus esse poterit : & cognitio hujus rei est præceptum adfirmativum,

מצות עשה שנאמר ה' אלהינו ה' אחד :

tivum, quod ait: *Dominus Deus noster Deus unus est.* Deut.VI.4.

ז הרי מפורש בתורה ובנביאים שאין הקב"ה גוף וגויה שנאמר כי ה' הוא האלדים בשמים ממעל ועל הארץ מתחת והגוף לא יהיה בשני מקומות· ונאמר כי לא ראיתם כל תמונה· ונאמר ואל מי תדמיוני ואשוה· ואילו היה גוף היה דומה לשאר גופין :

VII. Certè expositum est in lege & prophetis, Sanctum & Benedictum non habere corpus, juxta illud quod dicitur: *Dominus Deus noster in cælis supernè, & in terris infernè:* corpus autem non est in duobus locis. Item: *Quia non vidistis ullam imaginem.* Et dictum est: *Cui adsimilaretis me, aut æqualis essem:* Si autem esset corpus, similitudinem haberet cum reliquis corporibus. Deut.IV.39. Deut.IV.15. Esa.XL.25.

ח אם כן מהו זה שכתוב בתורה ותחת רגליו וכתובים באצבע אלדים· יד ה' עיני ה' אזני ה'· וכיוצא בדברי' הללו· הכל לפי דעתן של בני אדם הוא שאינן מכירין אלא הגופות ודברה תורה כלשון בני אדם והכל כנויים הם כמו אם שנותי ברק חרבי וכי חרב יש לו ובחרב הורג אלא משל· והכל משל :

VIII. Si ita se res habet, quidnam sibi vult, cùm scriptum est in lege: *Et sub pedibus ejus: item, Scriptæ digito Dei: manus Dei; oculi Dei; aures Dei. & id genus alia?* Omnia (dicuntur) juxta hominum notitiam, qui tantùm apprehendunt corpora: & loquitur lex phrasi humana; omniaque sunt allegorica; ut e. c. *Quum acuero coruscantem gladium meum.* Quid? gladiumne habet, & ense interficit? Nonnisi metaphoricè; & totum istud est parabolicum. Exod.XXIV.10. Exod.XXXI.18. Psal.VIII.7. & 18.4. 1. Reg.9.3. Psal.118.73. Deut.XXXII.41.

ט ראיה לדבר זה

IX. Probatio hujus rei est, quod

שנביא אחר אומר שראה
Dan.7.9. הקב"ה לבושו כתלג חיור.
ואחר ראהו חמוץ בגדים.
Es.LXIII. I. ומשה רבינו עצמו ראהו על
הים כגבור עושה מלחמה
Exod.34.6. ובסיני כשליח צבור לומר
שאין לו דמות וצורה אלא
במראה הנבואה ובמחזה
ואמתת הדבר אין דעתו של
אדם מבין ולא יכלה
להשיגו ולחקרו וזהו שאמר
הכתוב החקר אלוה תמצא
Iob.XI. 7. אם עד תכלית שדי תמצא:

propheta quidam ait, se vidisse vestimentum Sancti & Bened. instar nivis candidæ: Et alius conspexit eum vestibus rubricatum. Et Moses M. n. vidit illum in mari ut strenuè belligerantem; ac in Sinai tanquam [6] legatum Synagogæ obvolutum, ad indicandum (Deum) non habere figuram aut imaginem nisi in visione prophetica & ectasi. Veritatem [7] hujus scientiæ non intelligit homo, neque potest assequi, aut investigare; uti Scriptura ait: *Annum profunditatem Dei invenies, usque ad perfectionem invenies?*

6. Idem loquendi modus occurrit in Rosch hasana cap. I. fol. 17. 18. 71. unde & forte hic petitus est, ubi ad locum Exod. XXXIV. 6. (ad quem procul dubio autor noster etiam respicit) *& transivit Dominus ante faciem ejus.* R. Iohannes ita inquit: אלמלא מקרא כתיב א"א לאומרו מלמד שנתעטף הק"בה כשליח צבור והראה למשה ואמר לו כל זמן שישראל חוטאין יעשו לפני כסדר הזה ואני מוחל להם: *Nisi in lege scriptum esset, non posset hoc dici; docens, quod Deus obvolutus fuerit veluti legatus Synagogæ, atque ostenderit se Mosi, eique dixerit: quocunque tempore Israelitæ peccaverint, hoc pacto faciant, & ego parcam iis.*

7. Cur autem nemo mortalium veritatem essentiæ divinæ possit concipere, proficisci ait in Moreh, ex turbulenta ac tenebricosa, quæ illos circumdat, materia: Ibid. materiam dicit esse veluti maceriam magnam atque velum, impediens apprehensionem intelligentiæ separatæ.

י מהו זה שבקש משה
Exod. XXXIII. 18. רבינו להשיג כשאמר הראני

X. Quidnam istud est, quod petiit Moses M. n. ut consequeretur, cùm ait: *Videam quæso* [8] *glo-*

נא את כבודך בקש לידע
אמתת המציאות של הקב"ה
עד שיהיה ידוע בלבו כמו
ידיעת אחד מן האנשים
שראה פניו ונחקקה צורתו
בלבו שנמצא אותו האיש
נפרד — בדעתו — משאר
האנשים כך בקש משה
רבינו להיות מציאות הקב"ה
נפרדת — בלבו — משאר
מציאות הנמצאים עד שידע
אמתת המצאו כאשר היא׳

8 *gloriam tuam?* Quæſivit cognoſcere veritatem eſſentiæ Dei, donec eſſet nota intellectui ejus, tanquam notitia cujuſdam ex hominibus, quum contemplatur ejus faciem, & inſculpitur ejus menti imago iſtius, ut iſte homo diſtinctus exiſtat in animo ejus à cæteris hominibus: ſic rogavit Moſes M. n. ut eſſentia San. B. in mente ejus diſtincta eſſet ab entium reliquorum eſſentiis, uſque dum cognoſceret veritatem eſſentiæ ejus, uti in ſe eſt; ſed reſpondit ei

8. Quid *Gloriæ* nomine deſignaverit Moſes inter ipſos magiſtros diſceptatur. In Schemot Rab. volunt, petitionem fuiſſe de præmiis pios manſuris, ac felicitate impiis in hoc ſeculo obventurâ, ut liceret ſibi eam oculis uſurpare, hoc pacto: נתאוה לעמוד על מתן שכרן של צדיקים ושלותן של רשעים ומניין שמתן שכרן של צדיקים נקרא כבוד שנ׳ כבוד חכמים ינחלו ומניין ששלותן של רשעים נקרא כבוד שנ׳ ואחר כבוד תקחני: *Expetivit conſiſtere ſuper donum mercedis piorum, & proſperitatem impiorum; donum autem præmii juſtorum appellatur gloria* Q. D. *Gloriam poſſidebunt ſapientes: Sic* Prov.3. 35. *quoque felicitas improborum* Q. D. *Poſtmodum in gloriam recipies me.* Pſal.73.24. Ejuſdem farinæ pandit Tanchuma, ubi ipſe Moſes introducitur de ſingulis præmiis à Deo ſciſcitans, cuinam hominum ſcil. hic vel ille theſaurus reſervatus eſſet, & Deus ad ſingula interrogata reſpondere fingitur. R. autem Iehuda in Cuzri, *Gloriam Dei* ait eſſe corpus ſubtiliſſimum, quod Deus aliquando prophetis videndum exhibuit, huc Lib.4.ſ.3. quoque refert orbes, angelos, & quicquid tenui ſtabilique præditum eſt ſubſtantia. Hîc verò Moſen ait tam ſubtile conſpexiſſe corpus, ut nullus prophetarum id potuerit contemplari. Alibi formas ſpirituales Lib.2.ſ.4. ait vocari *Gloriam Dei*; atque §. 8. ita depingit. הכבוד ניצוץ אור אלקי המועיל אל עמו ובארצו: *Gloria hæc ſcintilla ſeu radius lucis divinæ eſt, cedens in utilitatem populi ejus, idque in terra ejus.* Maimon hîc, uti & Par.1.cap.54.& cap.64. in More, ubi fuſe de hoc loco agit, pro ipſa eſſentia ac veritate Dei ſumit.

Deus:

והשיבו הקב"ה שאין כח בדעת האדם החי שהוא מחובר מגוף ונפש להשיג אמתת דבר זה על בוריו:

Deus: non poteſt intellectus hominis [9] vivi, compoſiti ex corpore & anima, perſpicuè aſſequi veritatem hujus rei.

Bamidb. rabah. fol. 178.

9. Imo ex mente Hebræorum nec angeli miniſterii, ut hîc plus deferatur Moſi quàm beatis ſpiritubus; hoc modo R. Hakiba חיות הנושאות את הכסא אינן רואות את הכבוד Addit R. Simeon f. Hazæi: אף מלאכי השרת שחייהם חיי עולם אינן רואין את הכבוד: *Animalia ſanctitatis, ſuſtinentia thronum, nunquam vident gloriam; uti nec angeli miniſterii, ſempiternam agentes vitam.* Hæc quoque cauſa eſt, cur fingant, angelos invidia adverſus Moſen accenſos fuiſſe, quod tam curioſis oculis thronum gloriæ rimaretur.

יא והודיעו הקב"ה מה שלא ידע אדם לפניו ולא ידע לאחריו עד שהשיג מאמתת המצאו דבר שנפרד הקב"ה בדעתו משאר הנמצאי' כמו שיפרד אחד מן האנשים שראה אחוריו והשיג כל גופו ומלבושו בדעתו משאר גופי האנשים ועל דבר זה רמז הכתוב ואמר וראית את אחורי ופני לא יראו:

Exod. XXXIII. 23.

XI. Revelavit autem illi Deus id, quod nullus cognovit homo ante aut [10] poſt illum, adeo ut apprehenderit ex veritate eſſentiæ ejus aliquid, quô ſegregatus fuit Deus in ejus mente à cæteris entibus, uti quis diſcernit aliquem hominum, cùm videt tergum ejus, & aſſequitur mente ſua corpus atque veſtimentum ejus à reliquis hominum corporibus: & hanc rem Scriptura myſticè proponit, cùm ait: *Poſteriora mea videbis, facies autem mea non videbitur.*

Bava bathra cap. 5. f. 68.

10. Hinc illud: *Facies Moſis fuit tanquam facies ſolis; Ioſuæ verò tanquam facies lunæ:* q. d. in apprehenſione lucis ſpiritualis tantum diſcriminis inter hos utroſque fuiſſe, quantum inter lumen ſolis ac lunæ. At licet aliquanto præſtantior dici poſſit revelatio facta Moſi reſpectu vatum præcedentium, num idem etiam de ſubſecuturis ipſum

ipſum ſtatuendum erit ? Sanè ipſe Maimon agnoſcit Meſſiam in prophetia æqualem (majorem fore non audet aſſerere) Moſi futurum: Sic enim in Teſchuva : cap. 9. המלך שיעמוד מזרע דוד בעל חכמה יהיה יותר משלמה ונביא גדול הוא קרוב למשה רבינו: *Rex, qui ſurget ex ſemine Davidis, ſapientiâ majori ornatus erit ipſo Salomone, & magnus propheta, proximus Moſi m. n.* Parum ſibi conſtant magiſtri, ubi de inſigni Moſis ſapientia nihil vulgare eructant : modò enim ſcientiam ejus angelicæ præferunt, modò inferioris faciunt ſubſellii, ut in iſto Roſch haſana & Nedarim : חמשים שערי בינה נבראו בעולם וכלם נמסרו למשה חוץ מאחת שנ׳ ותחסרהו מעט מאלהים : Cap. 1. fol. 21. 71. Cap. 4. fol. 38. 71. *Quinquaginta portæ ſcientiæ ſunt creatæ in mundo , atque omnes traditæ ſunt Moſi, exceptâ unicâ* Q. D. *Minorem eum feciſti pauliſper angelis.* Ponunt Pſal. VIII. 5. autem quinquaginta intelligentiæ oſtia juxta quinquaginta, ut volunt, angelos , tam multos ac varios motus in orbibus cientes. Secretioris ſcientiæ doctores idem quoque extundunt ex voce מ״ט , quam tali characterum ſitu pingendam eſſe in hoc loco ſtatuunt , ita ut ט in medio emineat ; jam verò מ״ט efficiunt 49, unde conſequitur Moſen tot ſcientiæ generibus inſtructum fuiſſe , ac unum defeciſſe. Sanè nauſeam lectori ſæpius movere tam inſulſas otioſorum hominum nugas, nil mirum eſt ; ejuſmodi placentulis gaudent convivas ſuos paſcere, idque etiam magni beneficii loco ducunt. Si dicendum, quod res eſt , penitus obliviſcuntur hi mortales humanæ ſortis , ubi Moſis ſui ebuccinant encomia , & paulùm abeſt , quin magiſtrum ſuum Deo ipſi æquent ; imò revera proximâ illum poſt Deum cathedrâ ponunt: atque hinc procul ſuſpectæ fidei exulare commercium , non obſcurè teſtatum facit R. Ioſua F. Sohib in Comment. ſuo ad cap. 30 Exod. ubi multis proſequitur quinque Moſaicæ dignitatis gradus, à quorum enumeratione, brevitatis ergô, ſuperſedemus; verba autem hæc præmittit : ונתעלה בהם על שאר הנבראים ואפילו המלאכים *Atque per eos* (gradus) *elevatus eſt ſupra reliquas creaturas , etiam angelos.* In tertia eminentiæ claſſe inquit : ולכן נתעלה על האבות ועל בני דורו ועל הבאים אחריו *Idcirco etiam excellentior fuit patriarchis , & filiis ſui ſeculi , atque poſt ipſum venientibus.* Tandem hoc effato omnes claudit : כדי שיהיה שלם בכל המעלות גופניות ורוחניות שיהא מעולה על כל הנבראים עליונים ותחתונים. *Vt eſſet perfectus in omnibus eminentiis corporalibus & ſpiritualibus , atque ſuperior eſſet omnibus creaturis ſuperioribus, vel cœleſtibus, atque inferioribus.* Quid ſupereſt , niſi ut creaturarum eximatur numero , atque æternæ divinitatis pronuncietur ſocius ? Tenuia ac diluta præ his ſunt , quæ de Meſſia ſuo, tàm crebris ac repetitis votis, ſed incaſsùm hactenus exſpectato,

promunt; cùm tamen multò auguſtius & magnificentius ejus dotes ſacra depingat hiſtoria. Vt autem appareat, quàm lubricâ variaque linguâ & calamo honori doctoris ſui litent, ex altera parte videre eſt, quàm contemptim rurſus de eodem verba faciant; dum eum modò exutum prophetiæ dono, modò ſpoliatum ſapientiâ introducunt; jam iracundum, ac ſine cauſa bilem in populum evomentem apud aquas contentionis, ut apud eundem R. Ioſuam in XIX. Levit. caput obſervare licet. Pluribus hæc proſequitur Albo part. 4. Cap. 22. ubi examinat cauſas decreti divini, de Moſe in terram promiſſam non admittendo, dicitque, ex ſapientum veterum judicio, עיקר החטא *principale peccati* Moſaici ſitum fuiſſe in eo, quod Iſraelitas appellaverit *rebelles*. Num. 20. 10. hac enim ratione, inquiunt, זלזל כבודן של ישראל *vilipendit honorem Iſraelis*; atque ejuſmodi plurium contemptum cum prophatione Dei coincidere. Ra"mbam verò autumat, crimen intempeſtivæ indignationis à Moſe commiſſum fuiſſe, quod vid. חנם *immeritò* & ſine cauſa ſuccenſuerit Iſraelitis: Ipſe autem Albo duplici peccato cenſet Moſen ſe obnoxium reddidiſſe, מעוט אמונה ὀλιγοπιστία atque חלול השם divini nominis profanationi. Alia, quæ exaggerando huic facto ab iſto proferuntur autore, haud difficulter lector ex eodem percipiet. Hiſce affinia reperire eſt in tract. Peſachim fol. 66. alia vid. Not. 13. ad cap. 7. &c.

יב· וכיון שנתברר שאינו גוף וגויה יתברר שלא יארעו לו אחד ממאורעות הגופות לא חבור ולא פרוד לא מקום ולא מדה לא עליה ולא ירידה לא ימין ולא שמאל לא פנים ולא אחור לא ישיבה ולא עמידה ואינו מצוי בזמן עד שיהיה לו ראשית ואחרית ומנין

XII. Poſtquam autem probatum eſt, illum non eſſe corpus, manifeſtum erit nulla reperiri in eo accidentia corporum; non compoſitionem, neque diviſionem; non locum, nec menſuram; non adſcenſum, neque deſcenſum; non dextrum, neque ſiniſtrum; non anterius, neque poſterius; non ſeſſionem, neque ſtationem, neque quicquam exiſtens in tempore, ita ut habeat principium

שנים ואינו משתנה שאין לו
דבר שיגרום לו שנוי :

pium vel finem, atque numerum annorum: non enim variabilis eſt, quia nihil in eo eſt, quod mutationem in ipſo efficere poſſet.

יג. ואין לו לא מות ולא
חיים כחיי הגוף החי ולא
סכלות ולא חכמה כחכמה
האיש החכם לא שינה ולא
הקיצה לא כעס ולא שחוק
לא שמחה ולא עצבות לא
שתיקה ולא דבור כדבור
בני אדם וכן אמרו החכמים
אין למעלה לא ישיבה ולא
עמידה׳ לא עורף ולא עפוי :

XIII. Non in eo (locum habet) mors, neque vita ſecundum vitam corporis viventis; neque ſtultitia, nec ſapientia juxta cujuſquam viri ſapientis prudentiam; non ſomnus, neque vigiliæ; non indignatio, neque riſus; non lætitia, neque ægritudo; non ſilentium, neque loquela ſecundum ſermonem humanum; & ita dixêre ſapientes: *non eſt ſuperiùs ſeſsio neque ſtatio, non diviſio neque compoſitio.*

יד. והואיל והדבר כן
הוא כל הדברים הללו
וכיוצא בהן שנאמרו בתורה
ובדברי נביאים הכל משל
ומליצה הן כמו שנאמר
יושב בשמים ישחק כעסוני
בהבליהם כאשר שש ה׳
וכיוצא בהן על הכל אמרו
חכמים דברה תורה כלשון
בני אדם וכן הוא אומר
האותי הם מכעיסים :

XIV. Poſtquam autem ita ſe res habet, omnia iſta, & id genus alia, quæ in lege & ſermonibus prophetarum dicuntur, mera parabola & allegoria ſunt, ſic cùm dicitur: *Sedens in cælis ridebit. Provocarunt me vanitatibus ſuis.* ac ſi Deus lætaretur. De hiſce omnibus & ſimilibus dixerunt ſapientes: *Loquitur lex linguâ humanâ.* Et ipſe ait: *Nonne illi me irritantes?*

Pſ. II. 4.
Deut. XXXII. 21.
**Sanhed. cap. 7. fol. 63. &c.*
Ier. VII. 19.

Mala.III.6. טו הרי הוא אומר אני ה׳ לא שניתי ואילו היה פעמים כועס ופעמים שמח היה משתנה וכל הדברים האלה אינן מצוים אלא לגופים האפלים השפלים שוכני בתי חומר אשר בעפר יסודם אבל הוא ברוך הוא יתברך ויתרומם על כל זה:

Ib. IV. 18.

XV. Sanè ipſe inquit : *Ego Deus non mutor :* Quod ſi eſſet aliquando triſtis, aliquando lætus, eſſet mutabilis : at iſthæc omnia reperiuntur nonniſi in corporibus tenebricoſis & abjectis, *incolentibus domicilia lutea, quorum fundamentum* (ſitum) *in pulvere* ; ſed Benedictus ille celebretur, ſupraque hæc omnia extollatur.

פרק שני

א האל הנכבד והנורא הזה מצוה לאהבו וליראה ממנו׳ שנאמר ואהבת את ה׳ אלהיך ונאמר את ה׳ אלהיך תירא׳ והיאך היא הדרך לאהבתו וליראתו׳ בשעה שיתבונן האדם במעשיו וברואיו הנפלאים והגדולים ויראה מהן חכמתו שאין לה ערך ולא קץ׳ מיד הוא אוהב ומשבח ומפאר ומתאוה תאוה גדולה לידע השם הגדול כמו שאמר דוד צמאה נפשי לאלהים לאל חי:

Deut.VI.5.
Deut.X 20.
Pſal.XLII.3.

Caput II.

I. HVjus Dei glorioſi & formidabilis præceptum (eſt) ut diligamus eum, atque (nobis) ab eo timeamus ; ſicuti dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum.* Sic quoque dictum eſt : *Dominum Deum tuum timebis.* At [1] quænam eſt via ad amorem atque timorem ejus ? Quando homo animum adverterit ad opera, atque creaturas ejus ſtupendas, ac contemplatus fuerit in iis ſapientiam ejus, (cujus nullus eſt finis aut æſtimatio,) ſtatim diligit, laudat ac celebrat, ſummoque deſiderio expetit cognoſcere magnum illum Deum ; ſicuti ait David : *Sitivit anima mea Dominum Deum vivum.*

1. Amo-

I. Amorem uti & timorem duplicem faciunt, unum המנויה לדבר נאהב *existentem è re amabili*, ut e. c. opibus, donis, beneficiis &c. hunc indignum Deo atque servorum proprium esse volunt: de quo illud circumfertur האהבת שהיא תלויה בדבר בטל דבר בטלה אהבה *Amor qui pendet ab aliqua re, si res ipsa cesset, cessat & amor.* Alium verò, qui resultat ex rei ipsius amatæ præstantia ac pulchritudine absque respectu felicitatis aut boni ab ea præcepti aut sperandi; atque hic illis אהבה אמתית *amor verus est*, dignusque creatore. Eodem ferme modo de timore differunt, dum timorem provenientem ex apprehensione supplicii aut mali, imo exclusionis è paradiso &c. vocant יראה עמי הארץ הנשים וקטנים *metum plebeculæ, mulierum & puerorum.* Alium verò promanantem ex conceptu summæ majestatis atque excellentiæ creatoris; qui *reverentiæ* potius venit nomine. Sed hi homines perfectiorem colendi rationem exigunt, quàm ipsa lex præscribit. Quis dilectionem aut metum, subnixum spe præmii aut formidine exitii, sincerum negabit, cùm Deus pro eo agnoscat? Imo cum ipse populum suum propositis pœnis à legis violatione absterrere, ac bonis ad ejusdem obsequium exstimulare voluerit?

Pirke avoth, cap. 5.

Eundem fere in sensum R. Pinchas in Baritha de justorum cultu atque dilectione ait: שעובדים להקב"ה ונותנים כבוד ויקר למלכותו מפני שהוא לבדו קדם את הכל ומלא את העליוני' והתחתונים וטובו הרב ברא את העולם במאמר ולא בעמל והוא אב וגבור חכם וטוב ורחום וסובל את הכל ומכלכל את כל בריותיו ויודע רזי עולם ומטיב לרעים ולטובים ומאריך לרשעים לבעבור ישובו ויחיו: *Qui serviunt Sancto bened. & gloriam atque decus tribuunt imperio ejus, eò quod solus sit ante omnia, atque repleat tàm superiora quàm inferiora, cujus maxima bonitas dictô condidit mundum absque ullo labore: ipse est pater omnipotens, sapiens, benignus atque misericors, sustinens omnia atque continens omnes creaturas suas; qui novit arcana mundi, atque benefacit tam impiis quàm piis, ac improbis vitam producit, quò resipiscentiam agant atque vivant.* Sic R. Iehuda de timore לא ברא הקב"ה עולמו אלא שיראו מלפניו: *Non creavit Deus mundum* (alio fine) *nisi ut metuerent ipsum.*

ב וכשמחשב בדברים האלו עצמן מיד הוא נרתע לאחוריו' ויירא ויפחד וידע שהוא בריה קטנה שפלה אפלה עומדת בדעת קלה

II. Cùm autem quis in rebus istis cogitationem habet occupatam, statim quasi retrorsum raptus timebit atque expavescet; cognoscetque se creaturam parvam, abjectam ac tenebricosam,

מעוטה לפני תמים דעות׃ כמו שאמר דוד כי אראה שמיך מעשה אצבעותיך מה אנוש כי תזכרנו׃

Pſal.VIII. 4. & 5.

conſiſtere tenui cognitione amiĉtam coram perfeĉtiſſima ſcientia; uti ait David: *Cùm contemplor cœlos tuos opus digitorum tuorum; quid eſt homo quod memor ſis ejus?*

ג ולפי הדברים האלו אני מבאר כללים גדולים ממעשה רבון העולמים כדי שיהיו פתח למבין לאהוב את השם כמו שאמרו חכמים בענין אהבה שמתוך כך אתה מכיר את מי שאמר והיה העולם׃

Bereſchit Raba. cap.I.&c.

III. Pro ratione illarum rerum inſignes exponam concluſiones de opere Domini mundi: Vt videl. ſit janua ſapienti ad amandum Deum; uti ajunt ſapientes in negotio dileĉtionis: *Propterea inde cognoſces illum, qui dixit, & conditus eſt mundus.*

ד כל מה שברא הקב"ה בעולמו נחלקו לשלשה חלקים׃ מהן ברואים שהן מחוברים מגולם וצורה והם הווים ונפסדים תמיד כמו גופות האדם והבהמה וצמחים והמתכות׃ ומהן ברואים שהן מחוברים מגולם וצורה אבל אינן משתנין מגוף לגוף ומצורה לצורה כמו הראשונים אלא צורתן קבועה לעולם בגולמם ואינן משתנין כמו אלו׃ והם

IV. Omnia quæ creavit Deus in orbe ſuo in tres dispeſcuntur claſſes. Inter iſtas creaturas quædam ſunt compoſitæ ex materia & forma, eæque perpetuò generantur ac corrumpuntur, ſicut corpora hominum, quadrupedum, plantarum ac mineralium. Aliæ verò ſunt compoſitæ ex materia & forma, ſed non mutantur de corpore in corpus, & de forma in formam, ſicuti priores, ſed forma earum perpetuò infixa eſt materiæ, neque variantur ſicut iſtæ; ut ſunt orbes, iis ſtellæ inque: neque eſt materia aut forma earum ſimilis reli-

quarum

הגלגלים והכככים שבהן׃ ואין גולמם כשאר גולמים ולא צורתם כשאר צורות׃ ומהן ברואים צורה בלא גולם כלל והם המלאכים׃

quarum materiæ ac formis. Quædam etiam habent formam abſque ³ ulla omnino materia, vid. angeli : quia non ſunt corpora, ſed formæ diſtinctæ à ſe invicem.

שהמלאכים אינן גוף וגויה אלא צורות נפרדות זו מזו׃

2. Non multum ab hac diviſione recedit Albo, cùm diſcriminat omnia נמצאים in עומדים בעצמם *ſubſiſtentia per ſeipſa*, ſeu ſubſtantias, & עומדים בזולתם *ſubſiſtentia per alia*. Illa rurſus dividit in corpora, intelligentias ſeparatas atque animas : hæc verò in accidentia corporum atque formas materiales. Decem autem ſtatuit corpora, novem cæleſtia, ac decimum vult eſſe materiam, ſitam in centro orbis lunæ, prout ipſe fuſius eadem perſequitur : ſuffecerit nobis hæc ſtrictim delibaſſe; nec enim jam nobis animus eſt ejus veſtigia premere, aut lectorem paſcere diſtinctionum tricis. *Ikkar. lib. 2. cap. 11.*

3. De angelorum ſimplici natura non ſatis conſtans eſt magiſtrorum ſententia, nonnulli eorum judicant, creatos eſſe angelos ex ſubtilioribus elementis, ut R. Ieſuda in Cuzri. Alij verò, inter quos & autor Iaziræ, angelos uti & animas conditos eſſe ex ſpiritu S. citante eodem R. Iehuda in Cuzri. Singulis etiam diebus angelos השרת miniſterii vel miniſtrantes ex quolibet Dei verbo creari doctores produnt in tract. Chagiga fol. 14. *Lib. 4. §. 4.* *Lib. 4. §. 25.*

ה ומהו זה שהנביאים אומרים שראו המלאך אש ובעל כנפים הכל במראה הנבואה ודרך חידה׃ לומר שאינו גוף ואינו כבד כגופות הכבדים כמו שנאמר כי ה׳ אלהיך אש אוכלה הוא ואינו אש אלא משל וכמו שנאמר עושה מלאכיו רוחות׃

V. Quidnam eſt iſtud, quod prophetæ ajunt, ſe vidiſſe angelum ignis & præditum alis? Hoc omne (dicitur) in viſione prophetica & modo parabolico; ad indicandum, illos non eſſe corpora, neque graves inſtar corporum gravium. Eodem modo dicitur: *Dominus Deus ignis conſumens* : ipſe autem non eſt ignis, niſi metaphoricè : ſic quoque dicitur: *Facit angelos ſuos ventos*. *Deut. IV. 24.* *Pſal. CIV. 5.*

VI. Qua-

ו ובמה יפרדו הצורות זו מזו והרי אינן גופין לפי שאינן שוין במציאותן אלא כל אחד מהן למטה ממעלתו של חבירו׳ והוא מצוי מכחו זה למעלת מזה והכל נמצאים מכחו של הק״בה וטובו׳ וזהו שרמז שלמה בחכמתו ואמר כי גבוה מעל גבוה שומר:

VI. Quanam [4] in re diſtinguentur formæ à ſe invicem, ſi non ſint corpora? In eo, quod non ſunt ſimiles in eſſentiis ſuis, ſed unuſquiſque illorum gradu inferior eſt ſocio ſuo, & unus virtute ſuâ exiſtit ſupra alium: omnes autem exiſtunt potentiâ Dei, ejuſque bonitate. Et hoc eſt, quod obſervavit Salomon in ſua Sapientia, cùm ait: [5] *Altus ſuperior alto obſervat.*

Ecc.v. 8.

4. Paulùm explicatius ita ſe res habet, vult diſtinctionem angelorum petendam eſſe ex eorum operandi atque apprehendendi virtute, ita ut pro minori vel majori robore atque ſagacitate etiam ſuperioris vel inferioris ſint ſubſellii. Addit verò Albo unum eſſe cauſam alterius: hoc pacto ſcil. ut animalia ſanctitatis ſint cauſa Ophenim, hi Orelim, atque ſic deinceps uſque ad decimum ordinem Iſchim, quem cauſam atque præſidem faciunt elementorum, omniumque infra orbem lunæ poſitorum. Nonnulli etiam ſequeſtrationem intelligentiarum conſtituunt in diſtinctis officiis atque legationibus, dum cuilibet angelo peculiarem ac unicam tantùm legationis adſignant provinciam, ac negant duobus angelis aut pluribus unam atque eandem demandari legationem, juxta iſtud in Bereſchit rabah: cap. 20. אין מלאך אחד עושה שתי שליחיות: *Nullus angelus duas obit legationes.* Hinc etiam vocant unum præſidem ignis, ut Gabrielem; alium principem aquæ; alium grandinis præfectum, vid. Iarkomi. &c. Difficultati autem, quæ poſſet injici de angelo, (quem nonnulli eorum Raphaelem fuiſſe opinantur) miſſo ad Abrahamum, ut Lothum ab imminente liberaret exitio, ita occurrunt, ut dicant: nuncium factum Abrahamo atque Lothi ereptionem unum idemque munus eſſe, utpote ab unius potentiæ atque authoritatis uſurpatione profectum &c. Atque hinc procul dubio eſt, quod Aben Ezra cuilibet iſtorum propriam tribuat legationem; uni enim vult injunctum fuiſſe nuncium de partu Saræ; alteri eductionem Lothi; tertio verò everſionem Sodomæ & Gomorrhæ.

Lib.2.cap. 12.

Midraſ. Rabah. cap.20.

Et Peſachim: cap.10.

inorrhæ. Nec multum ab hoc abludit iſtud in Midraſch Raba: *Michael verba facit de ſuo miniſterio; Gabriel verò adſcendit, ſicuti miſſus erat ad evertendam Sodomam; Raphael autem ad eripiendum Lothum.* Gabrielem quoque nugantur Ioſephum, ad Ægypti gubernacula admotum, 70 linguas docuiſſe. Vid. in Sutha fol. 36. Ibid. etiam fol. 31. & 33. ventilatur nugamentum Thalmudicis dignum ingeniis: Num videl. angeli miniſtrantes Chaldaicam etiam calleant linguam; & tandem ultro citroque ſerrâ contentionis reciprocatâ, affirmantium parti acceditur. Plura de angelis eorumque officiis qui avet noſſe, Reuchlinum adeat de arte Cabaliſt. lib. 3. ubi 72 nomina angelorum enumerat, perq; ea tradit nomen tetragrammaton pronunciari à ſecretioris ſcientiæ peritis. Tantùm addo, Iudæos fere omnibus rebus peculiares adſignare angelos; hoc modo Gabrieli volunt impoſitam fructuum curam, quâ ad maturitatem perducuntur. Sanhed. p. 95. eumque inſigniunt nominibus, *Piskon*, *Ithmon* & *Sigaron*. Ibid. fol. 44. Similiter angelum conceptioni præpoſitum appellant *Lilah* Nidd. p. 16. atque Abrahami egiſſe cuſtodem. Sanhed. p. 96. Spiritum ventis præfectum vocant *Dumah* Sanh. p. 94. Alium quoque depingunt, nomine *Sandalphon*, ſedem ejus pone *Mercaveh* ponunt, ſingulisque 500. annis, ajunt, obambulare, atque à terra uſque ad animalia vel *Chajoth* (de quibus Ezech. 1.) pertingere Chagig. fol. 13. Hujuſmodi rapſodias de nomiminibus variis atque officiis angelorum ſparſim ingerunt. Cap. 20.

5. *Altus ſeu* גבוה in Midraſch Kohelet interpretantur de angelis; גבוהים *altiſſimi*, de Deo. R. verò Ioſi F. Chaninæ, גבוה exponit de דוכסין איפרכין וסטסטליטין *ducibus, principibus & ſatellitibus: Altiſſimi* de מלך חי עולמים *Rege vivo mundi.*

ז וזה שאמרנו למטה ממעלתו של חברו אינה מעלת מקום כמו אדם שיושב למעלה מחברו אלא כמו שאומרין בשני חכמים שאחד גדול מחברו בחכמה שהוא

VII. Hoc quod diximus de inferiore gradu ſodalis ſui, non eſt (accipiendum) de gradu loci, ſicuti homo quis ſuperior ſedet ſocio ſuo; ſed uti ajunt: cùm è duobus ſapientibus unus excellit ſapientiâ alterum, tum iſte gradu ſuo eſt ſuperior illo; & cùm

D ajunt:

למעלה ממעלתו של זה וכמו שאומרין בעילה שהיא למעלה מן העלול:

ajunt: *Causa est superior effectu suo.*

ח שינוי שמות המלאכים על שם מעלותם הוא ולפיכך נקראים חיות הקדש והם למעלה מן הכל ואופנים ואראלים וחשמלים ושרפים ומלאכים ואלדים ובני אלדים וכרובים ואישים:

VIII. Varietas nominum angelorum est pro ratione ₅ graduum ipsorum, & propterea vocantur *Animalia sanctitatis*, quæ omnium sunt suprema, & *Ophanim*, *Oralim*, *Chasmalim*, *Seraphim*, *Angeli*, *Dii*, *Filii Dei*, *Cherubim* & *Ischim*.

5. Etiam, ex mente Hebræorum, à distinctis operationibus ac muneribus, ut e. c. Raphael sic dictus est, quod mittatur לרפאת ad sanandum hominem; si verò לעזר ad opitulandum, vocatur Hezeriel, atque ita in cæteris.

Easdem appellationes licet sparsim videre in Chagiga cap. 2. Sic R. Iehuda: אתה כוננתה שם (ברקיע) אופנים שרפים וחיות הקדש ומלכי השרת שנ׳ סולו לרוכב: *Disposuisti ibi* (scil. in expanso) *Ophanim*, *Seraphim*, *Animalia Sanctitatis atque Angelos ministerii*, *sicuti dicitur*: *Extollite qui*
* Psal. LXVIII. 5. *inequitat amœnitatibus*. Decem hi gradus etiam recensentur in Midrasch Bereschit. חיות *seu viventia* dici putant, quod vitam inferioribus largiantur creaturis: *Sancta* verò, quod in creatione illorum non habuerit locum sanctificatio illa, reliquis creaturis à Deo communicata, sed naturali quasi sanctitate prædita, istâ non opus habuerint. Censet
Lib. 2. cap. 11. verò Albo ita quidem vocari orbes, sed nunquam angelos nisi חיות אש *Animalia ignis*.

אפנים *Ophanim* desumptum quidam volunt à פנים notante præstantiam, honorem atque sapientiam, ad indicandum horum spirituum excellentiam ac sagacitatem; sed longius petita est hæc etymi ratio, & præstat à genuina vocis significatione non deflectere.
In exposit. Sed Hamoreh. Elementa autem existimat Abravanel hac voce nuncupavisse Maimonida in Moreh; quæ nominis impositio quomodo in elementa

quadret,

quadret, non video; nisi fortè eò respiciat, quòd crebris suis mutationibus instar rotarum perpetuò in circulum agantur.

חשמל Conflatum alii volunt ex מל & חש quasi celeriter amputans, ad significandum eximium hujus Spiritûs robur, ac fortè potentiam ultricem: alii ex חשה ac מלל quod scil. modò taceat, modò sermocinetur: In Chagiga cap. 2. fol. 13. hanc reddunt appellationis hujus rationem: מאי חשמל חיות אש ממללות *Quidnam est Chasmal? Sunt animalia ignis loquentia.* Sed meritò duæ hæ posteriores inter commentitias reputantur notationes, utpotè multum ab origine sua divertentes, atque nullo subnixæ fundamento; in priore plus apparet speciei. Non ineptè cum Abravanele interpretaberis de statuto atque decreto divino, seu ejusdem vi atq; efficacia, per vocem *Chasmal* expressâ: quia judicium de captivitate Babylonica quasi igne ac fervore Domini factum fuerat. *Animalia* autem vult denotare quatuor angelos principes, quatuor monarchiis præfectos, vid. regno Babylonico, Persiæ, Græciæ atq; Romano; eodē modo & rotas de quatuor hisce imperiis exponit. *In Sod Hamoreh & Commen. Daniel. font 2. pal. 2.*

Inter *Ischim* ab Hebræis etiam numeratur Gabriel, utpote nomen maris seu viri gerens. Hic gradus est idem cum שכל או ספירא עשירית *intelligentia decima*, dictâ quoque intellectus agens. Est autem hæc ultima classis Sephiroth condita, uti in Bereschit Rabah legere est, in Sabbatho; unde quoq; ipsi nomen istius diei quandoq; tribuitur. Prophetiæ atque miraculorum dona hujus interventu ajunt mortalibus communicari: quo colore, nondum apparet; nisi quod fingendi licentia nullum agnoscat terminum, uti inprimis cernitur in assignandis angelorum stationibus; sumite tantùm istud R. Iochanan F. Zechai: *Chagiga cap. 2.* הלא מן הארץ עד לרקיע מהלך חמש מאות שנה ועובים של רקיע מהלך חמש מאות שנה וכן בין כל רקיע ורקיע למעלה מהן חיות הקדש רגלי החיות כנגד כולן קרסולי החיות כנגד כולן גופי החיות כנגד כולן צוארי החיות כנגד כולן ראשי החיות כנגד כולן קרני החיות כנגד כולן למעלה מהן כסא הכבוד רגלי כסא כבוד כנגד כולן כסא הכבוד כנגד כולן מלך אל חי וקיים רם ונשא שוכן עליהן: *Nonne à terra usque ad expansum est iter quingentorum annorum, & sinus expansi continet tractum* 500. *annorum? Inter quodlibet autem expansum sunt animalia sanctitatis, atque pro ratione istorum omnium constituta sunt animalium pedes, crura, poplites, corpora, cervices, capita atque cornua, ac his innititur thronus gloriæ, cujus fulcra sunt pro numero* (cornuum) *istorum; solio autem gloriæ elevatus insidet rex vivus atque æternus.* Ejusdem fere commatis sunt, quæ R. Eliezer (aliquando à nobis versus) de ordinibus angelicis promit his verbis: *Pirke. cap. 4.* ארבע כתות של מלכי השרת מקלסין לפני הק"בה מחנה ראשונה מיכאל מימינו מחנה שנייה של גבריאל על שמאלו אוריאל לפניו מחנה רביעית של רפאל מלאחריו ושכינתו

של

של הק״בה בלחנע: *Quatuor catervæ sunt angelorum ministerii, celebrantium Sanctum bened. Primam aciem occupat Michael à dextra Dei consistens; secunda est Gabrielis, à sinistra ejus: tertia Urielis, ante conspectum ejus: quarta Raphaelis, à tergo; in medio agit gratiosa Dei præsentia.* Sic quoque quatuor animalia sanctitatis affixa esse ait solio gloriæ, ac Cherubim, Orelim suas tribuit sedes, aliasque plures rancidas nugas (quibus autor iste scatet) ad nauseam inculcat.

ט כל אלו עשר השמות שנקראו בהן המלאכים על שם עשרה מעלות שלהם הם ומעלה שאין למעלה ממנה אלא מעלת האל ב״ה היא מעלת הצורה שנקראת חיות לפיכך נאמר בנבואה שהן תחת כסא הכבוד׳ ומעלה עשירית היא מעלת הצורה שנקראת אישים והם המלאכים המדברים עם הנביאים ונראין להם במראה הנבואה לפיכך נקראו אישים שמעלתם קרובה ממעלת דעת בני אדם: *Vid. Dan. IX. 21.*

IX. Omnia ista decem nomina, quibus vocantur angeli, sunt pro ratione decem graduum ipsorum: gradus autem qui non habet inter illos superiorem, nisi gradum Dei Ben. est gradus formæ, dictæ *Chajoth* vel *animalia*; idcircò dicitur in prophetia, quod sint infra solium gloriæ. Gradus verò decimus est gradus formæ, quæ vocatur *Ischim*; & sunt angeli, qui locuti fuêre cum prophetis, atque ab illis conspecti sunt in visione prophetica; idcirco appellantur *Ischim*; quia gradus eorum est proximus gradui scientiæ humanæ.

י וכל הצורות האלו חיים ומכירין את הבורא ויודעים אותו דעה גדולה עד למאד כל צורה וצורה לפי מעלתה לא לפי גדלו׳

X. Omnes autem istæ formæ viventes cognoscunt creatorem, atque valdè excellenti notitiâ eum noscunt, unaquæque forma pro ratione gradûs sui, non pro ratione excellentiæ suæ; ac idcirco gra-

ואפילו מעלה הראשונה אינה יכולה להשיג אמתת הבורא כמה שהוא אלא דעתה קצרה להשיג ולידע׃ אבל משגת ויודעת יותר ממה שמשגת ויודעת צורה שלמטה ממנה׃ וכן כל מעלה ומעלה עד מעלה עשירית גם היא יודעת הבורא דעה שאין כח בני אדם המחוברים מגולם וצורה יכול להשיג ולידע כמותה׃ והכל אינן יודעים הבורא כמו שהוא יודע עצמו׃

co gradus primus non poterit comprehendere veritatem conditoris, ſicuti in ſe eſt, ſiquidem intellectus ejus contractior eſt, quàm ut aſſequatur & cognoſcat (eum:) attamen magis apprehendit atque cognoſcit, quàm adſequitur ac intelligit forma inferior illâ. Et ita unuſquiſque gradus uſque ad gradum decimum cognoſcit creatorem notitiâ, quali non poſſunt (Deum) homines, compoſiti ex materia & forma, adſequi aut cognoſcere. Nulli autem cognoſcunt creatorem, uti ipſe cognóſcit ſeipſum.

יא כל הנמצאים חוץ מן הבורא מצורה הראשונה עד יתוש קטן שיהיה בטבור הארץ הכל מכח אמתתו נמצאו ולפי שהוא יודע עצמו ומכיר גדולתו ותפארתו ואמתו הוא יודע הכל ואין דבר נעלם ממנו׃

XI. Omnia exiſtentia, præter creatorem, à prima forma uſque ad minimum reptile, quod eſt in umbilico terræ, omnia (inquam) potentiâ ejus veritatis exiſtunt. Et quia ipſe cognoſcit ſemetipſum, ac intelligit excellentiam, gloriam atque veritatem ſuam, ideo cognoſcit omnia, & nihil eſt abſconditum ei.

יב הק״בה מכיר אמתו ויודע אותה כמו שהיא

XII. Sanctus Ben. intelligit veritatem ſuam, atque cognoſcit eam, uti reipſa eſt; neque intelli-

ואינו יודע בדעה שהיה חוץ ממנו כמו שאנו יודעים שאין אנו ודעתנו אחד· אבל הבורא ית׳ הוא ודעתו וחייו אחד מכל צד ומכל פנה ובכל דרך ייחוד· שאלמלא היה חי בחיים ויודע בדעה חוץ ממנו היו שם אלוהות הרבה הוא וחייו ודעתו· ואין הדבר כן אלא אחד מכל צד ומכל פנה ובכל דרך ייחוד :

git notitiâ distinctâ à seipso, uti nos cognoscimus, quia nos & intellectus noster non sunt unum: sed creator excelsus, ipse, intellectus atque vita ejus sunt unum omni modo, respectu atque ratione unitatis. Quòd si viveret per vitam, atque intelligeret per notitiam extra seipsum; essent in mundo multi Dii, ipse & vita atque intellectus ejus: sed nihil tale hîc locum habet; cùm unus sit ex omni parte, omni ratione ac modo unitatis.

יג. נמצאת אתה אומר הוא ויודע והוא הידוע והוא הדעה עצמה הכל אחד :

XIII. Itaque dicas, ipse est & intelligens, & intelligibile atque ipsamet cognitio, omnia unum sunt.

יד. ודבר זה אין כח בפה לאמרו ולא באזן לשמעו ולא בלב האדם להכירו על בריו· ולפיכך אומר חי פרעה חי נפשך ואין אומר חי ה״ אלא חי ה״ שאין הבורא וחייו שני׳ כמו חיי הגופים החיים או כחיי המלאכים :

Gen. XLII. 15. 1. Sam. I. 26.

XIV. Hæc autem res non potest ore proferri, nec auribus usurpari, aut mente hominis perspicuè comprehendi; & propterea ait: *Vitæ* 6 *Pharaonis. Vivit anima tua*; non verò dicit: *Vitæ Domini*, *sed vita Domini*: quia creator ejusque vita non sunt duæ res, sicuti vitæ corporum viventium, sive uti vitæ angelorum.

6. חי notatum zere accidens corporis viventis esse volunt, nec posse usurpari de creatore; secus verò si subscriptum habeat patach

tach חי h. e. *vivus* vel *vivens*, ut omnis compoſitio quàm longiſſimè à Deo arceatur.

טו׃ לפיכך אינו מכיר הברואים ויודעם מחמת הברואים כמו שאנו יודעים אותם אלא מחמת עצמו יודעם לפיכך מפני שהוא יודע עצמו ידע הכל שהכל נסמך בהויתו לו׃

XV. Idcircò non cognoſcit neque intelligit creaturas per creaturas, uti nos apprehendimus eas; ſed per ſemetipſum: idcirco quatenus ſeipſum intelligit, etiam cognoſcit omnia: cujuſlibet enim rei eſſentia in ipſo fundata eſt.

יז׃ דברים אלו שאמרנו בענין זה בשני פרקים אלו כמו טיפה מן הים הם ממה שצריך לבאר בענין זה׳ ובאור כל העקרים שבשני פרקים אלו הוא הנקרא מעשה מרכבה׃

XVI. Quæ de hoc negocio diximus in duobus illis capitibus, ſunt tanquam gutta è mari; hinc oportet ea declarare in hac materia. Expoſitio autem omnium articulorum in duobus iſtis capitibus, vocatur *opus* 7. *quadrigæ*.

7. Si primam vocis מרכבה originem ſpectes, propriè vehiculum vel currum notat; unde etiam pro deportatione aut migratione ſumitur; atque in hunc ſenſum exponunt nomen hoc de migratione שכינה vel *Spiritûs S.* è terra Iſraelis, quæ contigit in ſeptima captivitate ſub Nebucadnezare. Sed cùm in viſione, Ezechieli oblatâ, ſæpius rotarum occurrat mentio, ibique & angelorum ac Dei ſpecies repræſentatæ legantur, hinc factum, ut vox hæc hyperphyſicis tribuatur contemplationibus, atque univerſa ſcientia de natura ſpirituum atque Dei, nomine *Mercavæ* veniat. Quouſque autem ſeſe extendat hæc myſteriorum ratio, non uſquequaque inter magiſtros convenit: Rabbenu Iehuda Hakkadoſch, exiſtimat omnes tres viſiones ſcil. rotarum, animalium atque hominis vocari *opus Mercavæ*, atque de nulla iſtarum licitum eſſe docere niſi ſumma & principalia capita. Rab inquit, extendi uſque ad poſtremum: *Et vidi* verſ. 27. R. verò Iſaac *Chagiga cap. 2.*

Iſaac ait uſque ad *Chaſmal*; & ab iſto: *Et vidi* uſque ad *Chaſmal* abſolutè licitum eſt omnia tradere; ſed hinc & ulterius non fas tradere niſi ſumma ac præcipua capita. Alij inquiunt: Ab iſto *Et vidi* uſque ad *Chaſmal* tradimus tantum principalia capita; hinc atque ulterius ſi fuerit ſapiens atque perſpicaci ingenio præditus; ſin minus, nequaquam.

Chagiga Cap.2.

יז צוו החכמים הראשונים שלא לדרוש בדברים אלו אלא לאיש אחד בלבד והוא שיהיה חכם ומבין מדעתו: ואח"כ מוסרין לו ראשי הפרקים ומודיעים אותו שמץ מן הדברי' והוא מבין מדעתו וידע סוף הדבר ועמקו:

XVII. Mandarunt priſci ſapientes, iſtas res proponendas eſſe non niſi apud unum tantùm, qui cognoſcat ac ſapiat [8] ſuo intellectu; deinde tradant illi principia capitum; atque eum pauxillùm hac de re erudiant: ipſe autem cognoſcat proprio intellectu, atque intelligat finem ac profunditatem hujus rei.

8. Hinc iſtæ regulæ: *Non tradunt principalia capita niſi patri domûs judicii, cujus cor dolore ac mœrore affectum eſt.* Et paulò poſt: *Non tradunt ſecreta legis niſi conſiliario, ſapienti artium & perito eloquentiæ.* Hæc etiam cauſa eſt, cur juvenes atque pueros à myſteriorum horum inſtitutione ac lectione arceant, horrendo divinæ ultionis [ſi fides narrationi habenda] admoniti exemplo: referunt enim adoleſcentulum in ædibus magiſtri ſui aliquando in primo cap. Ezechielis legiſſe, cumque jam perveniſſet ad verba iſta verſ. 4. *E cujus medio Chaſmal*, ignem prodiiſſe à Chaſmale, miſerumque adoleſcentem combuſſiſſe. Tantum verò hîc abfuit temeritatis nota, ut prudentiores inter ipſos non niſi ſenilem ætatem judicaverint ad ſecreta iſta admittendam eſſe: Sic R. Eliezer, cùm diceret ipſi R. Iohannes: *Veni, & docebo te opus Mercavæ*, reſpondiſſe fertur; *Nondum conſenui, ac ſentio adhuc fervorem naturæ & motus juveniles.* Idem Hebræorum ſtatutum obſervat Origenes in prooemio 4. Homil. in Cant. *Ajunt obſervari etiam apud Hebræos, quod niſi quis ad ætatem perfectam maturamque pervenerit libellum hunc ne quidem in manibus tenere permittatur. Sed & illud ab eis accepimus cuſtodiri; quandoquidem moris eſt apud eos omnes Scripturas à Doctoribus tradi pueris, ſimul & δευτερώσεις [ſive Miſnajoth,] ad ultimum quatuor iſta*

capita

capita servari: Principium Genesis, in quo mundi creatura describitur, & Ezechielis principia, in quibus de Cherubim refertur, & finem, in quo templi ædificatio continetur, & hunc Cantici Cant. librum. Hinc videtur deprompsisse Hieronymus præfat. ad Ezechielem: *Lege*, inquit, *cautum fuit apud Hebræos, ne quis minor annis triginta, quædam initii Geneseos capita, Cantica Cant. & partem aliquam Ezechielis, nempe principium de Cherubin, & finem de ædificatione templi legeret.* Causam hanc reddit: *Propterea quod in illis occurrant nonnulla, quæ humanæ rationi & perversis nostræ carnis affectibus absurda cogitandi præbere videntur occasionem.* In eundem fere sensum Nazianzenus in Apologet. de hoc veterum Hebræorum consilio scriptum reliquit: *Non omni ætati*, ait, *sacra omnia legenda discendave permittebant; id verò partim quod non expediret omnibus omnia statim nosse, partim, quod non omnes omnia possent capere. Itaque ea, quæ facilia sunt, qualia quæ apertis narrationibus historicis constant, omnes vel à puero statim discebant: eas verò scripturas, quæ sub vili panniculo literæ pretiosa intrinsecus contegunt Sacramenta, nullum patiebantur ante vigesimum quintum annum cognoscere; quod quidem veluti munus & præmium quoddam volebant propositum exercitio virtutis his, in quibus ad illud ætatis vita probata & suavitas morum atque intelligentiæ capacitas elucebat.*

יח ודברים אלו דברים עמוקים הם עד למאד ואין כל דעת ודעת ראוי לסבלן ועליהם אמר שלמה בחכמתו - דרך משל כבשים ללבושיך׳ כך אמרו חכמים בפי משל זה׳ דברים שהן כבשונו של עולם יהיו ללבושיך כלומר לך לבדך׳ ואל תדרוש אותם ברבים ואליהן אמר יהיו לך לבדך ואין לזרים אתך ועליה׳

XVIII. Ista autem usque adeo abstrusa sunt, ut nullus intellectus capax sit intelligere ea: & propterea ait Salomon in sapientia sua modo parabolico: *Arcana in vestibus tuis.* Similiter Prov. XXVII, 26.
dixêre sapientes in expositione hujus similitudinis, *Res quæ sunt veluti arcana mundi, sint in vestimentis tuis:* q. d. tibi soli (reservabis) neque expones eas vulgo: atque ideo ait: *Sint tibi soli*, (notæ) non autem extraneis tecum. Ac de iisdem dicit: *Mel & lac infra linguam tuam.* Cant. IV, 11.
Hoc ita expo-

אמר דבש וחלב תחת לשונך כך פירשו החכמים הראשונים דברים שהן כדבש וחלב יהיו תחת לשונך :

Chagiga cap. 2. fol. 13. fuêre prisci sapientes : *Res ista, quæ sunt tanquam mel & lac, sint infra linguam tuam.*

פרק שלישי

א הגלגלים הם הנקראים שמים ורקיע וזבול וערבות והם תשעה גלגלים· הקרוב ממנו הוא גלגל הירח והשני של מעלה ממנו הוא גלגל שבו הכוכב הנקרא כוכב וגלגל שלישי של מעלה ממנו שבו נוגה· גלגל רביעי שבו חמה חמישי שבו מאדים וגלגל ששי שבו כוכב צדק וגלגל שביעי שבו שבתי וגלגל שמיני שבו שאר כל הכוכבים שנראי׳ ברקיע וגלגל תשיעי הו׳ גלגל החוזר בכל יום מן המזרח למערב והוא המקיף ומסבב את הכל :

Caput III.

I. Orbes sunt, qui vocantur [1] *Cælum, expansum, habitaculum* &. *amœnitates.* Sunt autem novem orbes. Orbis nobis proximus, est orbis *lunæ :* secundus verò superior illo, est orbis in quo stella, dicta [2] *Mercurius :* & orbis tertius superior illo, in eo *Venus :* orbis quartus, in quo *Sol :* quintus in quo *Mars :* & orbis sextus, in quo stella *Iovis :* orbis autem septimus, in quo *Saturnus :* orbis verò octavus, in quo reliquæ omnes stellæ, quæ conspiciuntur in expanso: orbis autem nonus, est qui circumit singulis diebus ab oriente in occidentem ; & iste cingit atque ambit omnes.

1. Quandoque expansi nomine magistri complectuntur omnes
Chagiga. cap. 2. cælos, ut in isto Rab. שני רקיעין הן שמים ושמי שמים רבי אלעזר אמר ז״ רקיעין הן שמים ושמי שמים רקיע שחקין מעון זבול ערפל: *Duo sunt expansa, cælum & cælum cælorum. R. Eliezer, inquit, septem sunt expansa; vid. cælum atque cælum cælorum, nubes tenuissimæ, habitaculum* [primum scil.] *secundum,*

& locus tenebrarum. Eodem pacto R. Iehuda duos ponit cælos conſpicuos. R. verò Simeon F. Lakiſch ſeptem, atque duobus cælis annumerat angelos, animas ſyderaque omnia. Verbulo indicandum eſt, quidnam propriè duabus poſtremis deſignent vocibus; ita habeto ab ipſorum pictoribus: In loco, ab iis dicto *Zebul* vel *habitaculum*, exſtructum eſſe ajunt altare, in quo Michael ſacrificium offerat pro peccatis, ibi quoque turmas angelorum miniſterii agere, cantilenis celebrantes Deum, uti & theſauros nivis ac grandinis latere. *In haravoth* verò ſeu *amœnitatibus* judicium & pacem vigere, ibique gazas vitæ, tranquillitatis & benedictionis aſſervari atque animas juſtorum, uti & animas creandas, item rorem, quem in ſuſcitandis mortuis Deus ſit effuſurus. Quis non crederet hoſce magiſtros oculorum acie ipſa cælorum penetraſſe adyta, qui ita in numerato beatarum ſedium habent arcana? Vt melius ordo ac nexus ſingulorum orbium cum intelligentiis videatur, non abs re erit, paucula hæc adjicere ex Albo, cujus hæc ſunt verba: במה שמשכיל שהוא אפשרי המציאות יושפע ממנו גרם החלק המניע התנועה היומית׃ וכן מן השכל השני יושפע ממנו שלישי ונפש גלגל הכוכבים הקיימים וגרם גלגל על זה הדרך׃ וכן מן השלישי יושפע שכל רביעי ונפש גלגל שבתאי׳ וגרמו ומן השכל הרביעי שכל חמשי ונפש גלגל צדק וגרמו ומן השכל החמישי שכל ששי ונפש גלגל מאדים וגרמו ומן הששי שכל ז״ ונפש גלגל החמה וגרמו ומן הז״ שכל שמיני ונפש גלגל נוגה וגרמו ומן הח״ שכל תשיעי ונפש גלגל כוכב וגרמו ומן הט״ שכל העשירי ונפש גלגל הט״ שהוא נפש גלגל הירח ומן העשירי יושפע חומר כל מה שתחת גלגל הירח וכל הנפשות אשר שם והשכל העשירי הזה הוא שיקראוהו שכל הפועל׃ *Quatenus* [intelligentia] *quæ intelligit, eſt exiſtentiæ contingentis, promanat ex ea corpus diſtinguens motum diurnum; atque eodem modo ex intelligentia ſecunda profluit intelligentia tertia, atque anima orbis ſtellarum fixarum, & ſimili ratione corpus orbis: ſic è tertia promanat quarta intelligentia & anima orbis Saturni, ejuſque corpus: ex quarta reſultat intelligentia quinta & corpus animaque orbis Iovis: ex quinta, intelligentia ſexta & anima corpuſque orbis Martis: è ſexta eſt ſeptima, ſimulque cum anima corpus orbis Solis: è ſeptima eſt octava & corpus animaque orbis Veneris: ab octava eſt nona, uti & corpus atque anima orbis Mercurii: E nona autem eſt decima, & anima corpuſque orbis Lunæ: atque è decima promanat omnis materia, quæ eſt infra orbem lunæ, & omnes animæ, quæ ibi ſunt, atque hanc decimam intelligentiam vocant intellectum agentem.* Non abſimili ratione *Sephiroth* depingunt Hebræi, uti videre licet in Bereſchit Raba; ubi decima Sephirah etiam vocatur illis *intellectus agens*, atque die Sabbathi à Deo creatam dicunt: ſingulo enim diei creationis ſuam tribuunt Sephira,

Lib. 2. *cap.* 11.

Cap. 11.

atque tres primas ſpirituale quiddam eſſe ſtatuunt, atque appellant nomine אור ſeu *lucis*.

2. Hîc *Mercurium* & *Venerem* infra ſolem ponit juxta Ptolomæum, ita ut ſol in medio ſitus, tres ſupra & tres infra ſe habeat planetas; ipſe tamen agnoſcit in Moreh, veterum omnium ſententiam fuiſſe, orbes Mercurii & Veneris eſſe ſupra ſolem conſtitutos; uti & Adeloſenorum, qui poſt Ptolomæum venerunt, mathematici excellentiſſimi: hi juxta principia Ptolomæi demonſtrarunt, orbes Mercurii & Veneris ſedes ſuas habere ſupra ſolem. Contra verò Abubechar contendit, fieri nulla ratione poſſe, ut Venus ac Mercurius ſupra ſolem poſiti ſint. Planetas autem communi nomine vocant משרתים h. e. *miniſtros* vel *miniſtrantes*, ut videre eſt apud Aben Ezra in Exod. XVI. I. & D. Kimchi in Pſal. CXLVI. & I. Sam. XII. 5. *In cælo ſunt*, inquit, *angeli*, *tanquam exercitus magnus*, *& ſeptem miniſtrantes*. Reliquæ verò ſtellæ erraticæ Hebræis vocantur כוכבי לכת *ſtellæ inceſſûs vel ambulatoriæ*; eædem quoque אור ſeu *lucis* ſtellæ ipſis dicuntur, & collocat eas Kimchi in ſphæra octava, נבוכים etiam nomine veniunt, q. d. *fluxas*, *inſtabiles*. Fixas verò volunt dici קבועים à קבע ſignificante *ſtabilire*, *firmare*: Numerum ſtellarum apparentium faciunt 1098. atque eas proprio nomine recenſuiſſe ajunt Davidem in Pſal. CXLVIII. 3. *Laudate eum omnes ſtellæ lucis*.

Part. 2. cap. 9.

ב וזה שתראה כל הכוכבים כאלו הם כלם בגלגל אחד וא עפ שיש בהן זה למעלה מזה מפני שהגלגלים טהורים וזכים כזכוכית וכספיר׳ לפיכך נראין הכוכבים שבגלגל השמיני מתחת גלגל הראשון:

II. Quod autem conſpicis omnes ſtellas quaſi omnes eſſent in uno orbe, licet unus ſit ſuperior altero, hoc inde fit; quod orbes ſunt puri & immaculati inſtar cryſtalli aut ſapphyri; idcircò apparent ſtellæ orbis octavi infra orbem primum.

ג כל גלגל וגלגל משמנה הגלגלים שבהן הכוכבים נחלק לגלגלים

III. Vnuſquiſque orbis, ex octo orbibus, in quibus ſunt ſtellæ, dividitur in plures orbes, unus ſupra alium, uti involucra

הרבה זה למעלה מזה כמו גלדי בצלים· מהן גלגלים סובבים ממערב למזרח ומהן סובבים ממזרח — למערב — כמו הגלגל התשעי החוזר ממזרח למערב וכלן אין ביניהם מקום פנוי :

in cæpa. [3] Ex illis quidam circumeunt ab occidente in orientem; alii verò circumaguntur ab oriente in occidentem, ut ſphæra nona, rediens ab oriente verſus occidentem: neque eſt inter illos locus vacuus.

3. Quatuor aſſignat in Moreh cauſas motûs ſphærici, vid. rotunditatem orbis; animam, intellectum, quo poteſt aliquid formaliter concipere vel cogitare, atque intellectum ſeparatum ſeu deſiderium & appetitum orbis. Perfectionem autem orbium ac ſtellarum ex eo præcipuè metitur Albo, quod actu moveantur ad exequendum Dei voluntatem: fingit enim iis mandatum hoc à Deo datum fuiſſe, ut perpetuò ſe in gyrum agant. Quò verò ſphæra vel aſtrum majori perfectione eſt præditum, eo paucioribus, ex ejus mente, gaudet operationibus: hinc orbi diurno unum & ſimplicem attribuit actum, lunæ verò plures & magis varios reliquis omnibus ſphæris.

Part. 2. cap. 10. *Lib. 2. cap. 5.* *Ibid. cap. 4.*

ד כל הגלגלים אינן לא קלים ולא כבודים ואין להם לא עין אדום ולא עין שחור ולא שאר עיני וזה שאנו רואין אותם כעין התכלת למראית העין בלבד הוא לפי גובה האויר· וכן אין להם לא טעם ולא ריח לפי שאין אלו המאורעים מצויין אלא בגופות שלמטה מהן :

IV. Nulli orbes ſunt leves, neque graves; nec ineſt illis color rubeus, neque niger, cæterive colores: quod autem videmus eos tanquam coloris cærulei, id tantùm provenit ex phaſi viſûs, propter altitudinem aëris. Neque ſimiliter habent [4] guſtum nec odoratum: quia iſta accidentia non inveniuntur niſi in corporibus, quæ infra illos ſunt.

4. At ſenſus hoſce tribuere videntur orbibus atque aſtris ii, qui contendunt eadem organis ſeu membris inſtructa eſſe: & mirum

ſanè

ſanè eſt, quod autor Malchiel aſſerit, omnes ſapientes in eo conſentire, כי הגלגל העליון אמר בו הוא איש אחד בעל אברים כראובן ושמעון: *Orbem ſupremum, & quicquid in eo eſt, virum quendam eſſe, præditum membris, ſicuti Ruben ac Simeon*: Idem quoque de omnibus affirmat orbibus. Nec vi-
Part. 5. detur alienior ab hac opinione Abubechar in lib. Chai ben Ikthan, ubi ait: כאיש מאישי הב״א ומה שמתנו מה כוכבים המאירים במדרגת חושי הב״א ומה שבו ממיני הגלגלים המתדבקין קצתם בקצת הם במדרגת איברי הב״א: Et paulo poſt: והתבאר לו יש כלו כאיש באמת *Veluti homo quidam inſtructus organis, ita ſtellæ lucentes ſunt in gradu ſenſuum organicorum, & uti in iis ſunt ſpecies quædam, ſic & orbes, ſibi invicem conjuncti, ſunt in claſſe membrorum. Atque hinc manifeſtum fit, iſtud totum revera inſtar viri eſſe.*

ה כל הגלגלים האלו המקיפין את העולם הן עגולים ככדור והארץ תלויה באמצע ויש למקצת מן הכוכבי׳ גלגלים קטנים שהן קבועים בהן ואין אותם הגלגלים מקיפין את הארץ אלא גלגל קטן שאינו מקיף קבוע בגלגל הגדול המקיף:

V. Omnes ſphæræ ambiuntes mundum ſunt rotundæ inſtar globi, & terra pendet in medio. Sunt autem nonnullæ ſtellæ orbibus minoribus infixæ, & hi orbes non cingunt terram; ſed orbis parvus, non circumeuns, infixus eſt orbi magno ambienti.

ו מספר כל הגלגלי׳ המקיפין את כל העולם י״ח ומספר כל הגלגלים שאינן מקיפין שמנה וממהלך הככבים וידיעת שעור סביבתן בכל יום ובכל שעה ומנטייתן מרוח דרום לרוח צפון ומרוח צפון לרוח דרום ומגבהן

VI. Numerus omnium orbium ambientium mundum, eſt octodenarius, [5] non cingentium eſt octonarius: Ex circuitu verò ſtellarum, cognitione revolutionis in quolibet die ac unaquaque hora, atq; ex declinatione earum è plaga meridionali in ſeptentrionalem, & vice verſa, ac ex elevatione earum à terra, earumque vicinitate cognoſcitur numerus

מעל הארץ וקריבתן יודע
מספר כל אלו הגלגלים
וצורת הליכתן ודרך
הקפתן׳ וזו היא חכמת
חשבון תקופות ומזלות׳
וספרים רבים חברו בהן
חכמי יון׃

merus omnium illorum orbium, ac forma progreſsûs, atque modus revolutionis eorum. Et hæc eſt ſcientia ſupputationis in revolutionibus & ſignis zodiacis; multoſque libros compoſuêre de his ſapientes Græciæ.

5. Exiſtimat autor nullâ ratione pauciores orbes quàm octodecim poſſe dari; an verò plures ſint ait diſquiſitione opus eſſe, uti & illud; Vtrum quædam ſphæræ ſint non cingentes totum mundum. De aſtrorum elevatione, ac modo inveniendi ſigna zodiaca ſi quis plura aveat noſſe, conſulat Maimonidem in Hilchot Kidoſch Chodeſch cap. 11. §. 8. 9 &c. ad finem capitis; & R. Samuelem in Berachot cap. 9. Aben Ezra verò, citante Kimchi in Pſal. VIII. 4. decem conſtituit ſphæras, juxta denarium, ut ipſe ſcribit, digitorum numerum: ſeptem vid. exſpanſa, in quibus 7 erraticæ ſtellæ, & ſphæram unam ſignorum, aliam ſupra hanc, & decimam facit ſedem gloriæ. *Moreh. par. 1, cap. 72.*

ז גלגל התשיעי שהוא
מקיף את הכל חלקותו
החכמים הקדמונים לי״ב
חלקים כל חלק וחלק
העלו לו שם על שם צורה
זו שתראה בו מן הככבים
שלמטה ממנו שהם
מכוונים תחתיו והם
המזלות ששמותן טלה
שור תאומים סרטן אריה
בתולה מאזנים עקרב קשת גדי דלי דגים׃

VII. Orbem [6] nonum, qui ambit omnes, diſpeſcuerunt ſapientes antiqui in 12 partes, ſingulæque parti impoſuerunt nomen juxta nomen figuræ, quæ in illa apparet ex ſtellis, infra eam poſitis, correſpondentibus (iſti parti) inferiùs; & ſunt ſigna zodiaca, quorum nomina: *Aries, taurus, gemelli, cancer, leo, virgo, libra, ſcorpio, ſagittarius, capricornus, aquarius, piſces.*

6. Supremam ſphæram indigitant nomine ערבות vel *amœnitatum*; atque

Chagiga. Cap. 2. atque de hac interpretantur loca, Deut. XXXIII. 26. *Qui insidet cælis, & magnificentia sua superioribus nubibus*; & Psal. 68. 5. *Exaltate eum, qui equitat Baarabot*. & vers. 34. ibidem.

ח גלגל התשיעי עצמו אין בו לא חלוקה ולא צורה מכל הצורות האלו ולא ככב אלא בחבור הככבי שבגלגל השמיני הוא שיראה בככבים גדולים שבו תבנית הצורות האלו או קרוב מהן :

VIII. Orbis nonus non habet aut divisionem aut figuram ex omnibus illis figuris, neque stellam; sed constat ex eadem stellarum compositione cum orbe octavo, qui videtur cum stellis majoribus; quia similitudo istarum figurarum ei inest, sive proxima illis est.

ט ואלו השתים עשרה צורות לא היו מכוונות כדרך אותן החלקים אלא בזמן המבול שאז העלו להן שמות אלו׳ אבל בזמן הזה כבר כבבו מעט׳ לפי שכל הככבים שבגלגל שמיני כלם סובבים כמו השמש והירח אלא שהן סובבים בכבדות וחלק שיתהלך ילך כנגדו כל ככב מהן השמש והירח כנגדו כיום אחד: בקירוב משבעים שנה :

IX. Istæ verò 12 figuræ, non responderunt sibi invicem juxta rationem divisionum, nisi tempore diluvii; quia tunc tribuerunt illis ista nomina: hoc autem tempore nonnihil dimotæ sunt; quia omnes stellæ orbis octavi circumeunt uti sol & luna, sed tamen tardius; & ista parte qua circumeunt sol & luna die uno, ex adverso ejus obambulat unaquæque stellarum in revolutione 70 fere annis.

י כל הככבים הנראים יש מהן ככבים

X. Omnes stellæ conspicuæ, vel sunt ex stellis minoribus, qua-

rum

קטנים שהארץ גדולה מאחד מהן ויש מהן ככבים גדולים שכל אחד מהן גדול מן הארץ כמה פעמים והארץ גדולה מן הירח כמו ארבעים פעמים· והשמש גדולה מן הארץ כמו ק״ע פעמים· נמצא הירח אחד מששת אלפים ושמונה מאות מן השמש בקירוב ואין בכל הככבים גדול מן השמש ולא כוכב קטן מככב שבגלגל השני:

rum unaquæque major eſt terrâ: vel ex ſtellis majoribus, quarum unaquæque major eſt terrâ aliquot partibus; terra verò major eſt lunâ ferme quadrageſies, atque ſol major eſt terrâ quaſi centies & ſeptuageſies. Itaque luna (unum è ſex millibus & octingentis aſtris) cum proportione (minor erit) ſole: Nullum enim aſtrum majus eſt ſole, neque minus ſtellâ ſphæræ ſecundæ.

יא כל הכוכבים והגלגלים כלן בעלי נפש ודעה והשכל הם·והם חיים ועומדים ומכירים את מי שאמר והיה העולם· כל אחד ואחד לפי גדולו ולפי מעלתו משבחים ומפארים ליוצרם כמו המלאכים· וכשם שמכירים הק״בה כך מכירין את עצמן ומכירין את המלאכים שלמעלה מהן: ודעת הככבים והגלגלים מעוטה מדעת המלאכים וגדולה מדעת בני אדם:

XI. 7 Omnes ſtellæ atque orbes præditi ſunt animâ, notitiâ atque ſapientiâ; atque vitam agunt, permanentque, & cognoſcunt eum, cujus dicto factus eſt mundus, unaquæque pro ratione dignitatis atque excellentiæ ſuæ celebrat atque glorificat formatorem ſuum, uti angeli: Et uti cognoſcunt Deum, ſic etiam intelligunt ſemetipſos, atque apprehendunt angelos, qui ſunt ſupra illos; ſed cognitio ſtellarum & orbium eſt inferior notitiâ angelorum; major autem cognitione hominum.

7. Plerosque Hebræorum hac opinione imbutos esse, manifestius est, quàm ut ulteriori egeat indagine ; creberrimò enim videas in scriptis ipsorum astris atque orbibus actiones voluntatis ac intellectûs
Lib.de Somn. tribui. Eandem etiam sententiam amplexus est Philo, à quo nec ipse Augustinus, (licet hæsitans aliquomodo) longè abit in Enchiridio ad Laurent. cap. 58. cùm ait : *Sed nec illud quidem certum habeo, utrum ad eandem societatem (* Ecclesiæ scil. *) pertineant sol, luna & cuncta sidera, quamvis nonnullis lucida esse corpora, non cum sensu, vel intelligentia,*
Lib.2. cap.5. *videantur.* Viros quoque Synagogæ magnæ, prodit Albo, statuisse, astra exequi voluntatem Dei, atque obire functiones suas cum amore ac fidelitate erga creatorem ; ipseque addit, stellas sideraque sermones inter se miscere, atque se mutuo intelligere. Sic & ibid. cap. 11. ait. ט׳ השמימיים הם חיים ויש להם גרמים ונפשות *Novem cœlestia (* scil. corpora *) sunt viventia, atque habent corpora & animas.* Eodem modo de orbibus inquit : lib. 3. cap. 5. שהם בעלי גוף ונפש משכלת *quod sint præditi corpore atque anima rationali :* atque eò refert Psal. CIII. 20. 21.

Imò lib. 4. cap. 4. ait quosdam sapientum statuere omnia prospera atque adversa in rebus humanis determinari ab astris, eum in finem citat illud ex Sabbath. cap. 45. fol. 154. מזל מעשיר מזל מחכים ויש מזל לישראל : *Astrum aliud divitem reddit, aliud sapientem efficit, etiam astrum habet Israel.* Hinc & cuilibet planto ac germini peculiare tribuunt
Cholin. cap.1. sidus, cujus recipit influxum, juxta illud : אין לך כל עשב ועשב מלמטה שאין מזל לו ברקיע שמכה אותו ואומר לו גדל : *Nullam reperies inferiùs plantam, cui non sit stella in firmamento, eam ferens, dicensque, cresce.* Cùm autem humanæ sortis vicissitudinem siderum virtuti tribuunt, non volunt hanc ita perpetuo & necessario rerum ordini affixam esse, quasi nunquam mutationi obnoxia foret, sed divinæ subordinatam manere administrationi, sicque pro ratione præmii vel pœnæ commeritæ bona malave mortalibus largiri. Hujus sententiæ patronos faciunt R. Aben Ezra & Mosen Gerundensem ; nec à Thalmudistarum judi-
Par.5. cap.8. cio aliena videtur. Hoc pacto etiam Abubechar in lib. Chai ben Ikthan docet orbes cognoscere animas suas : כמו שנבדל אדם משאר העצמים הנמצאים כן נבדל צורתו משאר הצורות אשר להיות הנפסדים ונתדמה לצורות אשר לגופות הסובבים כי אותן ישכילו נפשתם : *Sicuti homo distinguitur à reliquis substantiis existentium, ita forma ejus discriminatur à reliquis formis, ac similis redditur formis, quæ sunt in corporibus circumeuntibus ; ista enim intelligunt*
Par.2. cap.5. *animas suas.* Rationes verò, quas adfert Maimon in Moreh de motu circulari, deque verbis precum ex Neh. IX. 6. & Iob. XXXI. 7. quibus utuntur in consecratione lunæ &c. nimis ficulneæ sunt, quàm ut

servire

ſervire poſſint tam inſulſæ opinioni ſtatuminandæ : itaque nec nos iis immorabimur. Tantùm dico non benè hæc, atque imprimis ultima verba hujus ſectionis, quadrare cum iſtis laudibus quibus hominis dignitatem ſupra aſtra extollunt, ita ut etiam infimam Adami partem præſtantiorem eſſe dicant univerſo ſolis orbe, ſicuti in Bereſchit Raba ajunt : עקבו של אדם הראשון היה מכהה גלגל חמה *Calcaneus primi hominis obſcurabat ſphæram ſolis.* Plurà ſi quis deſideret de cœli ſiderumque forma rationali, is adeat Compendium Pauli Ricii de anima cœli.

יב ברא האל למטה מגלגל הירח גולם אחד שאינו כגולם הגלגלים וברא ארבע צורות לגולם זה ואינן כצורת הגלגלים ונקבעה כל צורה וצורה במקצת גולם זה :

XII. Condidit Deus infra orbem lunæ [8] materiam quandam, quæ non eſt uti materia orbium ; & creavit quatuor in iſta materia formas, non ſimiles formæ orbium ; ac fixa eſt unaquæque forma in parte hujus materiæ.

8. Rudis atque indigeſta moles deſignatur, dicta etiam הולי, quod à græco ὕλη deſumptum putaverim : videtur autem hîc indicare materiam primam elementorum. Sunt autem nonnulli, qui hanc materiam volunt aquas iſtas eſſe, de quibus Gen. 1. 2. atque eas autor Cuzari vocat materiam primam. Lib. 4. §. 25. & Lib. 5. §. 2.

יג צורה הראשונה צורה האש׳ נתחברה במקצת גולם זה ונהיה משניה׳ גוף האש׳ וצורה שניה צורת הרוח נתחברה במקצתו ונהיה משניהם גוף הרוח׳ וצורה שלישי׳ צורת המי׳ נתחברה במקצתו ונהיה משניה׳

XIII. Forma prima eſt forma ignis, compoſita ex parte hujus materiæ, & fit ex duobus corpus ignis. Forma ſecunda eſt aeris, conjuncta ſuæ parti, atque efficitur ex duobus iſtis corpus aeris. Forma autem tertia eſt aquæ, copulata ſuæ portioni, atque exiſtit ex duobus iſtis corpus aquæ. Forma quarta eſt forma [9] terræ, ſociata ſuæ

parti,

גוף במים· וצורה רביעית
צורת הארץ נתחברה
במקצתו ונהיה משניהם גוף הארץ :

parti, & reſultat ex binis iſtis co
pus terræ.

Pirke cap. 3. 9. Hujus materiam facit Eliezer nivem reconditam ſub thro
gloriæ, verba ejus addam : רץ מאי זה מקום נבראת משלג שתחת כסא
בוד ולקח וזרק על המים ונקפאו המים ונעשו עפר ארץ שנ׳ כי לשלג יאמר הוא ארץ :
Vnde eſt locus terræ? Creata eſt ex nive, quæ erat ſub throno gloriæ; hanc
cipiens (Deus) *diſperſit ſuper aquas, unde aquæ congelatæ ſunt, atque fa*
Iob. XXXVII. 6. *pulvis terræ; juxta illud: Quia dixit nivi, eſto terra.*

יד נמצא למטה מן
הרקיע ארבעה גופים
מוחלקים זה למעלה
מזה וכל אחד ואחד
מקיף את שלמט׳ ממנו
מכל רוחותיו כמו גלגל
הגוף הראשון הסמוך
לגלגל הירח· הוא גוף
האש· למטה ממנו גוף
ח· למטה ממנו גוף המים· למטה ממנו גוף הארץ· ואין
יהם מקום פנוי בלא גוף כלל :

XIV. Itaque infra expa
ſum ſunt quatuor corpora diſt
cta, unum ſuperius aliô, & unu
quodque ambit inferius omni
parte : ſic ſphæra corporis p
mi, conjuncti orbi lunæ,
corpus ignis ; infra illud eſt a
deinde corpus aquæ ; infimu
eſt corpus terræ : nec eſt in
illa lo cus corpore vacuus.

טו ארבעה גופות
הללו אינם בעלי נפש
ואינם יודעים ולא מכירין
אלא כגופין מתי׳ ויש לכל
אחד ואחד מהם מנהג
שאינו יודעו ולא משיגו
Pſal. CXLVIII. 7. 8. ואינו יכול לשנותו· וזה

XV. Quatuor iſta corp
non habent [10] animam, nec
cognoſcunt ; ſed ſunt tanqu
corpora mortua : habet etiam
numquodque ex illis ordine
quem non intelligit, nec cog
ſcit, neque poteſt variare: Et
eſt, quod David ait: *Laudate Do*

שאמר דוד הללו את י"י מן הארץ תניני וכל תהומות אש וברד שלג וקטור·ובאור ענין הדברים· הללוהו בני אדם מגבורותיו שתראו באש ובברד ובשאר ברואים שתראו למטה מן הרקיע שגבורתם תמיד נכרת לקטן ולגדול:

num ex terra cete & omnes abyssi. Ignis, grando, nix & exhalatio: Expositio horum verborum est: Laudate eum homines propter potentiam ejus, quam videtis in igne, grandine, & cæteris creaturis, quæ conspiciuntur infra expansum; quia potentia earum perpetuò cognoscitur à minimo & maximo.

10. Vnde etiam terra fingitur in Bereschit Raba querelas effudisse; sic enim ad verba ista: *Et terra erat tohu vabohu*: *Lugebat ac clamabat propter malam sortem, quæ ipsi contigerat, h. e. Terra dicebat: Ego & illi* (scil. cœli) *creati sumus simul, & superiora vivunt, inferiora verò mortua sunt.* Gen. 1. 2.

פרק רביעי

Caput IV.

א ארבעה גופים הללו שהם אש ורוח ומים וארץ הם יסודות כל הנבראים למטה מן הרקיע וכל שיהיה מאדם ומבהמה ועוף ורמש ודג וצמח ומתכת ואבני׳ טובות ומרגליות ושאר אבני בנין והרי׳ וגושי עפר הכל גולמן מחובר מארבע יסודות הללו:

I. Quatuor ista corpora, vid. ignis, aer, aqua & terra, sunt elementa omnium creaturarum, infra expansum; & tota materia vel hominis, seu bestiæ, volatilis, reptilis, piscis, aut plantæ, metalli; vel etiam (sint) lapides pretiosi, margaritæ, aliorumve lapidum compages, montes atque terræ glebæ; omnis (inquam) istorum materia composita est ex quatuor istis elementis.

ב נמצאו כל הגופים שלמטה מן הרקיע חוץ מארבע יסודות האלו מחוברים מגולם וצורה וגולם שלהם מחובר מארבע יסודות האלו׃ אבל כל אחד מד׳ יסודות אלו אינו מחובר אלא מגולם וצורה בלבד׃

II. Deprehenduntur omnia corpora infra expanſum, præter hæc quatuor elementa, compoſita eſſe ex materia & forma; ac materia eorum conflata eſt ex quatuor iſtis elementis: ſed quodlibet ex quatuor elementis compoſitum eſt tantùm ex materia & forma ſua.

ג דרך האש ורוח להיות מהלכם ממטה מטבור הארץ למעלה כלפי הרקיע ודרך המים והארץ להיות מהלכם מתחת הרקיע למטה עד לאמצע שאמצע הרקיע הוא המטה שאין למטה ממנו׃ ואין הלוכם לא בדעתם ולא בחפצם אלא מנהג שנקבע בהן וטבע שנטבע בהן׃

III. Motus ignis & aeris eſt adſcenſus ex inferiori umbilico terræ uſque ad ſuperius expanſum; via autem aquæ & terræ eſt motus eorum deorſum infra expanſum, uſque ad medium; quia medium expanſi eſt infimum, neque eſt quicquam inferius iſto. Iſte verò eorum motus non fit cum aliqua cognitione aut voluntate eorum, ſed cum ordine illis infixo, & natura ipſis impreſſa.

ד טבע האש חם ויבש והוא קל מכלם׃ והרוח חם ולח׃ והמים קרים ולחים׃ והארץ יבשה וקרה׃ והיא כבדה מכלם והמים

IV. Natura ignis eſt calida & ſicca, ac eſt levior iſtis omnibus; aer autem calidus & humidus; aquæ verò frigidæ & humidæ; terra autem ſicca & frigida, ac eſt gravior omnibus iſtis, aquæ etiam leviores ſunt

iſtâ

קלים ממנה׃ לפיכך נמצאים למעלה על הארץ והרוח קל מן המים׃ לפיכך הוא מרחף על פני המים׃ והאש קל מן הרוח׃

istâ, idcircò supra terram existunt: aer autem levior est aquâ, propterea etiam incumbit superficiei aquæ; atque ignis levior est aere.

1. Hunc ignem היסודי seu *elementarem* appellitant: sex verò ignis genera recensent in tract. Ioma vid. אוכלת ואינה שותה primus est *comedens & non bibens*, cujusmodi in focis nostris adhibetur: alius שותה ואינה אוכלת *bibens, sed non edens*, qualem in morbis locum habere volunt: tertius אוכלת ושותה *absumens simul & potans*, uti in sacrificio Eliæ usu venit: quartus אוכלת לחין כיבשין *uvida veluti arida absumens*, cujusmodi fuit in altari, holocaumatis destinato, dispositus: quintus דוחה אש *alium vibrans vel expellens ignem*, eumque à Gabriele in horrendo quodam fornace suscitatum: sextus אוכלת אש *devorans etiam ignem*, seu divinitatis שכינה ignis, juxta illud: *Quoniam Dominus Deus tuus ignis consumens*; ex hoc ignem gehennæ, animas torquentem, nugantur ortum suum trahere. Cap.1.fol.21. Deut.IV.24.

ה ומפני שהם יסודות לכל גופים שתחת הרקיע׃ ימצא כל גוף וגוף מאדם ובהמה וחיה ועוף ודג וצמח ומתכת ואבן גולמו מחובר מאש ורוח ומים ועפר׃ וארבעתן יתערבו ביחד וישתנה כל אח׳ מהם בעת העירוב עד שימצא המחובר מארבעתן אינו דומה לאחד מהן כשהוא לבדו

V. Propterea etiam, quia elementa insunt omnibus corporibus infra expansum (existentibus) deprehenditur quodlibet corpus hominis, bestiæ ac viventis, avis, piscis ac plantæ atque metalli, & lapidis informe corpus compositum esse ex igne, aere, aqua & terra. Quatuor autem ista commiscentur simul, & mutatur unumquodque tempore mixtionis; adeò ut compositio ex quatuor istis non sit conformis eorum alicui. Nec talis est

ואין במעורב מהן אפילו חלק אחד שהוא אש בפני עצמו או מים בפני עצמן או ארץ בפני עצמה או רוח בפני עצמה אלא הכל נשתנו ונעשו גוף אחד :

est mixtio, quæ ex parte una sit ignis seorsim, aut aqua vel terra, aut aer separatim; sed omnia transmutantur, & efficiuntur unum corpus.

ו וכל גוף וגוף המחובר מארבעתן ימצא בו קור וחום לח ויבש כאחד׳ אבל יש מהם גופים שיהיה בהם חוזקה מיסוד האש כמו בעלי נפש חיה לפיכך יראה בהם החום יותר׳ ויש מהן גופין שיהיה בהם חוזקה מיסוד הארץ כמו האבנים לפי׳ יראה בהן היובש הרבה׳ ויש מהן גופין שיהיה בהן חוזקה מיסוד המים לפי׳ יראה בהן הלח יותר :

VI. In quolibet corpore, ex istis quatuor composito, invenitur frigidum & calidum; humidum ac siccum conjunctim: sed in quibusdam istorum corporum existit prædominium elementi ignis; uti in iis, quæ prædita sunt animâ vivente, idcircò cernitur in iis multum caloris: in aliis verò prævalet elementum terræ, ideoque multum siccitatis in iis animadvertitur: in nonnullis prædominatur elementum aquæ, hinc in iis abundat humiditas.

ז ועל הדרך הזה ימצא גוף חם יותר מגוף אחר חם וגוף יבש יותר מגוף אחר יבש וכן ימצא גופים שיראה בהן הקור בלבד וגופין יראה בהן הלח בלבד וגופין יראה

VII. Iuxta hanc rationem deprehenditur corpus calidum plus (habere) ex alio corpore calido; ac corpus siccum plusculum (participare) ab alio corpore arido. Sic quoque reperiuntur corpora, in quibus tantummodo animadvertitur frigiditas

בהן הקור והיובש כאחד בשוה· או החום והיובש כאחד בשוה או החום והלח כאחד בשוה· לפי רוב היסוד שיהיה בעקר התערובת יראה מעשה אותו היסוד וטבעו בגוף המעורב:

tas; item corpora in quibus tantùm deprehenditur humiditas: ſic quoque videntur quædam corpora frigida & ſicca æqualiter; vel frigida & humida temperatè; aut ſimul calida & ſicca æquali portione; vel ſimul calida & humida æqualiter. Itaque major pars elementi, immixta fundamento, videtur eſſe opus iſtius elementi, atque natura iſtius inhæret corpori mixto.

ח וכל המחובר מארבע יסודות אלו להם הוא נפרד בסוף יש שהוא נפרד לאחר ימים אחדים ויש שהוא נפרד לאחר שנים רבי׳ וכל שנתחבר מהם אי אפשר שלא יפרד להם אפילו הזהב והאודם אי אפשר שלא יפסד ויחזור ליסודותיו וישוב מקצתו לאש ומקצתו למים ומקצתו לרוח ומקצתו לארץ:

VIII. Omne mixtum ex quatuor iſtis elementis tandem diſſolvitur; ſed aliud ſejungitur poſt aliquot dies, aliud verò poſt multos annos. Quicquid autem ex illis compoſitum eſt, oportet ut in eadem reſolvatur; etiam aurum ac pyropus ut diſſolvatur neceſſe eſt, atque in ſua redeat elementa, atque ex parte aliqua revertatur in ignem, ac partim in aquam, atque ex parte quadam in terram.

ט הואיל וכל הנפסד יפרד ליסודות אלו למה נאמר לאדם ואל עפר תשוב· לפי שרוב בניינו מן העפר· וכל לא הנפסד

IX. Si omne corruptibile diſſolvitur in iſta elementa, quomodo itaque eſt dictum homini: *In pulverem reverteris?* Quia Gen. III. 19. juxta maximam partem ſtructura ejus è pulvere eſt; neque etiam

G omne

כשיפסד מיד יחזור לארבע היסודות אלא יפסד ויחזור לדבר אחר ודבר אחר לדבר אחר וסוף הדברים יחזור ליסודו ונמצאו כל הדברים חוזרין חלילה:

omne corruptibile, quando corrumpitur, ilicò revertitur in quatuor elementa; ſed diſſolvitur ac redit in rem aliam, atque hæc rurſus in aliam; terminus verò rerum tendit ad elementum ſuum: atque deprehenduntur omnia redire in circulum.

י ארבע יסודות אלו משתנים זה לזה תמיד בכל יום ובכל שעה מקצתן לא כל גופן כיצד מקצת הארץ הקרובה מן המים משתנית ומתפורדת ונעשית מים. וכן מקצת המים הסמוכים לרוח משתנית ומתמסמסין והווין רוח. וכן הרוח מקצתו הסמוך לאש משתנה ומתחולל ונעשה אש. וכן האש מקצתו הסמוך לרוח משתנה מתחולל ומתכנס ונעשה רוח. וכן הרוח מקצתו הסמוך למים משתנה ומתכנס ונעשה מים. וכן המים מקצתו הסמוך לארץ משתנה ומתכנס ונעשה ארץ ושנוי זה מעט מעט ולפי אורך הימים:

X. Quatuor iſta elementa perpetuò invicem permutantur quolibet die atque horâ, ſecundum [2] partes ſuas, non juxta totum corpus. Quomodo? Pars terræ, proxima aquæ, mutatur, liquefit atque efficitur aqua: ſic quoque particula aquæ conjuncta aeri, alteratur, rarefit, atq; fit aer: ita quoque portio aeris vicina igni mutatur, formatur & fit ignis: ſic etiam pars ignis propinqua aeri, alteratur, diſponitur, congregat ſe, & efficitur aer: ſimiliter quoque aeris pars conjunctiſſima aquæ alteratur, condenſatur atque fit aqua: ita etiam aqua parte ſua, quâ cingit terram, tranſmutatur, condenſatur atque efformatur terra. Hæc autem tranſmutatio (perficitur) paulatim & longo temporis ſpatio.

2. Eo-

2. Eodem modo de elementorum mutatione Abubechar in Chai ben Ikthan differit : מה שלא עמד על הפסד כללו עמד על הפסד חלקיו כמו המים והארץ כי ראה חלק הם נפסדים באש וכן האויר יראהו נפרד בחוזק הקור עד יהיה ממנו מים או מלח : *Quod non consistit in corruptione totius, istud subsistit in corruptione partium suarum, veluti aqua & terra; quoniam partem eorum videt quis segregari in ignem, sic & aerem ex frigoris vehementia converti in aquam aut salem.* Par.5.

יא ואין כל היסוד משתנה עד שיעשה כל המים רוח או כל הרוח אש שא״א שיבטל אחד מן היסודות הארבע אלא מקצת ישתנה מאש לרוח ומקצת ישתנה מרוח לאש וכן בין כל אחד וחבירו ימצא השנוי בין ארבעתם וחוזרות חלילה לעולם :

XI. Non autem totum elementum transmutatur, adeo ut fiat omnis aqua aer, aut totus aer ignis: fieri enim nequit, ut destruatur unum ex istis quatuor elementis; sed pars mutatur ex igne in aerem, & partim commutatur ex aere in ignem: atque mutua deprehenditur transmutatio inter quatuor, ac semper redeunt in circulum.

יב ושנוי זה יהיה בסביבת הגלגל ומסביבתו יתחברו ארבעתם ויהיה מהן שאר גולמי בני אדם ונפש חיה וצמח ואבן ומתכת והאל נותן לכל גולם וגולם צורה ראויה לו ע״י מלאך העשירי שהי׳ הצורה הנקראת אישים :

XII. Hæc verò [3] mutatio fit propter circuitum orbis, atque ob ejus revolutionem ista quatuor commiscentur: & fiunt ex istis reliqua corpora hominum, animæ viventis, plantæ, lapidis atq; metalli. Concessit autem Deus cuilibet materiæ formam convenientem illi, operâ angeli decimi, seu formæ, dictæ [4] *Ischim.*

3. Causam alterationis hujus uti & generationis atque corruptionis putat R. Iehuda in Cuzari provenire ex calore orbis. Aliquantò plenius in Moreh describit modum hujus mutationis, cùm inquit: Lib.4. s. 9.

inquit: *Propter illum* (motum ſcil. violentum corporis quinti) *ignis & aer è locis ſuis extruduntur, & in aquam depelluntur, quæ deinde conjunctim terram permeant, & ad imam ejus profunditatem penetrant, unde elementorum permixtio atque confuſio oritur: cùm deinde iterum incipiunt ad loca ſua remeare, particulæ terræ conjunctim cum aere, aqua & igne è ſuo loco exeunt, quæ poſtea in ſe invicem agunt; ac viciſſim à ſe invicem patiuntur. Et inde fit mixti vel mixtionis illius varietas; ita ut indè primò generentur omnis generis vapores, deinde mineralia, metalla, germina, plantæ atque animalia &c.*

Lib.4.§.1. 4. Atque eandem ob rationem ſtatuit autor Cuzari angelos hoſce ad cujuſlibet rei generationem & corruptionem concurrere.

יג. לעולם אין אתה רואה גולם בלא צורה או צורה בלא גולם אלא לב האדם הוא שמחלק הגוף הנמצא בדעתו ויודע שהוא מחובר מגולם וצורה ויודע שיש שם גופים שגולמן מחובר מד׳ יסודות וגופים שגולמם פשוט ואינו מחובר מגולם אחד והצורות שאין להם גולם אינן נראים לעין אלא בעין הלב הן ידועים כמו שאנו יודעי׳ אדון הכל בלא ראיית עין:

XIII. Nunquam vides aliquam materiam ſine forma, aut formam ſine materia; ſed mens hominis diſtinguit corpus exiſtens in ejus intellectu, atque intelligit, quod ſit compoſitum ex materia & forma, atque cognoſcit eſſe illic quædam corpora quorum materia conflata eſt ex quatuor elementis; alia verò eſſe corpora, quorum materia ſimplex eſt, nec compoſita ex alia materia. Formæ autem, quæ inſunt iſtis corporibus, non videntur oculo (corporis) ſed cognoſcuntur oculo intellectûs, ſicut nos cognoſcimus Dominum univerſi abſque intuitu oculi.

יד׳ נפש כל בשר היא צורתן שנתן לו האל׳

XIV. Anima cujuſlibet carnis eſt forma ejus, quam dedit ei Deus; intellectus verò, inſuper exiſtens

existens in anima hominis, est forma hominis perfecti cum suo intellectu. Et de hac forma dicitur in lege: *Faciamus hominem ad imaginem nostram, juxta similitudinem nostram.* q. d. erit ei forma, quâ intelligit atque cognoscit intelligentias, non habentes materiam, sicut angeli, adeo ut sit futurus similis illis: neque loquitur de forma ejusmodi, quæ cognoscitur oculis, uti est buccæ, nasi, atque maxillæ, aliave corporis figura; nam istius formæ nomen est *Thoar.* Neque ista anima existit in in omni vivente, quâ comedit, bibit; generat, sentit atque imaginatur; sed intellectus est forma animæ. Ac de ea forma animæ loquitur Scriptura: *Ad imaginem, ad similitudinem nostram.* Sæpissimè autem hæc forma vocatur *Nephes* aut *Ruach*, idcirco etiam de illis vocabulis admonendus est homo, ne erret in istis; quodlibet autem nomen discet ex sua materia. Gen. 1. 26.

והדעה היתרה המצויה בנפשו של אדם היא צורת האדם השלם בדעתו׳ ועל צורה זו נאמר בתורה נעשה אדם בצלמנו כלומר שתהיה לו הצורה היודעת ומשגת הדעות שאין להם גולם כמלאכים עד שידמה להן ואינו אומר על צורה זו הנכרת לעיני׳ שהיא הפה והחוט׳ וחלסתו ושאר רושם הגוף שזו תואר שמה ואינה הנפש המצויה לכל נפש חיה שבה אוכל ושותה מוליד ומרגיש ומהרהר אלא הדעה שהיא צורת הנפש ובצורה הנפש הכתוב מדבר בצלמנו כדמותנו׳ ופעמים רבות תקרא זאת הצורה נפש ורוח׳ ולפיכך צריך ליזהר בשמותן שלא יטעה אדם בהן וכל שם ושם ילמד מענינו:

5. Quidam has facultates & nomina distinctionis ergô ita exponunt; ut נפש, propriè sic dicta, sedem habeat in hepate ac sanguine, & vocatur illis נפש הצומחת *anima vegetativa:* רוח verò in corde lateat, indeq; vim suam per universum corpus diffundat, & hæc dicitur נפש המרגשת

 anima

anima sensitiva : tertia est dicta נשמה residetque in cerebro, atque est נפש המשכלת vel דברי *anima rationalis*. Autor verò eam opponit rationali potentiæ, atque videtur pro vegetativa ac sensitiva anima ponere sequen. §. 15. Et hanc putat R. Iosua F. Sehib indicari, Psal. xxx. 13. ubi alii vertunt, *Vt Psallat tibi gloria*, כבוד, ipse verò interpretatur, *anima*; additque hanc post corporis destructionem superstitem manere, & in quatuor sua elementa reverti: En crassam hominis Iudæi stupiditatem, non accuratius expendentis opus bereschit! priores duas cum cadavere simul dissipari atque evanescere. Vid. eundem in Comment. super Genes. Cap. LXVIII. fol. 18. col. 4. aliisque in locis. Multò saniùs autor noster in sequenti §. 15. de immortalis hujus spiritûs natura disserit. Sanè non video, quâ fronte audeat asserere fol. 47. col. 1. animas præstantiores esse angelis, aut è loco sanctiori, quàm ubi angeli degunt, originem suam habere, si è quatuor conflata sit elementis? Nec est quod tantopere sibi gratuletur cum suis Iudæastris, se non Cuthæi vel gentilis, servi aut fœminæ animam esse nactum: oblitus videtur animæ suæ, cùm tam insulsè de nobili hoc & cælesti dono gannit. In eo autem non obscurè futilem suam prodit vanitatem, cùm asserit animas virorum Israelitarum sanctiores esse animabus fœminarum ejusdem gentis. Et cur quæso? quia non tantâ præceptorum mole, atque viri, spiritum suum fatigant: nec enim omnibus statutis mulieres obstringuntur.

טו אין צורה הנפש הזאת מחוברת מן היסודות כדי שתפרד להם ואינה מכח הנשמה עד שתהא צריכה לנשמה כמו הנשמה צריכה לגוף אלא מאת ה׳ מן השמים היא לפיכך כשיפרד הגולם שהוא מחובר מן היסודות ותאבד הנשמה מפני שאינה מצויה אלא עם

XV. Non est forma istius animæ [6] composita ex elementis, uti resolvatur in illa; neque est ex potentia (sensitivæ) animæ, adeò ut opus habeat animâ, sicut anima indiget corpore; sed à [7] Domino è cœlis est: idcirco quando dissolvitur corpus compositum ex elementis, etiam perit ista anima; quia non existit nisi cum corpore, & opus habet [8] corpore in omnibus actionibus. Hæc autē forma non extermina-

tur,

הגוף וצריכה לגוף בכל
מעשיה לא תכרת
הצורה הזאת לפי שאינה
צריכה לנשמה במעשיה
אלא יודעת ומשגת הדעות
הפרודו' מן הגולמים
ויודעת בורא הכל
ועומדת לעולם ולעולמי
עולמים הוא שאמר

tur, quia non indiget animâ in suis operibus, sed intelligit atque cognoscit intellectu separato à corpore, atque intelligit creatorem omnium, ac stabilis est atque permanet in secula seculorum. Hoc ipsum ait Salomon in sua sapientia: *Redibit pulvis in terram, sicut fuit, & redibit Spiritus ad Deum, qui dedit eum.* Eccles. XII. 7.

שלמה בחכמתו וישוב העפר אל הארץ כשהיה והרוח תשוב
אל האלהים אשר נתנה :

6. Abubechar in Chai ben Ikthan materiales quoque constituit facultates rationales, his verbis: המושכלים יש להם יחס אל ההיולי כי הם מושכלות החמריות : *Intelligentiæ habent inclinationem ad materiam, quia sunt intelligentiæ materiales*, atque inter eas refert etiam memoriam. Cap. 4. Ibid. המושכליות ההיולניות *intelligentias materiales*, dicit non esse quidem substantiâ suâ spirituales, attamen simpliciores esse corporibus, quatenus sunt formæ in ratione vel intellectu.

7. Nec ineptè eam ob causam cum creatore suo confertur, ut in istis: הק"בה ממלא את עולמו והנפש הזו ממלא את גוף הק"בה סובל את עולמו והנפש הזו סובלת את הגוף הק"בה הוא יחיד בעולמו ונפש יחידה הק"בה אין לפניו שינה והנפש אינה ישינה הק"בה טהור בעולמו והנפש הזו טהורה בגוף הק"בה רואה ואינו נראה והנפש הזו רואה ואינה נראית • *Deus implet mundum suum, & anima corpus; ille sustentat mundum, sic & anima corpus; ut Deus unicus in mundo, sic etiam anima est una in corpore; Deus non est obnoxius mutationi, nec anima; Deus purus est in mundo suo, sic & anima munda est in corpore; Deus videt, at non videtur, ita quoque anima cernit, sed non conspicitur.* Vaikra raba paras. 4. & Debarim Rabah. fol. 199.

8. Idem Abubechar judicat de anima rationali, quatenus scil. perficit, ut ipse loquitur המושכליות ההיולניות *intelligentias materiales*, h. e. sensum communem, phantasiam & memoriam. Chai ben Ikthan lib. 5. c. 3.

9. Istud quidem privilegium animis justorum hîc tribuit, secùs verò

verò de animabus damnatorum judicat, utpote quas non obſcurè inſtar brutorum ſpiritus exſtinctum iri aſſerit in Hilchot Theſchuva
Cap. 8. כל מי שאינו זוכה לחיים אלו הוא המת שאינו חי לעולם אלא נכרת ברשעו ואבד כבהמה: *Quicunque non promeritus eſt vitam, morti traditur, neque vivit in æternum, ſed exſcinditur in malitia ſua, atque inſtar beſtiæ perit.* Nec videntur quidam Hebræorum valde ab hac opinione abhorrere; videatur modò Kimchi in Pſalmum I. ad verba verſ. 5: *Improbi non exſurgent in illo judicio*, ubi apertè negat impios, vel quoad corpus, vel quoad animam ſuſcitandos eſſe. Sic & Moſes Gerundenſis in Sahar Hagemol, ubi ſaltem formam animæ deſtrui exiſtimat hoc pacto: שמחוייבי עונש נדונים בגהינם י"ב חדש כל אחד כפי הראוי לו ואחר י"ב חדש נשמתו נשרפת ונעשית אפר כלומר שתתבטל צורתו ממה שהיתה כדבר הנשרף: *Qui obnoxii fiunt pœnæ, judicantur in Gehenna duodecim menſes, unuſquiſque prout convenit ipſi, poſt 12 autem menſes anima ejus comburitur, & fit inſtar cineris, hoc eſt, deperit forma ejus, ut ſit veluti res exuſta.* Et paulò poſt, ubi dixerat animam impii poſt mortem circumrotari in orbe ignis, indeque in fluvium ignitum deturbari, addit: והנפש הזו החוזרת ליסוד האש ונכמרת לו: *Atque anima hæc revertitur in elementum ignis, eique affigitur.* Hiſce gemina legere eſt, in tract. Sabbath fol. 152. ubi de adſcenſu animæ in ſedem beatorum vel damnatorum poſt 12 menſes inter doctores diſceptatur.

יו כל הדברים האלו שדברנו בענין זה כמר מדלי הם ודברים עמוקים הם אבל אינן כענין עומק פרק ראשון ושני ובאור כל אלו הדברים שבפרק שלישי ורביעי הוא הנקרא מעשה בראשית וכך צוו החכמים הראשונים שאין דורשים גם בדברים אלו ברבים אלא לאדם אחד בלבד מודיעים דברים אלו ומלמדי' אותן:

Eſa. XL. 15.

XVI. Omnia iſta quæ diximus in hac materia, ſunt tanquam *gutta è ſitula*, atque ſunt res abſtruſæ; ſed non ſunt tam abditæ, uti eſt materia capitis primi & ſecundi. Expoſitio autem omnium iſtarum rerum, quæ capite tertio & quarto continentur, vocatur *opus Bereſchit*; & præceperunt antiqui ſapientes, ne iſtas concluſiones publicè exponerent, ſed tantùm uni homini privatim has res indicarent & docerent.

יז ומה בין ענין מעשה מרכבה לענין מעשׂ׳ בראשית שענין מעשה מרכבה אפילו לאחד אין דורשים לו א״אכ היה חכם ומבין מדעתו נותנין לו ראשי הפרקי׳ ענין מעשה בראשית מלמדין אותו ליחיד א״עפ שאינו מבין אותו מדעתו ומודעים אותו כל מה שיכול לידע מדברים אלו ולמה אין מלמדים אותו לרבים· לפי שאין כל אדם יש לו דעת רחבה להשיג פירוש ובאור כל הדברים על בריין:

XVII. Quænam [10] est differentia inter materiam *operis Mercave*, atque *operis Bereschit*? Quod materiam *operis quadrigæ* etiam ne uni quidem exponant, nisi fuerit sapiens, ac cognitione suâ intelligens, & tunc ei præcipua capitum proponuntur: materiam *operis creationis* docemus unicum, etiamsi non capiat eam intellectu suo; & exponimus tantùm cuilibet, quantum poterit ex istis rebus assequi. Cur autem non docemus apud multos? Quia cuilibet non est intellectus capax ad assequendum perspicuè explicationem & declarationem omnium istarum rerum.

10. Vide quæ supra ad cap. 2. not. 8. dicta sunt; eadem enim & hîc locum habent, ut pluribus minimè opus sit. Volunt autem tam reconditis mysteriis negotium *Bereschit* scatere, ut nemo mortalium ea ingenii sui acumine penetrare valeat; unde & celebratum hoc inter ipsos: אי איפשר להגיד במעשה בראשית לבשר ודם *Fieri nequit, ut caro & sanguis comprehendat opus creationis.* Quot & quàm longè petita inde extundant arcana; ut de quatuor captivitatibus Israelitici populi; de liberatione ex iisdem, aliaque ejusdem farinæ sexcenta, in eorum commentariis licet observare.

יח בזמן שאדם מתבונן בדברים אלו ומכיר כל הבוראים

XVIII. Cùm in istis rebus intelligentior factus fuerit homo, atque cognoverit omnes creatu-

ממלאך וגלגל ואדם
וכיוצ׳ בו ויראה חכמתו
של הקב״ה בכל
היצורים וכל הברואים׳
מוסיף אהבה למקום׳
ותצמא נפשו ויכמה
בשרו לאהוב המקום ב״ה׳
ויירא ויפחד משפלותו
ודלותו וקלותו כשיעריך
עמצו לאחד מהגופות
הקדשים הגדולים וכ״ש
לאחד מהצורות הטהורות
הנפרדות מן הגולמים
שלא נתחברו בגולם
כלל וימצא עצמו שהוא
ככלי מלא בושה
וכלימה רק וחסר׃

ras, ſive angelum, ſeu orbem atque hominem, cæteraſque, tum quoque videbit ſapientiam Sanct. Ben. in omnibus πλάσμασιν atque creaturis; & augens amorem erga Deum, ſitiet anima ejus, ejuſque caro deſiderabit amare Deum Ben. & timebit atque verebitur demiſſione, depreſſione atque humiliatione ſui, ubi ſeipſum comparaverit cum uno ex corporibus iſtis ſanctis magniſque, & multò magis (ſi) cum formis puris, ſeparatis à corporibus, quæ non ſunt compoſitæ ex aliqua materia; & deprehendet, ſe eſſe tanquam vas refertum pudore, & tantùm ignominiam atque inopiam.

יט ועניני ארבעה
פרקים אלו שבחמש
מצות אלו הם שחכמים
הראשונים קוראין אותן
פרדס כמו שאמרו ארבעה
נכנסו לפרדס׳ ואע״פ
שגדולים ישראל היו
וחכמים גדולים היו לא
כלם היה בהן כח לידע
ולהשיג כל הדברים על בריין׃

Chagiga cap. 2.

XIX. Materiam autem quatuor iſtorum capitum, quæ iſtis quinque continetur præceptis, vocarunt priſci ſapientes [11] *Paradiſum*, quemadmodum dixêrunt: *Quatuor* [12] *ingreſſi ſunt Paradiſum*: & licet præſtantes fuerint Iſraelitæ, inſigneſque ſapientes, non tamen omnibus adfuit vis adſequendi & cognoſcendi omnes iſtas res in ſua puritate.

11. So-

11. Solent diſcriminis causâ hunc appellare פרדס החכמה *paradiſum ſapientiæ* ab alio פרדס הנשמות *paradiſo animarum*, quem in ſuprema ſphæra ſeu *Haraboth* collocant. Iſte modò ſumitur pro contemplationibus Thalmudicis, ut in iſto Maimonidis : דברי קבלה בכלל תורה שבכתב הן ופירושן בכלל תורה שבעל פה והענינים הנקראים פרדס בכלל התלמוד הן: *Verba traditionis ſunt in claſſe legis ſcriptæ; atque expoſitio eorum eſt in genere legis oralis; negotia verò, quæ vocantur Paradiſus, ſunt in claſſe Thalmudis vel Gemaræ.* Modò pro divinorum attributorum ſcientia & apprehenſione; quandoque etiam pro quadruplici ſenſu interpretandi Scripturas, vid. פשט, רמז, דרש, סוד, quorum nominum literæ initiales hanc vocem פרדס exprimunt. Hîc ſtrictiore ſignificatu ſumitur pro corporum naturalium atque naturæ angelicæ divinæque ſcientia.

Thalmud. thora cap. 1.

12. Iſti ſunt *Hazai, Soma, Eliſah & R. Akiba*, qui verſatiſſimi dicuntur fuiſſe in Thalmudica ſcientia, atque de illis circumfertur ſententia hæc : ארבעה נכנסו לפרדס אחד הציץ ומת אחד הציץ ונפגע אחד הציץ וקצץ בנטיעות אחד בא בשלום ויצא בשלום: *Vnus floruit & mortuus eſt*, ſc. Hazai; *alter germinavit & trucidatus eſt*, ſcil. Soma; *tertius floruit ſed amputavit plantas*, vid. Eliſah; quem eam ob cauſam, plerunque ſuppreſſo nomine, אחר ſeu *alium* appellant; fuit homo perditæ vitæ, exiſtimans omnia eo fine condita eſſe, ut quis tantùm circa intelligentiarum ac mundi ſpiritualis contemplationes ingenium exerceret, omiſsâ omnis officii curâ; hinc in omnem profanitatem præceps ruit. *Quartus venit cum pace, atque abiit cum pace*, nim. R. Akiba. Plura de hoc vid. cap. ſeq. nota 5.

כ ואני אומר שאין ראוי לטייל בפרדס אלא מי שנתמלא כרסו לחם ובשר ולחם ובשר הוא לידע האסור והמותר וכיוצא בהן משאר המצות:

XX. Ego etiam dico, quod non conveniat ociari in hoc *Paradiſo*, ſed ut expleat ventrem ſuum pane ac carne : panis verò & caro eſt cognoſcere rem prohibitam & licitam, aliaque id genus ex reliquis præceptis.

כא וא"עפ שדברים

XXI. Et licet rem exiguam appel-

אלו דבר קטן קראו אותן חכמים שהרי אמרו חכמים דבר גדול מעשה מרכבה דבר קטן הוויו׳ דאביי ורבא אע״פכ ראויים הן להקדימם שהן מישבי׳ דעתו של אדם תחלה ועוד שהן הטובה הגדולה שהשפיע הק״ה לישוב העולם הזה כדי לנחול חיי העולם הבא׃ ואפשר שידעם הכל קטן וגדול איש ואשה בעל לב רחב ובעל לב קצר׃

appellarint iſta ſapientes, ut cùm dicunt: *Res magna eſt opus quadrigæ*, *res* [13] *parva argumentationes Abæi & Rabæ*, & quamvis conveniat his præferre illa, tamen primò aptum reddunt intellectum hominis: præterea ſunt inſigne bonum, quod Deus largitus eſt ad rectè diſponendum hunc mundum, ut hæreditet vitam futuri ſæculi; ac poteſt ea quilibet capere, magnus ac parvus, vir & mulier, magno vel exiguo præditus ingenio.

13. Si nimirum cum *opere Bereſchit* & *Mercavæ* conferantur, utpote quorum materia multò ſublimior, nec ita humano captui obvia eſt, quàm liciti atque illiciti ratio. Fuerunt hi duo celeberrimi doctores Gemarici, qui floruerunt quinto ſeculo; uterque præceptorem habuit Rabba. הויא *objectionem*, *diſputationem* in utramque partem notat; hîc ſumitur ſpeciatim pro *ſcientia Geramica.* Vide & Baal Haruch ad hanc vocem.

פרק חמישי

CAPUT V.

א כל בית ישראל מצווים על קדוש השם הגדול הזה׃ שנאמר ונקדשתי בתוך בני ישראל ומוזהרים שלא לחללו שנאמר ולא תחללו את שם קדשי כיצד כשיעמוד

Lev. XXII. 32.

Ibid.

I. Toti domui Iſraelis mandatum eſt de ſanctificatione magni iſtius nominis; ita dictum eſt: *Ut ſanctificer* [1] *inter filios Iſrael*: admonita quoque eſt, ne illud prophanaret; ſic dicitur: *Non prophanabitis nomen ſanctum meum.* Quomodo? Si, e. c. ethnicus

כותי ויאנוס ישראל לעבור על אחד מכל מצות האמורות בתורה או יהרגנו יעבור ואל יהרג שנאמר במצות אשר יעשה אותם האדם וחי בהם ולא שימות בהם ואם מת ולא עבר הרי זה מתחייב בנפשו:

ethnicus aggrediatur Iſraelitam, cogatque ad tranſgrediendum unum ex omnibus præceptis, quæ recenſentur in lege, vel eum (aliàs) occiſurus ſit; tum violet præceptum, neque ſinat ſe interfici; ſicuti dicitur de præceptis, quæ ſi fecerit homo ea: *Vivat per* Lev.XVIII.5. *iſta*; non autem morietur per illa. Si autem ſe offerat neci, neque tranſgreſſus fuerit, certè iſte in animam ſuam ſit reus.

1. בתוך ſeu *in medio* exponunt de decem ad minimum hominibus, uti etiam ex hujus cap. ſectione 3. & 4. manifeſtum fit: Sed nullo penitus vel ſcripturæ exemplo præeunte, vel vocis uſu ſuadente. Et ſi alicujus valoris eſſet hoc interpretamentum, licebit etiam alia loca, ubi eadem aut vicina occurrit vocula, in eundem ſenſum interpretari; ut cùm Deus affatur Moſen atque Aaronem: *Separate vos è* Num. XVI. 21 *medio* (מתוך) *cætûs hujus*; dicendum eſſet, tantùm decem fuiſſe adverſus Moſen inſurgentes, aut ſeditionem molientes, cùm ducentos & quinquaginta fuiſſe ſole clarius verſ. 2. & 35. indicet. Vt verò ad profanationem vel ſanctificationem, ſeu divini nominis profeſſionem, hæc reſtringatur ſignificatio, nulla cùm veri ſpecie à magiſtris aſſeritur; ſicuti nec iſtud, quod locum Num. XIV. 27: *Quouſque cœtum hunc malum ſcil. audiam?* exponant de decem hominibus; quaſi vox עדה exactè iſti numero reſpondeat: quia, inquiunt, 12 miſſi erant exploratores, at in murmuratione *Ioſua* & *Caleb* ſe ab iis ſegregaverunt: Ergo 10 remanſerunt. Sed violentam, imo & falſam eſſe hanc interpretationem verſ. 1. & 2. ejuſdem cap. manifeſtò arguunt, ubi dicitur, *totum cætum* & *omnes filios Iſraelis* adverſus Moſen atque Aaronem inſurrexiſſe: quis verò adeò ineptus erit, ut decem tantùm homines ibi deſignari dicat? Deinde, ſi vel maximè conſtaret verſ. 27. vocabulum *Cœtus* de numero denario accipiendum eſſe, quis inde colliget, nunquam pauciores homines conſtituere poſſe *Cœtum?* Vnde apparet, nullo penitus fundamento niti Maimoni-

dis axioma in Hilchot tephila Veberachat Cohanim, cùm inquit :
Cap. 8. §. 5. בכל עשרה מישראל הן הנקראים עדה : *Omnes decem ex Israele vocari cœtum.*

ב בד״א בשאר מצות חוץ מעבו״ם וגלוי עריות ושפיכות דמים אבל שלש עברות אלו אם יאמר עבור על אחד מהן או תהרג יהרג ואל יעבור :

II. Ista verba dicta sunto de reliquis præceptis, non verò de [2] interdicto idololatriæ, adulterii atque homicidii : sed de istis tribus si dixerit, committe unum ex illis, aut morte afficieris, permittat se interimi, neque peccet.

2. Aliam hîc rationem *Noachidarum* esse volunt, quos absque salutis periculo (ubi necis supplicium intentatur) præcepta sua septem violare posse statuunt. Sic Maimon in Melachim cap. 10. *Noachides cui vis infertur, ut transgrediatur ullum suorum præceptorum, vel ut cultum diis fictitiis exhibeat, recte ac ordine fecerit, si violet. Non enim ipsis quicquam præceptum est de sanctificando Dei nomine.* Imò tantum indulgent proselytis, ut, licet tam גר צדק quàm תושב adulterium commiserit post adeptum jus προσηλύτε, non tamen idcircò ab uxore sequestrandus sit: etiam novercam & materteram in uxorem assumere ipsi permittunt; uti licet videre apud Maimonidem Hilchot Isure bia cap. 14. & Iebamoth cap. 11. §. 2. Quod autem origine sive naturâ Iudæos spectat, hîc doctores Thalmudici in partes abeunt, aliis permittentibus vitæ hujus usuram remedire horum trium etiam peccatorum patratione, aliis contrarium tuentibus; ita R. Simeon : אם אומרים
Havoda Zara fol. 27. לאדם עבור עז״ ואל תהרג שיעבור ואל יהרוג ת״ל וחי בהם ולא שימות : *Si dixerint homini committe idololatriam, & non interficieris, tum committat, neque offerat se neci; lex enim inquit : Et vivet in iis; non vero ut moriatur*; contra R. Ismael pronunciat. In peccatis clanculariis, seu בצינעא commissis, non eadem magistrorum mens est, respectu idololatriæ & reliquorum præceptorum. R. Ismael decernit, fas esse omnia præcepta, etiam gravissima, clam violare tutandæ vitæ causâ; publicè verò ubi negotium agitur, etiam per levissimi præcepti transgressionem non evitandam esse necem ait, hisce verbis בפרהסיא אפילו מצוה קלה יהרג ואל יעבור : *In propatulo, etiamsi fuerit leve mandatum, occidatur, & ne violet.* Secus verò statuunt R. Simeon & R. Zira, dicentes רחמנא אונס או בעל כרחו פטירא : *Misericordiam* (seu Deum) *à pœna solvere coactum vel necessitate*

tate impulsum. Raba autem negat prophanandum esse nomen Dei אפילו באונס הא בצינעא הא בפרהסיא *etiam in coactione, sive ea clanculum sive in publico fiat.* Atque hæc sententia meritò prioribus videtur esse præferenda, & magis conveniens veræ pietatis ac Dei cultoribus.

ג ב"רא בזמן שהכותי מתכוין להנאת עצמו כגון שאנסו לבנות לו ביתו בשבת או לבשל לו תבשילו או אנס אשה לבעלה וכיוצא בזה אבל אם נתכוון להעבירו על המצות בלבד אם היה בינו לבין עצמו ואין שם עשרה מישראל יעבור ואל יהרג ואם אנסו לעהבירו בעשרה מישראל יהרג ואל יעבור ואפילו לא נתכוון להעבירו אלא על מצוה משאר מצות בלבד:

III. Hæc etiam accipienda sunt de tempore, quo gentilis attendit ad proprium commodum: ut e. g. si cogat eum, ut sibi ædificet domum sabbatho, aut coquat cibum; aut ad concubitum [3] mulierem adigat, & id genus alia: at si eo intendat, ut tantummodò præceptum violet, tunc si fuerit inter [4] illum ac huncipsum, neque ibi adfuerint decem Israelitæ, tum violet, neq; submittat se neci; si verò coegerit eum coram decem Israelitis, permittat se interfici, neque violet præceptum; etiamsi non intendat facere, ut delinqueret nisi tantum adversus aliquod præceptum.

3. In nupta hoc locum habere negant; secus vero in virgine פנויה *libera*, & nondum בעולה *desponsata*, aut ארוסה *domum deducta.*

4. Vocatur illis חלל השם בצינעא *Profanatio Dei in occulto*, seu quæ inter pauciores quàm decem committitur: hanc tamen autor Beth Ioseph ab ipsius hominis libera suspendit electione, hoc pacto: כל העבירות חוץ מאליל וגילוי עריות ושפיכות דמים שאומר לו לאדם שיעבר עליהם או יהרג אם הוא בצינעא אם ירצה יעבור ואל יהרג ואם ירצה להחמיר על עצמו וליהרג רשאי ואם הוא בפרהסיא חייב ליהרג ולא יעבור: *Omnia peccata, exceptâ idololatriâ, adulterio & homicidio, si quis dixerit homini ut committat, aut occiden-*

occidendum esse, ac fuerit in abscondito, si voluerit, transgrediatur; si autem in sese voluerit onus hoc suscipere, atque interfici, etiam liberum est: sin verò in publico sit, tenetur se offerre neci, neque violare præceptum.

ד וכל הדברים האלו שלא בשעת הגזרה אבל בשעת הגזרה והוא שיעמוד מלך רשע כנבוכדנצר וחבריו ויגזור גזרה על ישראל לבטל דתם או מצוה מן המצות יהרג ואל יעבור אפילו על אחד משאר מצות בין נאנס בתוך עשרה בין נאנס בינו לבין כותי׃

IV. Ista autem omnia (non accipienda sunt) cùm nullum promulgatum est edictum; sed de tempore decreti: ut, si exsurgat rex impius, veluti Nebucadnezar ac socii ejus, & decernat edictum contra Israelem, ad evertendam ejus legem, sive aliquod præceptum, tum morti se offerat, neque delinquat, licet fuerit contra unum aliquod mandatum; sive coactus sit inter decem, sive inter ethnicum atque seipsum.

ה כל מי שנאמר בו יעבור ואל יהרג ונהרג ולא עבר הרי זה מתח״ב בנפשו כל מי שנאמר בו יהרג ואל יעבור ונהרג ולא עבר הרי זה קדש את השם ואם היה בעשרה מישראל הרי זה קדש את השם ברבים כדניאל חנניה מישאל עזריה ור׳ עקיבא וחבריו ואלו הן הרוגי מלכות

V. Cuicunque dicitur, ut peccet, & ne permittat se interfici, & occisus fuerit, neque transgressus est, is se reum facit in animam suam; cuicunq; verò dictum est, ut permittat se occidi, & ne peccet, atq; occisus fuerit, neq; deliquerit, certè sanctificavit nomen Dei; & si fuerit coram decem Israelitis, tum sanctificat nomen Dei publicè; sicut *Daniel*, *Chanania*, *Mischael*, *Hazaria*, atque uti *R.* [5] *Hakiba*, ejusque socii, qui [6] occisi fuêre à regno; non est

שאין מעלה על מעלתן ועליהם נאמר כי עליך הורגנו כל היום נחשבנו כצאן טבחה ועליהם נאמר אפסו לי חסידי כורתי בריתי עלי זבח :

est superior gradus illorum gradu, ac de iis dicitur: *Propter te occisi sumus omni die, æstimati sumus tanquam ovis mactationis*: de his quoque dictum: *Congregate mihi quos benignitate prosecutus sum, qui icerunt fœdus meum per sacrificium.*

Psal. XLIV. 23.
Psal. L. 5.

5. Fuit Doctor Misnicus, floruitque duodecimo seculo; hic quanto in pretio fuerit, indicat R. Eleazaris encomium. כל חכמי ישראל לפני כקליפת השום חוץ מן הקרח הזה *Omnes sapientes Israelis coram me sunt instar tuniculæ allii cujusdam, hoc calvo excepto* h. e. R. Akibâ, qui calvus erat. Vixit centum & viginti annis sicuti Moses, juxta vulgatum istud dictum: ארבעה מתו בן מאה וכ׳ שנה משה והלל זקן וריב״ן ורבי עקיבה : *Quatuor mortui sunt cùm essent centum & viginti annorum, Moses, Hillel, Senior, R. Iohanan, F. Zechai & R. Hakiba.* Narrant in Berachot Cap. 9. fol. 61. carnem ejus ab hostibus במסרקות של ברזל *pectinibus ferreis* depexam fuisse, atque ita lentâ morte animam exhalasse. Imo tantopere hunc extollunt, ut Spiritum S. super ipsum, sicuti super septuaginta seniores, quievisse asserant; quod tamen minimè quadrat cum electione falsi istius Messiæ bar Cuzbæ, cujus hic fuit armiger. Trucidatus fuit in oppido *Bitter*, capiente illud Adriano, atque supplicium de miseri hujus regis sectatoribus sumente, quos omnes narrant in tract. Githin fol. 58. die internecionis suæ redimitos fuisse tephilim, ita ut 43 sata vel modii istorum phylacteriorum fuerint collecti: atque hinc forsan autor noster aliique Iudæi eos, licet seditiosos, martyrum inserunt albo. Non verò in odium Iudaicæ gentis hoc excogitatum fuisse de R. Akiba, liquidò ex Maimonidis Hilchot Tahanith cap. 5. §. 3. evincitur, qui pessimâ fide in recentioribus citatur editionibus, demptis vocibus, בר כוזיבא שמו *Bar Cuziba nomen ejus*, & substitutis דמו ישראל *Similis erat Israel.*

Bicureth. fol. 30.

6. הרוגי מלכות *Trucidati à regno* vel ab imperio, ut appellant הרשעה *impio*, scil. Romano; designantur hac phrasi decem illustriores Rabbini, qui diversis temporibus jussu Imperatorum Romanorum interfecti sunt; inter illos primus recensetur Rabban Simeon II, Gamalielis nepos, qui in urbis excidio occubuit.

I VI. Qui-

ו וכל מי שנאמר
בו יהרג ואל יעבור ועבר
ולא נהרג הרי זה מחלל
את הש׳ ואם היה
בעשרה מישראל הרי
זה חלל את השם ובטל
מצות עשה שהיא קדוש
השם ועבר על מצות לא
תעשה שהיא חלול י״י
ואע״פכ מפני שעבר באונס
אין מלקין אותו ואין צריך
לומר שאין ממיתין אותו
ב״ד אפילו הרג באונס
שאין מלקין וממיתין אלא
לעובר ברצונו ובעדים
והתראה׳ שנ׳ בנותן מזרעו
למולך ונתתי אני את פני
באיש ההוא מפי השמועה
Levit. xx. 3. למדו ההוא לא אנוס
ולא שוגג ולא מוטעה
ומה אם עכ״ום שהיא
חמורה מן הכל העובר
אותה באונס אינו חייב
כרת ואין צריך לומר
מיתת ב״ד קל וחומר
לשאר מצות האמורות
בתורה ובעריות הוא

VI. Cuicunque autem dicitur, ut ſinat ſe vitâ privari, neque delinquat; & tranſgreſſus fuerit, non verò occiſus, iſte prophanavit nomen Dei: & ſi fuerit inter decem Iſraelitas, certè iſte 7 publicè nomen Dei violavit, ac deſtruxit præceptum affirmativum, de Sanctificatione nominis ejus; atque evertit interdictum de prophanatione Dei. Et licet coactum tranſgreſſorem non flagellent; non tamen oportet dicere, quod Senatus iſtum non interfecerit, licet coactus afficiatur morte; quia is non ferit, neque vitâ orbat niſi voluntate propriâ delinquentes, & teſtibus (adhibitis) atque factâ 8 commonefactione, ſicut dicitur de offerente ex ſemine ſuo Molecho. *Et ponam faciem meam in virum iſtum*: per traditionem docuerunt, per *iſtum*, non (intelligendum eſſe) coactum, nec ignorantem, neque errantem. Si quis autem idololatriæ, (quæ gravior eſt omni peccato) coactus ſe ſubmittat, non reus fit 9 exterminii, (neque neceſſe eſt dicere, necis à Senatu illatæ:) quantò magis (idem judicandum erit) de reliquis præceptis, quæ recenſentur

אומר ולנערה לא תעשה דבר: tur in lege, etiam de [10] adulterio ipse ait : *Puellæ non facies quicquam.* Deut. XXII.26.

7. Aliàs vocatur חלל השם בפרהסיא *profanatio Dei in propatulo*, cùm vid. coram decem ad minimum vel pluribus committitur : atque hoc pacto vocem פרהסיא interpretatur R. Ioannes : אין פרהסיא פחותה מעשרה בני אדם וכתיב ונקדשתי בתוך בני ישראל : *Publicum non est minus quam ex decem hominibus, scriptum enim : Vt sanctificer in medio filiorum Israel.* Sanhed.cap. 8. fol. 74. Tantum tribuunt huic denario numero, ut ubicunque decem modò homines habitant, ibi בית המדרש *vel Scholam*, & בית הכנסת *domum conventûs* vel *synagogam* exstruendam esse judicent : sic Maimon de precib. & bened. Sacerdotum : Cap.11. s. 1. כל מקום שיש בו עשרה מישר' צריך להכין בה בית שיכנסו בו לתפלה בכל עת תפלה ומקום זה נקרא בית הכנסת וכופין בני העיר זה את זה לבנות להם בית הכנסת : *Vbicunque sunt decem Israelitæ, ibi oportet ædificare domum, quam ingrediantur ad orandum omni tempore precationis, atque vocatur hæc domus, domus conventûs, & urgeant incolæ unus alium ad exstruendum sibi synagogam.* Sed quod valde mirandum est, tam rigidè omnem, vel levissimam, offendendi occasionem in hoc cætu vitandam docent, ut potius mors oppetenda sit, quàm ut quis in gratiam gentilium mutet ערקתא דמסנא *corrigium* vel *astrigmentum calcei*, nigrum, (utpote quo Iudæi utebantur in luctu ob excidium Hierosolymitanum) in album ; prout statutum hoc doctorum observare est in Sanhedrim fol.47. בפרהסיא שיש שם עשרה ישראל אפילו לשנויי ערקתא דמסנא יהרוג ואל יעבור : *In propatulo, ubi sunt decem Israelitæ, etiamsi mutandum esset* (tantùm) *corrigium calceamenti, sinat se interfici, & ne delinquat.* Tantum valet patrii moris veneratio, ubi semel animum occupaverit.

8. Inter septem formulas examinandi testimonia etiam ponitur Sanhed. cap.5. s.1. *admonitio*, ac nullum supplicium legitimè exerceri posse contendunt, nisi hæc præcesserit, etiamsi horrenda quæque & ἄρρητα sint scelera, ipseque reus criminis compertissimus ; ut e. c. si quis parentes suos trucidasset, nec tamen certò constaret, utrum ante commissum parricidium præmonitus aut deterritus esset, pœnæ injectâ mentione, ipsum mansuræ, negant sententiam damnatoriam in hujusmodi parricidam ferendam esse. Quo sanè statuto nihil magis noxium excogitari potest, & quidvis non audendi facinorosis aperitur fenestra, hac semel iis præstitâ securitate : nec mihi verisimile fit, in ulla bene

constituta Hebræorum Repub. hunc morem viguisse, quicquid etiam traditionum suarum prætendant autoritatem.

In Schaar Hagemol.

9. Supplicium hoc seu כריתות definitore R. Nachmane מגיע לו בגופו בחייו והיא מת בחצי ימיו כמו שאמרו חכמים מת בן נ׳ זו היא מיתה כרת: *Obvenit corpori in hac vita, ut cum quis in medio dierum suorum obit; quemadmodum dixêre sapientes: Quinquagenarius si moriatur, hæc est mors exterminii.* Statuit præterea duplex exterminium post migrationem animæ è corpore, unum vocat כרת מן הפרדס *exterminium è Paradiso*, seu loco animabus usque ad resurrectionis tempus destinato; aliud verò אבדון או ביטול הנפש *perditionem aut destructionem animæ.* In Mohed Katon fol. 28. ubi etiam recensent omnia mortis genera, כרת seu exterminium vocant, cùm quis ante *sexagesimum* annum viventium numero eximitur. In Siphra nullum כרת nisi אבדן seu *animæ exitium* agnoscunt: sed huic sententiæ se opponunt R. Maimon. & Aben Ezra.

10. Non absimile in Hilchot Iebamoth adfert, ubi inquit de adultero: אנוס פטור מכלם מן המלקות ומן קרבן ואין צריך לומר מן המיתה שנ׳ ולנערה לא תעשה אין דבר: *Coactus exemptus est ab omnibus istis, à flagris &*
Deut. XXII. 26. *sacrificio; neque opus est dicere à morte* Q. D. *Et puellæ non facies quicquam:* Vbi tamen videtur statuere, fornicationem vi imperatam, non penitus virum à necis supplicio liberum reddere.

ז אבל אם יכול למעלט נפשו ולברוח מתחת יד המלך הרשע ואינו עושה הנה הוא ככלב שב על קיאו והוא נקרא עובד עכ״ום במזיד והוא נטרד מן העולם הבא ויורד למדרגה התחתונה של גהינם:

VII. At si quis poterit animam suam eripere, & [11] effugere è manu regis impii, & non facit, sanè hic tanquam canis revertitur ad vomitum suum, & hic vocatur voluntarius servus idololatriæ, atque ejectus est è futuro seculo, atque descendet ad infimum gradum gehennæ.

11. Licet etiam in ipsum Sabbathum incidat fuga, tamen illius sanctificationem postponendam judicant vitæ, uti ex Bamidbar raba mani-

manifestò liquet, ubi in hunc ſenſum occurrit : *Tradiderunt magiſtri* Paraſ. 2. 3.
noſtri, ei, quem perſequuntur gentiles, vel latrones, licere prophanare Sabbathum (fugiendo ſcil.) *ut liberet animam vel vitam ſuam. Sic enim invenimus de Daniele, quòd cùm Saul quæreret eum interficere, fugit ab eo, & evaſit : Quin & magiſtri noſtri caſum proferunt, quod nempe primoribus oppidi Sepphore* (urbs eſt in Galilæa, ubi tum erat Academia) *allatum ſit edictum ab Imperatore*, Romano ſcil. *durum & grave. Quare abierunt atque dixerunt R. Eleazaro F. Peratæ : Rabbi venit ad nos edictum ab Imperatore durum. Quid tu cenſes, an fugiemus? Ipſe veritus eſt dicere : fugite; ſed ſignificavit* ברמז *nutu ſeu ſigno* (unde id vid. colligere poſſent.) *Vos*, inquit, *me interrogatis, interrogate Iacobum, Moſen & Davidem. Quid enim ſcriptum eſt de Iacobo?* Et fugit Iacob : Hoſe. cap. XII. 13. atque ſic de Moſe Exod. II. 15. *Ita quoque de Davide : Et David fugit atque evaſit.* 1. Sam. XIX. 10.12. & XXI. *Quin & ipſe Deus dicit; Abi popule mi, ingredere tu.* Eſa. XXVI. 20. Imo à Ioſua extra neceſſitatis caſum plærique agnoſcunt Sabbathum fuiſſe violatum in expugnatione Hierachuntina; uti ex veterum dictis colligit R. Chagam in Ioſuam fol. 48. c. 1.

ח נשים שאמרו להם כותים תנו לנו אחת מכם ונטמה אותה ואם לאו נטמה את כלכם יטמאו כלן ואל ימסרו להם נפש אחת מישראל וכן אם אמרו להם כותים תנו לנו א׳ מכם ונהרגנו ואם לאו נהרוג כלכ׳ יהרגו כלם ואל ימסרו להם נפש אחת מישראל ואם ייחדוהו להם ואמרו תנו לנו פלו׳ או נהרוג את כלכם

VIII. Si [12] fœminis dixerint gentiles : *Tradite nobis unam è veſtris, ut inquinemus eam; ſi non, polluemus vos omnes*; tum iſtæ contaminentur, neque dent eis ullam animam ex Iſraele. Quod ſi ita dixerint (viris) ethnici: *Tradite nobis unum ex veſtris, ut interficiamus illum; ſi non, occidemus vos omnes*; tum non offerant iis ullam animam ex Iſraele. Aſt ubi ſpeciatim indicaverint : *Tradite nobis N. vel morte vos omnes afficiemus*; tum ſi fuerit quis reus mortis, veluti Seba filius Bechri, ejuſmodi illis concedant. Quod

1. Sam. xx. אם היה מחוייב מיתה כשבע בן בכרי יתנו אותו להם ואין מורים להן כן לכתחלה ואם אינו חייב מיתה יהרגו כלן ואל ימסרו להם נפש אחת מישראל:

si non indicaverint eis, sicut prius, neque aliquis obnoxius fuerit morti, interficiantur illi omnes, neque tradant iis animam ullam ex Israele.

12. Idem exemplum atque iisdem verbis in Misna adfertur Massechet Terumoth cap. 8. §. 12.

ט כענין שאמרו באונסין כך אמרו בחלאים כיצד מי שחלה ונטה למות ואמרו הרופאי׳ שרפואתו בדבר פלוני אחד מאיסורין שבתורה עושין ומתרפאין בכל אסורין שבתורה במקום סכנה חוץ מע״כום גלוי עריו׳ ושפיכו׳ דמים שאפילו במקום סכנה אין מתרפאין בהן ואם עבר ונתרפא עונשין אותו ב״ד עונש הראוי לו:

IX. Quod dixerunt in negotio de coactionibus, idem quoque locuti sunt de morbis. Quomodo? *Si quis ægrotet, atque inclinet ad mortem, ac dicant medici, medelam ejus esse sitam in aliqua re, prohibita in lege, tunc faciant atque sanent in casu discriminis* [13] *quibuslibet in lege vetitis,* [14] *exceptâ idololatriâ, adulterio atque homicidio; quibus etiam in casu periculi non sanant: & si deliquerit, atque sanitati fuerit restitutus, mulctat eum Senatus pœnâ commeritâ.*

13. Sic ægro omnia officia atque ministeria, licet cum Sabbathi violatione conjuncta, præstari jubent, uti in Hilchot Sabbat Maimon sæpius inculcat: Imo si modò parvulus sit unius diei, profanandum sabbathum suadent, quò in vivis servetur; sic R. Salomo F. Gerson in cap. 8. tract. Ioma. At in morbis levioribus, aut quibus vitæ discrimen non est admixtum, operâ & ministerio gentilium utendum esse statuunt die sabbathi, uti ex dicto cap. Hilchot Sabbat §. 10. apparet. (Cap. 2. §. 1. 2. 3. &c.)

14. Eo-

14. Eodem modo R. Ioannes in Peſachim : מכל מתרפאין חוץ *Cap. 2. fol. 25. &*
עבודה אלילי' עריות ושפיכות דמים : *Omnibus medentur , præter idololatriam , fornicationem & homicidium.* Reſtringitur hîc interdictorum uſus ad morbos , vitæ diſcrimen ſecum trahentes ; ſed quidam etiam ad leviores extendunt , additâ tamen limitatione hac , ſi infirmus nullam ex ejuſmodi medela voluptatem aut delectationem percipere poſſit; ſic autor Beth Ioſeph in Avoda Elilim Sect. 155. בכל מתרפאין אפילו *Vid. Avoda Zara Cap. 2.*
באיסורי הנאה במקום סכנה או אפילו שלא במקום סכנה אם שלא כדרך הנאתו כגון מניח חלב של שור הנסקל על גבי מכתו וכיוצא בו: *Omnibus ſanant , etiam uſu illicitis , in caſu periculi , aut etiam non in loco diſcriminis , modò non fiat propter utilitatem* (vel potius delectationem ejus) *ut e. c. ſi quis adipem bovis lapidati applicet vulneri , atque id genus alia.*

Quantoperè autem ab omni etiam ſpecie idololatriæ abhorreant , ex iſtis quæ in Schemot raba adducunt , teſtatiſsimum fit : *Paraſ. 16. fol. 79.* אם היה אדם מישראל חולה ואמרו לו לך אצל ע"ז פלנית ואתה אסור לילך & paucis interjectis : כל דבר שהוא של ע"ז אסור להתרפאות בו ואם אמרו לו לאדם טול ממה שמקטירין לע"ז או טול מן האשרה ועשה מהן קמיע ותתרפא אל תטול: *Si fuerit Iſraelita ægrotus , eique dixerint : Abi ad idolum quoddam , & ſanus evades ; nefas eſt eò contendere. Piaculum eſt ſanari ullâ re ad idololatriam ſpectante ; ut ſi e. c. dicant , remove ab idolo , quo coronarunt iſtud , aut ſumito aliquid è luco conſecrato , unde conficias membranulam è collo penſilem , atque ſanaberis, ne accipito.* Cum hoc coincidit iſtud in Beth Ioſeph de Idololat. §. 155. כותי דעלמא שבא לרפאותו ואמר קח ממים אליל או מאילן פלוני שהוא של אליל לא יקבל ממנו: *Si forte gentilis veniat ad ſanandum aliquem, dicatque; accipito ex aquis idolo* (conſecratis,) *aut ex arbore quadam idoli , ne accipiat inde.* Quam ſollicitè verò cultûs vel honoris ritum, idolis deferri ſolitum , arceant , in Avoda zara paſſim videre eſt, dum ſuis interdicunt , ne pedi infixam evellant ſpinam coram idolo, ne videantur ſe incurvare in idoli honorem Cap. 1. fol. 12. ne nummos coram imagine diſperſos tollant ſtantes , ſed prius conſideant, ac deinde ſublevent. Ibid. Ne bibant aquam , ante idolum ſitam vel effuſam , in qua ejus פרצונות *effigies* repreſentantur , ne admovendo os ſuum aquæ , videantur idolum oſculari. Ibid. Sic quoque nefas ſibi ducunt,quicquam divendere ſacrificulo idololatræ , quo in cultu idoli uſurus eſt , ut thus , קנדליר *candelabrum*, libros idololatricos, aliaque. Ibid. fol. 13. Hiſce gemina multa in Hebræorum ſcriptis occurrunt, quæ meritò pudorem incutere deberent iis , qui neſcio , ex quibus non nugis medelam petere ſolent, non ſine inſigni ſanctiſſimæ reli-

religionis nostræ opprobrio, chartulas atque laminas in futuræ sanationis spem de collo suspendunt; quem tamen ritum ab ipsis gentili-
Vid.Varro de ling.lat. lib.6. bus derivatum esse, tum ex hoc loco, tum ex aliis pluribus luce cla-
Macrob.Saturn. lib.1.cap.6. rius apparet: Sed cæcutire volenti ne sol quidem ipse sufficit. Quod
Baron. Annal. verò attinet ad medici gentilis operam, eam Israelitis indulgent,
Tom.1. ad ann. 58.Sect.76. dummodò absit idololatriæ periculum, aliàs decernunt illicitam esse in Avod. Zara fol. 27. Sic quoque Iudæo permittunt gentilis suscipere curam, adducto eum in finem Mosis exemplo, quem artem medicam volunt inter Ægyptios exercuisse: Ibid. fol. 70.

י ומנין שאפי' במקום סכנה נפשות אין עוברין על אחת מג' עברות אלו
Deut.VI.5. שנא' ואהב' את ה" אלהיך בכל לבבך ובכל נפשך ובכל מאדך אפילו הוא נוטל את נפשך והריגת נפש מישראל לרפאת נפש אחרת או להציל אדם מיד אנס דבר שהדעת נוטה לו הוא שאין מאבדי' נפש מפני נפש ועריו' הוקשו
Lev.XXII.26. לנפשות שנאמר כי כאשר יקום איש על רעהו ורצחו נפש כן הדבר הזה:

X. Quomodo (probas) etiam in discrimine vitæ non committendum unum ex tribus istis peccatis? Quia dictum est: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis:* etiamsi Deus tollat animam tuam. Interfectio autem animæ Israelitæ ad sanandum aliam animam, sive ad eripiendum hominem è manu violenti, est res, quam ratio dissuadet; quia non est perdenda anima propter animam: Comparatur autem adulterium homicidio; uti dicitur: *Nam quemadmodum surgit quis in proximum suum, eique vitam adimat.* Sic se habet hæc res.

יא בד"א שאין מתרפאין בשאר אסורים אלא במקום סכנה

XI. Ista, quæ diximus, *non sanant reliquis illicitis, nisi in loco discriminis*, (accipienda sunt) de tempore, quo utilitatis ejus ratio

בזמן שהן דרך הנאתן כגון שמאכילים את החולה שקצים ורמשין או חמץ בפסח או שמאכילים אותו ביום הכיפורים אבל שלא כדרך הנאתן כגון שעושין לו רטיח או מלוגמ׳ מחמץ או מערלה או שמשקין אותו דברים שיש בהן מר מעורב עם אסורי מאכל שהרי אין בהן הנאה לחיך הרי זה מותר ואפילו שלא במקום סכנה חוץ מכלאי כרם ובשר בחלב שהן אסורים אפילו שלא דרך הנאתן לפיכך אין מתרפאין מהן אפילו שלא דרך הנאתן אלא במקום סכנה:

tio poſtulat: ut, ſi ad comeden- *Lev.*XI.29.
dum darent ægroto abominabi- *Exod.*XII.15.19.
lia atque reptilia, aut [15] fermen- *Exod.*XIII.17.
tatum in paſchate, aut ei [16] ci- *Deut.*XVI.14.
bum præberent die expiationis. Sed ſi non ſit de ratione oblectamenti, ut, e.c. ſi parent ei [17] unguentum vel emplaſtrum ex fermento, ſive ex fructu priorum trium annorum: vel ſi faciant eum bibere res, quæ habent amaritudinem mixtam cum cibo illicito, quæ, cùm nihil delectationis adferunt palato, licita erunt, etiamſi non fuerit in loco diſcriminis, præter heterogenea vineæ, & carnem cum la- *Deut.*XXII.9.
cte; iſta enim prohibita ſunt, etiamſi nulla ſubſit utilitatis ratio: idcirco non ſanant iſtis rebus illicitis, niſi in loco periculi.

15. Iſtud in genere de eſu fermenti in hoc feſto notandum; quod ſolum abſque mixtione alterius rei comeſum, ſi modò ſit fruſtulum magnitudine unius olivæ, exterminio reddat obnoxium, juxta decantatum ipſorum ſtatutum חמץ אסור באכילה ובהנאה וענוש כרת *Fermentum illicitum eſt eſu & uſu, atque pœna eſt exterminium.* Sin verò *Peſach.cap.2.*
mixtum cum alio cibo ſumatur, atque unius olivæ æquaverit magnitudinem, tum reus flagris, juxta legem definitis, ſubjicitur, uti ex Macoth cap. 3. §. & Ceritoth cap. 1. §. 1. deprehendere licet: Minus ſi fuerit olivâ, tum noxium rebellionis plagâ feriendum ſtatuunt. Triplicem hanc pœnam pro minori vel majori delicto tradunt ma-

 giſtri

giſtri in Peſachim cap. 3. fol. 43. & 44. Plura de cibis illicitis, eorumque pœnâ, ſi quis deſideret, is conſulat Maimonida in Iſure Maachloth cap. 2. aliiſque in locis, ubi anxiè ſingulos rimatur caſus. Non levis autem inter doctores cernitur diſſenſus, ubi de pœnarum agitur definitione contra vetiti cibi uſum, ut e. gr. dum unus decernit flagellationis pœnam in eum, qui tantum modò carnis cum lacte coxerit, quantum ad dimidiæ olivæ magnitudinem acceſſerit; alter verò eum pronunciat reum hujus ſupplicii, ſi ederit; alius, ſi vel uſus fuerit: uti videre eſt apud Moſen Kotzi in סמ"ג præcept. negat. 141. Quid autem כלאי הכרם ſint, de quibus in hoc agitur paragrapho, idem R. Kotzbi exponit præcept. negat. 280; cùm videl. diverſa (ſcil. extra terram Iſraeliticam) frugum genera ſimul committuntur agro, ut hordeum, triticum & acinus uvæ, atque ibi plurima Thalmudiſtarum accumulat ſtatuta de modo plantandi vineas, &c.

16. At quid, ſi medici diſſuadeant cibum, æger verò contra nitatur? Hic ægroti poſtulato parendum eſſe pronunciant, ipſeque
Cap.2.s.8. Maimon Hilchot Schebitha haſur: חולה שיש בו סכנה ששאל לאכול ביום הכיפורים אע"פ שהרופאי' הבקיאין אומרין אינו צריך מאכילין אותו על פי עצמו עד שאומ' דיי אמר החולה אינו צריך והרופא אמר צריך מאכילין אותו על פיו והוא שיהיה רופא בקי רופא אחד אומר צריך ואחד אומר אינו צריך מאכלין אותו מקצת הרופאין אומרין צריך ומקצתן אומרי' אינו צריך הולכין אחר הרוב או אחר הבקיאין ובלבד שלא יאמר החולה צריך אבל אם אמר צריך אני מאכילין אותו לא אמר החולה שהוא צריך ונחלקו הרופאין והיו כלם בקיאין ואילו שאמרו אינו צריך כמנין שאמרו צריך מאכילין אותו: *Si quis morbo affectus cum vitæ periculo flagitet cibum die expiationis, licet experti medici dicant non opus eſſe, nihilominus ad ipſius petitionem cibent eum, donec dicat ſufficere. Si verò ægrotus pronunciet non neceſſe eſſe, ſed medicus contra ſtatuat, ex hujus ecnſilio cibum ei porrigant; ſuadente autem uno medico experto eſum, altero improbante, ex juſſu prioris eſculenta præbeant: diſſentientibus multis, ſequantur vel plurium vel doctiorum conſilia, dummodo ipſe æger non aſſerat ſe indigere, tunc enim cibandus eſt; at ſi nihil dicat æger, omneſque medici probati diſſentiant, tum juxta numerum affirmantium, opus eſſe, cibum ægroto dent.* Eidem ſententiæ accedit
Cap. ultimo. R. Inai in Ioma: חולה אומר צריך ורופא אומר אינו צריך שומעין לחולה *Infirmus ſi dicat ſe opus habere, contra verò medicus; auſcultent ægroto, cibumque præbeant.* R. Iſai ſtatuit ægrotum (ſi modò poſtulet) etiam tum cibandum eſſe, cùm nulli experti adſunt medici, juxta iſtud Prov. XIV. 10. *Cor agnoſcit animæ ſuæ amaritudinem.*

17. Origi-

17. Originem ſuam hæc vox debet græco *μάλαγμα*, vocatur etiam Rabbinis אספלנית, quod ab *ἀσφάλτῳ* putaverim deſcendere: plurima enim græca magiſtri in ſuum uſum verterunt, quemadmodum vel ex hoc ipſo caſu, de fermenti aſſervatione, planum fit, de quo ita Maimon in tract. Chamezt & maztza: הקילור והרטייה והאספלנית והתריאקה שנתן לתוכן חמץ מותר לקיימן בפסח שהרי נפסדה צורת חמץ הפת עצמה שעפשה ושנפסלה מלאכול הכלב ומלוגמה שנסרחה אינו צריך לבער: *Collyrium, unguentum, emplaſtrum aut theriacam, quæ datur cum fermento, licet conſervare in paſchate, quia corrupta eſt forma fermenti. Fruſtum autem ſubſtantiæ mucidæ & putrefactæ ex comeſu canis, & malagma fœtidum non opus eſt comburere.*

יב מי שנתן עיניו באשה וחלה ונטה למות ואמרו הרופאים אין לו רפואה עד שתבעל לו אפילו היתה פנויה ואפילו לדבר עמה מאחרי הגדר אין מורין לו בכך וימות ולא יורו לו לדבר עמה מאחרי הגדר שלא יהו בנות ישראל הפקר ויבאו בדברים אלו לפרוץ בעריות:

XII. Si [18] quis conjecerit oculos ſuos in mulierem, & ægrotaverit, atque in agone mortis fuerit conſtitutus, dixerintque medici, non poſſe eum ſanitati reſtitui, niſi conjugata fuerit ei: etiamſi [19] cælebs fuerit, ac etiamſi pone ſepimentum cum ea velit ſermones miſcere, non tamen concedant hoc ei, ſed moriatur, neque permittant ei retrò parietem cum ea loqui: ne fiant filiæ Iſraelis [20] communes; & accedent cum iſtis rebus ad evellendum ſcortationem.

18. Non ineptè rabbinicâ phraſi exprimitur: זן עיניו מן הערוה *Paſcere oculos illicito ſpectaculo:* pœna huic ab Eleaſare talis aſſignatur: כל המסתכל בערוה קשתו נגערת: *Quicunque indulget libidini, arcus ejus conquaſſatur*, Hab. III. 9. *Nudus alveus eſt factus arcu tuo.*

19. פנויה *Liberam, ſolutam aut innuptam* notat, vocatur & alio nomine רווקה, oppoſitè ad בעולה *deſponſatam*, vel ארוסה *domum deductam;*

 ut

Iebamot. cap. 6. fol. 61. ut in isto R. Eliezeris : פנוי הבא אל פנויה שלא לשם אישות עשה זונה *Cælebs congrediens cum soluta ante connubium, fornicatur.* Sed huic dicto reclamant omnes Deuterotæ, negantes meretricem fieri, si quæ cum cœlibe consuescat. Idem casus, sed paulò plenius in Sanhedrin cap. 8. & ibidem à Rabbenu Ascher adducitur : אמר רב יהודה אמר רב מעשה באדם אחד שנתן עיניו באשה אחת והעלה לבו טינא ושאלו לרופאים אמרו אין תקנ׳ עד שתבעל לו ואמרו חכמים ימות ואל תבעל לו תעמוד לפניו ערומה ימות ואל תעמוד לפניו ערומה תספר עמו מאחורי הגדר ימות ואל תספר עמו מאחורי הגדר : *R. Iehuda refert, protulisse Rab exemplum de quodam homine, oculos suos in mulierem conjiciente, ita ut animum ejus occuparet spurca ægritudo : consulti medici, responderunt, non convaliturum eum, nisi fœminæ istius amplexu frueretur. Sed edixerunt sapientes, moriatur potius, quàm ut illam cognoscat: stet coram illo nudata vestimentis ; obeat potius, quàm ut nuda ipsi exponatur. Confabuletur cum eo stans pone sepimentum, imo moriatur, nec sermones misceat cum ea, licet post parietem constitutâ.* Quàm solicitè autem cautum voluerint impuris amoribus, magis adhuc ex paucis eorum, quæ hîc adjiciemus, statutis liquebit. Mulierem enim negant à tertio ætatis anno adhibendam esse ad ullum ministerium, qualia sunt, præbendi cibi, potûs, lotionis manuum &c. sive sit adolescentula, vel adultior, aut innupta ; idque ideo שלא יבוא לידי הירהור *ne in perversam incidat cogitationem.* Kidufchin cap. 4. Sanhedr. cap. 4. *Solitarium etiam* ייחוד פנויה *cum innupta consortium* severè interdicunt, & si quis contra faciat, loris dilacerandum præbent. Imo nec tutorem aut custodem iis præficiendum esse ædibus, in quibus fœminæ habitant ; sic Maimon Isure bia : Cap. 22. אין ממנין אפילו אדם נאמן כשר להיות שומר חצר שיש שם נשים אע״פ שהוא עומד בחוץ שאין אפיטרופוס לעריות ואסור לאדם למנות אפיטרופוס על ביתו שלא ינהיג אשתו לדבר עבירה : *Ne constituant etiam virum fidelem in atrii custodem, ubi mulieres sunt, licet ipse foris consistat, ne fiat ἐπίτροφος libidinis. Illicitum quoque est homini, præficere curatorem domui suæ, ne labendi occasionem uxori suæ præbeat.* Idem asserit, non esse sapienti dormiendum in atrio, ubi habitat vidua, licet in eodem plures aliæ sint mulieres ; nec fœminæ concessum adolescentulis tredecim annorum ad ministeria peragenda uti, aut solitariè cum iis agere, idque suspicionis evitandæ causâ ; &, ut postmodum addit לכוף יצרו, *ad frænandam concupiscentiam suam* ולהרגיל עצמו בקדושה ובמחשבה טהורה *& adsuefaciendum seipsum sanctis ac puris cogitationibus.* Hinc etiam ne quidem ædes meretricis transire cuiquam permittunt, nisi quatuor cubitis inde sejunctus fuerit, Avoda Zara fol. 17. Plura ejusdem notæ legere est in Avoda zara cap. 1. fol. 20. & c. 2. Eruvin cap.

cap. 10. & Iebamot, aliiſque in locis, unde reliqua lector petet; inprimis verò ex סמ"ג Moſis Kotzi ad præcept. negat. 126.

20. הפקר *promiſcuo uſui expoſita, proſtituta*, & indecorè ſe exornans; hinc הפקירא indecentem ac meretricium habitum notat: ſi primam vocis פקר originem ſpectes, ſignificat *liberare* ſeu *liberum reddere*, inde tranſlatum ad proſtibulorum mores. Paulò aliter, licet fere eodem ſenſu, hæc effert R. Acha: כדי שלא יהו בנות ישראל פרוצות בעריות: *Ne filiæ Iſraelis procaces aut profuſæ reddantur in libidinem.*

יג. כל העובר מדעתו בלא אונס על אחת מכל מצות האמורות בתורה בשאט בנפש להכעיס הרי זה מחלל את השם ולפי׳ נאמר בשבועת שקר וחללת את שם אלהיך אני ה׳ ואם עבר בעשרה מישראל הרי זה חלל את השם ברבים וכן כל הפורש מעבירה או עשה מצוה לא מפני דבר בעולם לא פחד ולא יראה ולא לבקש כבוד אלא מפני הבורא ב"ה כמניעת יוסף הצדיק עצמו מאשת רבו הרי זה מקדש את השם:

XIII. Quiſquis ſponte abſque coactione violat unum ex omnibus præceptis, quæ dicta ſunt in lege, cum animi contemptu, ad irritandum, certè is prophanat nomen Dei; & idcirco dicitur in juramento falſo. *Nam prophanabis nomen Dei tui, quia ego ſum Dominus*: ſi verò tranſgrediatur apud decem Iſraelitas, ſane iſte publicè violat Deum. Quiſquis ſe à peccato ſeparat, aut facit præceptum non propter rem aliquam mundanam, non pavorem, aut timorem, neque ad quærendum gloriam; ſed propter Creatorem Ben, uti fuit continentia juſti Ioſephi ab uxore domini ſui; certè is ſanctificat nomen Dei.

Lev. XIX. 12.

יד. ויש דברים אחרים שהן בכלל חלול׳

XIV. Sunt & alia quædam in genere prophanationis Dei; ut

השם והוא שיעשה
אדם גדול ומפורסם
בחסידות דברים שהבריות
מרננים אחריו בשבילם
ואף על פי שאינן עברות
הרי זה חלל את השם
כגון שלוקח ואינו נותן דמי
הלקח לאלתר והוא שיש
לו ונמצאו המוכרים
תובעין והוא מקיפן או
שירבה בשחוק או
באכילה ושתיה אצל
עמי הארץ וביניהם או
שדבורו עם הבריות אינו
בנחת ואינו מקבלן מסבר
פנים יפות אלא בעל
קטטה וכעס וכיוצא
בדברי׳ האלו הכל לפי
גדלו של חכם צריך שידקד׳ על עצמו ויעשה לפנים
משורת הדין :

e. g. si quando homo excellens in lege, ac [21] celebris pietate, ejusmodi committat, propter quæ homines malè loquuntur de ipso; & licet non sint peccata, nihilominus tamen prophanat Deum: ut e. c. [22] si emat, neque statim pecuniam solvat, si habuerit; & cùm exigunt, venditores reverti faciat: vel, qui profusus est in [23] risu, cibo atque potu apud [24] plebejos, ac inter illos: vel cujus compellatio cum hominibus non est [25] affabilis, neque eos excipit hilari vultu, sed [26] morositate atque indignatione laborat, & id genus aliis. Ista omnia juxta sapientis excellentiam necesse est ut benè verset apud semetipsum, agatque ex regula juris.

21. מפורסם *publice celebratus, manifestatus* à פרסם publicavit, manifestavit, unde פרסום *publicus, manifestus*, More lib. 1. cap. 68. & בפרסום *palam, apertè, liquidò*, in Bechai.

22. Eodem pacto in Ioma cap. 8. היכי דמי חלול השם אמר רב כגון אנא דשקילנא בישרא מטבחא ולא יהיבנא דמי לאלתר : *Quænam est profanatio Dei? Rab inquit; ut si e. c. ego offendiculum præberem fidei mei violatione, nec ilico alteri solverem.* Sic & alibi : איזה הוא חלול השם תלמוד חכם שקנה דבר ואינו נותן מעות לאלתר אומרים הבריות זו היא תורה אשר מי שלא למד לבני תורה : *Qænam est nominis Dei violatio? Si discipulus sapientis aliquid emerit, & non statim solverit pretium: tum enim dicunt homines: Hæccine est lex illa? Felix*

lix ille, qui non docuerit filios ſuos legem. Non abſimilia his in Bava Meziha cap. 6. &c. reperire eſt.

23. Inprimis ſapientibus coram diſcipulis ab ejuſmodi moribus ſibi ſedulò temperandum eſſe monent, juxta illud: לא ראוי לרב לנהוג קלות ראש בפני התלמידים ולא לשחוק בפניהם ולא לאכול ולשתות עמהם כדי שתהא אימתו מוטלת עליהם: *Non decet magiſtrum ſeipſum aſſuefacere capitis levitati coram diſcipulis, neque coram illis cachinnari, vel cum illis cibum potumve capere, ne ejus reverentia apud illos evileſcat.* Ne verò ſe conviviis vulgi ingerat ſapiens, Maimon in Hilchot Dehot cavet, cùm inquit: חכם לא יאכול אכל עמי הארץ, & paulò poſt: ולא ירבה סעודתו בכל מקום *Sapiens ne capiat cibum apud terræ populum; neque in quolibet loco multiplicet convivia ſua.* Alias præterea phariſaiſmi atque ſapientiæ notas ratione cibi, potûs, ac veſtitûs magiſtri aſſignant, quæ eodem in cap. à Maimonide indicantur. Cap. 5.

24. Quid עם הארץ h. e. *populi terræ* vocibus denotetur, ſæpius à multis expoſitum eſt, ut fere ſuperfluum judicari poſſit, aliquid addere, tantum Maimonidis hîc deſcriptione ex annotationibus in 4. cap. Avoth contentus ero, ubi hoc modo depingitur: עם הארץ איש שיש לו מעלות המדות אבל אין מעלות שכליות רצוני לומר שהוא שיש לו דרך ואין בידו תורה והוא הנקרא עם הארץ רוצה לומר שהוא טוב ליישב הארץ ולקבוצי המדינות: *Populus terræ eſt homo, qui præditus quidem eſt dotibus moralibus, non verò intellectualibus, h. e. qui verſatus eſt in communi vivendi modo, non autem habet legis notitiam; vocatur autem populus terræ, quod bonum incolam ſe præbeat hujus terræ, atque inter regionum cætus.* Dicitur & aliàs איש המוני, qui nunquam veſtigiis piorum ac eruditorum inhæret.

25. Eadem fere loquendi formulâ occurrit hoc monitum in iſto Schammai, cap. 1. & 15. Avoth. הוי מקבל את כל האדם בסבר פנים יפות *Excipe quemvis hominem amœno vultu.* Ejuſdem ſenſûs eſt, & hoc in Sabbath: לעולם יהא אדם ענוותן כהלל ואל יהא קפדן כשמאי: *Semper ſit homo mitis, ſicut Hillel; non verò moroſus, uti Samai;* qui tamen primus autor celeberrimæ iſtius ſectæ inter Iudæos. Idem produnt de Elia propheta, eum vid: קפדן *moroſiorem* fuiſſe erga diſcipulos ſuos. Cap. 2. Sanhedrin. Cap. 10.

26. בעל קטטא *rixoſus, facile irritabilis*; hîc verò moroſum atque difficilem in alloquio deſignat.

XV. Hoc

טו וכן אם דקדק
החכמ׳ על עצמו והידה
דבורו בנחת עם הבריו׳
ודעתו מעורבת עמהם
ומקבלן בסבר פנים
יפות ונעלב מהם ואינו
עולבן מכבד להן ואפילו
למקלים לו ונושא ונותן
באמונה ולא ירבה
באריחות עמי הארץ
וישיבתן ולא יראה תמיד
אלא עוסק בתורה עתוף
בציצית מוכתר בתפילין
ועושה בכל מעשיו
לפנים משורת הדין והוא
שלא יתרחק הרבה ולא
ישתומם עד שימצאו הכל
מקלסין אותו ואוהבי אותו
ומתאוין למעשיו הרי זה
קדש את השם ועליו
הכתוב אומר ויאמר לי
Esa. XLIX.3. עבדי אתה ישראל אשר
בך אתפאר:

XV. Hoc modo ſi attentè examinet ſapiens ſemetipſum, & & ſermo ejus ſit [27] placidus cum hominibus, ejuſque voluntas commixta ſit illis, atque excipiat eos blando vultu; etiam injuriis affectus, ne tamen injuriam rependat; honore etiam proſequatur vilipendentes eum; atque fideliter [28] negocietur; neque multùm verſetur in ſemitis [29] plebejorum eorumq; ædibus, neque perpetuò ſpectatum obambulet: ſed occupatus ſit in lege, tectus [30] filamentis oralibus, cinctus frontalibus; componatque omnes ſuas actiones ex rigore juris; neque nimiùm ſe ſegreget, nec ſapientiâ ſe extollat; tum omnes eum laudibus decorabunt, ac amore proſequentur, atque ex ejus operibus delectationem capient. Certè talis ſanctificat nomen Dei; & de eo ſcriptura ait: *Dicet mihi, ſervus meus tu Iſrael, quia in te gloriaturus ſum.*

27. Hoc tanquam peculiare ſapientis ornamentum Maimon in Dehot recenſet, ubi inquit: תלמיד חכם לא יהא צועק וצווח בעת דיבורו כבהמות וחיות ולא יגביה קולו ביותר אלא יהא דיבורו בנחת עם כל הבריות וכשידבר בנחת יזהר שלא יתרחק עד שיראה כדברי גסי רוח ומקדים שלום לכל אדם: *Dſcipulus ſapientis ne ſit clamoſus & imperioſus cùm loquitur, inſtar beſtiarum ac feriarum, nec vocem ſuam nimis extollat; ſed ſermo ejus ſit ſedatus cum omnibus homi-*

hominibus, atque ubi verba habuerit, placidè admoneat, neque contemptim loquatur, ne videatur in verbis asperiori præditus esse spiritu, sed quemvis hominem cum pace antevertat.

28. נושא ונותן *Tollat ac tradat*; quibus verbulis omnis emptio-venditio circumscribitur atque contrahendi ritus; ut enim ratus habeatur contractus, tenetur juxta illorum statuta emptor è terra rem emptam paululum elevare, atque venditor jus dominii ac possessionis in eam emptori deferre, eique veluti in manus tradere: si alterutra harum actionum desit, imperfecta atque pro nihilo censetur negotiatio. Atque in hunc sensum sumuntur hæ voces in Ioma cap. 8. ויהא משאו ומתנו בנחת עם הבריות מה הברי׳ אומרים עליו אשרי אביו שלמדו תורה אשרי רבו שלמדו תורה : *Qui elevationem & dationem suam placidè peragit cum hominibus. Quidnam de eo dicunt homines? O quàm beati sunt pater ac magister hujus, qui ipsum docuerunt legem.*

29. Imo tantopere ab horum consortio abhorrent, ut ne quidem hospitalitatis beneficium ab inerudito dignentur admittere, uti in Misna videre est, ubi de חבר aut sapientum sodali asserunt שאין מתארח אצל עם הארץ ולא מארחו אצלו ובכסתו : *quod non divertatur apud plebejum, neque illum excipiat hospitio aut tecto.* Nullos etiam cum eo contractus instituendos esse sapientiæ sectatori censent, aliaque, copiosius ibidem à Gemeracis excussa. Ac licet pietatis videatur esse cultor, non tamen sapienti apud ipsum commorandum esse, juxta illud: אם עם הארץ הוא חסיד אל תדור בשכונתו : *Idiota si religiosus esse velit, ne habites tum in vicinia ejus*: fortè quod in vili atque inculto pectore vix religionis studium absque superstitione socia habitet. *Dammai cap. 2. §. 3.*

30. Tantum tribuit Maimon his phylacteriis, ut dicat à præcepto hoc zizit scripturam תלה כל מצות כולן *suspendere omnia omnino præcepta.* Q. D. *Vt videntes illud, recordemini omnium præceptorum Domini.* *Num. XV. 39.* Ejusdem farinæ quædam de zizit in cap. 4. Nedarim adferuntur. Similis etiam est præstantia atque sanctitas thephilin; de utrisque ita magistri in Sabbat: כול מי שיש לו תפילין בראשו או בזרועו וציצית בבגדו ומזוזה בפתחו מוחזק הוא שלא יחטא שהרי יש לו מזכירין רבים והן הם המלאכים שמצילין אותו מלחטא שנ׳ חונה מלאך ה׳ סביב ליריאיו ויחלצם : *Cap. 2.* *Quicunque alligata habet precatoria capiti aut brachio, & zizit vestimento, atque schedulam liminarem ostio, munitus est adversus peccatum; hæc enim eximia sunt μνημόσυνα, atque angeli eripientes eum à peccato.* Q. D. *Angelus Domini castrametatur circa timentes eum, atque liberat eos.* *Psal. XXXIV. 8.* Paulò explicatius de

 Thephilin

Thephilin cap. 4.§.24.Maimon.קדושת תפילין קדושתן גדולה היא שכל זמן שהתפילין בראשו של אדם ועל זרועו הוא עניו וירא שמים ואינו נמשך בשחוק ובשיחה בטילה ואינו מהרהר מחשבות רעות אלא מפנה לבו בדברי' האמת והצדק לפיכך צריך אדם להשתדל להיותן עליו כל היום שמצותן כך היא אמרו עליו על רב תלמידו של רבינו הקדוש שכל ימיו לא ראוהו שהלך ארבע אמות בלא תורה או בלא ציצית או בלא תפילין & paulò poſt, כל הרגיל בתפילין מאריך ימים שנ' השם עליהם יחיו : *Magna eſt ſanctitas frontalium ; quocunque enim tempore affixa ſunt capiti vel brachio hominis, humilis eſt, atq; veretur Deum, neq; indulget riſui aut inutili meditationi, neque animo volvit pravas cogitationes, ſed contemplatur mens ejus in verbis veritatis ac juſtitiæ. Itaq; debet homo ſedulò curare, ut quotidie præcepto iſti ſatisfiat, ſic enim præceptum eſt ; & hoc referunt de Rab diſcipulo Rabbenu Hakkedoſch, quod nunquam viderint eum procedentem quatuor cubitos abſque lege, zizit aut frontalibus. Qui ſe aſſuefacit thephilin, is producit dies ſuos ; quia dicit Dominus : Propter illa vivent.* Si autem magiſter vel quatuor cubitos abſque his phylacteriis incedat, is cenſetur profanare Deum, ut in Ioma ſtatuitur : דמי חלול השם ר' יוחנן אמר כגון אנא דמסגינא ארבע אמות בלא תורה ובלא תפילין : *Quænam eſt profanatio Dei? R. Iohannes reſpondit : ut ſi e. c. calceatus incederem 4 cubitos abſque lege & Thephilin.* Et ſine hac arte dextrè applicandi thephilin ac zizit, autumant vix aliquem jure ſa-
Cap. 8. pientis nomen ſibi poſſe vindicare, unde & hanc inter ſcientias, à diſcipulo ſapientis addiſcendas, reponunt in tract. Cholin. cap. 1. fol. 91. his verbis: שלשה דברים צריך שלמוד תלמיד חכם כתב שחיטה ומילה ויש אומרים אף: קשר תפילין וברכת חתנו' וציצית : *Tria opus habet, ut addiſcat diſcipulus ſapientis, ſcripturam, mactationem & circumciſionem ; alii etiam inquiunt, alligationem Thephilin, & benedictionem ſponſarum vel nuptiarum, atque zizith.* Alia de his filamentis veſtium & frontalibus, earumque præſtantia & utilitate videre eſt in tract. Berachot cap. 1. f. 7. & 14. in Minchot fol. 39. 43. &c.

פרק ששי

א כל המאבד שם מן השמות הקדושים הטהורים שנקרא בהם הק"בה לוקה מן התורה
Deut. XII. 3. 4. שהרי הוא אומר בכ"ום ואבדתם את שמם מן המקום ההו' לא תעשון כן ליי' אלהיכם :

Caput VI.

I. Quiſquis corruperit unum ex nominibus ſanctis & puris, quibus appellatur Deus Bened. [1] flagellabitur juxta legem ; ipſe enim ait de idolis : *Perdetis nomen eorum è loco illo. Ne facitote ſic Domino Deo veſtro.*

1. Mo-

1. Modus flagellationis ex Maccoth c.3. petatur, atque videantur ibi eruditissimi Cochii notæ. Reliquas minutias de corii genere, de fustis manubrio aperit Clariss. Buxtorfius in præf. Abbrev. præmissâ.

ב ושבעה שמות הם השם הנכתב יוד הא ויו הא והוא השם המפורש או הנכתב א׳ ד׳ נ׳ י׳ אלוה אלהים אהיה שדי צבאות׃ כל המוחק אפילו אות אחת משבעה שמות אלו לוקה׃

II. Septem autem sunt nomina: nomen scriptum יוד, הא, ויו, הא; & hoc est nomen [2] explicatum, vel scriptum א׳ ד׳ נ׳ י׳, אלוה, אלהים, אהיה, שׁדי, צבאות: Quicunque vel unam literam delet ex istis septem nominibus, flagro obnoxius redditur.

ג כל הנטפל לשם מלפניו מותר למוחקו כגון ל מלי״י וב מבאלהים וכיוצא בהן אינן כקדושת השם וכל הנטפל לשם מאחריו כגון ך׳ של אלהיך וכם׳ של אלוהיכם וכיוצא בהן אינן נמחקין והרי הן כאשר אותיות של שם מפני שהשם מקדשם ואף על פי שנתקדשו ואסור למוחקם׃ המוחק אלו האותיות הנטפלות אינו לוקה אבל מכין אותו מכת מרדות׃

III. Quicquid præfixum est nomini Dei, licet delere, ut e.c. ל ex לי״י; & ב ex באלהים, atque similia his: non sunt enim tanquam nomen sanctificatum. Omne verò [3] suffixum isti nomini; ut e.g. ך׳ ex אלהיך, & כם ex אלהיכם, non licet expungere; sunt enim tanquam reliquæ literæ nominis (Dei) siquidem nomen Dei istas sanctificat; & licet sint sanctificatæ, tamen illicitum est eas delere: expungens autem literas accessorias, non flagellatur; sed hunc feriunt [4] flagello rebellionis.

2. Vocatur aliàs שם העצם & ההוייה *nomen essentiale*; de vocis hujus המפורש notatione consulantur Drusius in Tetragrammato cap. 6. &

Amama in tetragrammato. Quàm prodigiosa huic nomini tribuantur à magistris vulgatius est, quàm ut multis egeat documentis; unicum tantùm proferam, ex quo de reliquis fiet judicium. Volunt non modò universa miracula virtute nominis tetragrammati in Ægypto patrata esse; sed & ipsum mundum (si Cabalistæ audiendi) creatum esse. Sic R. Akiba in libello de Othiot, in litera ה, exponit vocem בהבראם *cum crearet ea*, Gen. II. 4. atque divisim legit, בה׳ בראם h. e. *nomine tetragrammato condidit ea.* Idem de futuri seculi formatione ex Esai. LXVI. 22. affirmat, ac tam grande mysterium extundit ex litera ה, quatuor primis vocibus præfixâ. &c. In his tam putidis commentis tantùm ferè desudat Rabbinica eruditio, atque huc omnes ingenii nervos intendit, ut quælibet hac ratione ad placita sua detorquere possit. Scripturam hujus nominis ajunt in Ioma cap. 3. novisse quendam Rabbi, nomine Kamtzar, sed hanc eximiam scientiam noluisse aliis Iudæorum sapientibus impertiri, hinc vibrata in ipsum dira execrationis formula: *Nomen impiorum putrescat.* Ra"si autem addit, hunc fuisse scriptionis modum, quo utebatur: quatuor קולמוסין vel *calamos* inserebat quatuor digitis, atque summâ dexteritate nomen hammephorasch uno exarabat tractu. De ratione combinandi literas in hoc nomine, atque aliis tricis, Vid. R. Meir in Avoda hacodesch. par. I. cap. 15.

Cap.4 fol.35. 3. Sed in Schebahot magistri literas, tam ante quàm postpositas nominibus Dei, deleri posse decernunt, contra quàm hîc Maimon. Ita enim ibi ait R. Samuel: תנו רבנן כל הטפל לשם בין מלפניו בין מלאחריו הרי זה נמחק מלפניו כגון לי״י נמחק ל וגו׳ מלאחריו כיצד אלהיכם נמחק כם וגו׳: *Tradunt magistri, quicquid connexum est nomini Dei, sive ex præfixis sive suffixis constet, expungi posse, ut e.c. ex præfixis,* לי״י *deletur,* ל, *ex affixis, ut* אלהיכם *expungitur* כם. Secus fit in 7 Dei nominibus; quia, si fortè scriptoris manus in iis pingendis aberraverit, aut loco minus proprio posuerit, non eradunt, sed cultello exscindunt, & recondunt in capsulis, quas huic usui destinatas in synagogis ipsorum observare licet. Id præceptum volunt esse Deut. XII. 3. 4. quia נקב & *maledicere* & *perforare* notat, quomodo 2. Reg. XII. 10. usurpatur.

4. Est hoc propriè supplicium fustigationis, quod ob violationem aut contemptum statutorum, à scribis latorum, infligebatur; definitus numerus plagarum non erat hîc assignatus; sed dependebat ab arbitrio judicum, atque pro delicti ratione vel minor vel major

erat.

erat. Quod & Baal Aruch in voce מרד obſervat: *Qui violat*, inquit, *præceptum, ex decreto magiſtrorum fuſtigatur ſine æſtimatione & numero, uſque dum animam exhalet*: Eadem pœnâ mulctatur, qui ſtatutis Rabbinorum inobediens fuerit. Dictum eſt autem ſupplicium hoc מכת מרדות *plaga rebellionis*, eò quod ſtatueretur in iſtum שמרד בדברי תורה ודברי׳ סופרים *qui rebellaret verbis legis atque ſcribarum*. Solet autem plerunque diſtingui hæc מכת מרדות דרבנן *rebellionis caſtigatio magiſtrorum* à מלקות דאורייתא *flagellatione legali*, uti in dicto loco apud Aruch videre eſt. Impingebantur verò ictus à שטרים, qui hoc modo deſcribuntur: גולייריס חובטין במלקות על פי השופטין לכל מי שאינו שמע *Lictores, qui bacillis percutiunt ex ſententia judicum quemvis inobedientem*. Ex hiſce vel tantùm conſtare poſſet, quanto in pretio ac veneratione magiſtrorum habeant edicta, tamen ut liquidius autoritatis eorum appareat ratio, paucis rem totam complectemur. Contendunt autem quædam ſcribarum decreta non minori jure animos hominum ad obſequium devincire, quàm ſcriptæ legis præcepta; unde & duplicis generis ponunt ſtatuta rabbinica, alia חובות ſive omnes in univerſum Iſraelitas *obligantia*, qualia ſunt: מקרא מגילה הדלקת נר בשבת והדלק׳ נר חנוכה *lectio historiæ Eſther in ejus feſto, accenſio lucernæ in ſabbatho, atque incenſio lucernæ in feſto initiationis templi*, à Chaſmonæis factæ: alia verò אין חובות *non obligatoria* ſeu indifferentia, atque hominis arbitrio ſubjecta, uti eſt עירובי׳ ſeu *miſcellaneorum obſervatio*. R. Kotzi recenſet quinque ejuſmodi præcepta Scribarum, vid. de Iruvin, luctu ſuper defunctos, de jejunio die decimo menſis Ab, de feſto Eſtheris & dedicationis templi ſecundi; ſubjungit hæc præceptis in lege conſcriptis. Et quò magis ſuos ab horum vilipendio aut transgreſſione abſterreant, anathematis ſeu excommunicationis fulmine transgreſſores feriunt; unde & quinto loco inter peccata, anathemate vel
נדוי plectenda, & hoc à Maimonide recenſetur, ſi quis המזלזל בדבר Dehot cap. 6.
אחד מדברים סופרים ואין צריך לומר בד״ת *vilipendat verbum aliquod ſcribarum, neque opus eſt hoc tantum aſſerere de verbis legis*. Hiſce conſona habes in Hadajot cap. 4. & Berachot cap. 3. Atque huc collimant omnia iſta dicta de magiſtrorum honore, cujuſmodi ſunt: מורא רבך כמורא שמים: החולק על רבו כחולק על שכינה: כל עושה מריבה עם רבו כעושה מריבה עם שכינה: כל המהרהר אחר רבו כמהרהר אחר שכינה: *Reverere magiſtrum tuum, ſicut times Deum. Quicunque diſceptat adverſus magiſtrum ſuum, is veluti adverſus Spiritum S. contendit. Qui litem inſtituit cum præceptore ſuo, is quaſi cum Spiritu S. contentionem ſuſcipit. Qui ſiniſtrè*

suspicatur de magistro suo, is veluti de ipso Spiritu S. iniquè cogitat. Quæ cuncta eò tantùm fine excogitata sunt, ut color aliquis fictitiæ traditioni quæreretur, rudisque plebecula hac ratione facilius contineretur in officio, ne quicquam adversus jam semel invectam Rabbinorum auderet dictaturam.

ד כתב א׳ל מאלהים יה׳ מיהוה אינו נמחק ואין צריך לומר י״ה שהוא שם בפני עצמו מפני שזה השם מקצת שם המפורש הוא אבל הכותב ש׳ד משדי צב׳ מצבאות הרי זה נמחק:

IV. Scripturam א׳ל ex אלהים, vel י״ה ex יהוה, non oportet expungere; neq; necesse est dicere, י״ה est nomen per sese; quia est pars nominis explicati: sed si quis scribat ש׳ ד׳ ex שדי; צ׳ ב׳ ex צבאות; ista delere licebit.

ה שאר הכינויים שמשבחין בהן את הק״בה כגון חנון ורחום הגדול הגבור והנורא הנאמן קנא וחזק וכיוצא בהן הרי הן כשאר כתבי הקדש ומותר למוחקן:

V. Reliqua [5] attributa, quibus celebramus Deum Ben. uti (sunt) *misericors, magnus, fortis, formidabilis, verax, zelotes, potens*; & id genus alia; sunt tanquam reliqua Scriptura S. eaque delere permittitur.

5. Dispescunt Hebræi ista attributa Dei, in מעשיות *seu practica*, vel relationem ad opera ejus habentia, cujus generis sunt: *Locupletans, humilians, misericors &c.* & in הטפליות h. e. *fundamentalia*, vel quæ fundamentum habent in ipsa Dei essentia, veluti sunt; *excelsus, benedictus, laudandus, &c.*

ו כלי שהיה שם כתוב עליו קוצץ את

VI. [6] Instrumentum, cui inscriptum fuerit nomen (Dei) oportet detruncare usque ad locum

מקום השם וגונזו אפילו
היה השם חקוק בכלי
מתכות או בכלי זכוכית
והתיך הכלי הרי זה לוקה
אלא חותך את מקומו
וגונזו:

cum nominis Dei, iſtudque ſervare, etiamſi inſculptum ſit vaſi metallico, aut vitreo: ſi quis inſtrumentum deraſerit, iſte flagello erit percutiendus, niſi exſciderit locum iſtum, atque cuſtodierit.

6. Non diſſimile ſtatutum in Harachin adducitur, his verbis: *Cap. 3. fol. 8.* שם כתוב על ידות הכלים ועל כרעי המיטה הרי זה יגוד וגונזה: *Nomen Dei inſcriptum anſis vaſorum, aut lecti baſibus, exſcindatur atque occultetur.* Idem in Maſſechet Sopherim, ſed paucis additis: *Cap. 5. Salacha. 13.* על קרן הפרה ועל כרעי המיטה גודרן וגונזה על האבן סומטה וגונזה: *Inſculptum cornu bovis aut lecti ſtylobatis involvatur, & abſcondatur; ſi lapidi, amoveatur & occultetur.* Quis non meritò judicaret, ex hoc fonte Mahumedanorum delirium de chartarum occultatione promanaſſe? Metuunt & illi, ne fortè nomen Mahumedi profano inquinetur uſu. Quaſi verò charecteribus aut literarum figuris, humanâ exaratis manu, peculiaris inhæreat ſanctitas: ſed hi mortales putidâ hac ſuperſtitione maximè produnt, ſe jure meritò literæ miniſtros appellari poſſe. Alia his affinia vide in Beth Ioſeph in Sepher thora; & Sect. 271. in Aſcherot.

ז וכן אם היה שם
כתוב על בשרו הרי זה
לא ירחץ ולא יסוך ולא
יעמוד במקום הטנופת
נזדמנה לו טבילה של
מצוה כורך עליו גמי
וטובל ואם לא מצא
גמי מסבב בבגדי' ולא
יהדק כדי שלא יחוץ
שלא אמרו לכרוך עליו
אלא מפני שאסור

VII. Quod ſi quis in [7] carne ſua exaratum habeat nomen Dei, is ne ſe [8] lavet aut ungat, neque ſtet in loco immundo: ſi autem conſtituta ipſi fuerit lotio legalis, tum involvat (locum iſtum) junco, atque immergat ſe; ſi verò nullum invenerit ſcirpum, cingat pannis, neque nimium conſtringat, ne ſeparetur (à cute:) non locuti ſunt (magiſtri) de obtegendo (loco nominis Dei) ſed

quia

לעמוד בפני השם כשהוא ערום: quia prohibitum eſt conſiſtere coram Dei nomine, cùm quis 9 nudus eſt.

7. Morem hunc incidendi literarum notas cuti à gentilibus derivatum eſſe obſervat Maimon in Avoda Zara, ubi inquit: כתובת קעקע האמור בתורה הוא שישרט על בשרו וימלא מקום השריטה כחול או דיו או שאר צבעונים הרושמים וזה היה מנהג הגוים שרושמין עצמן לע"ז כלומר שהוא עבד מכור לה מורשם לעבודתה ומעת שירשו׳ באחר מדברים הרושמין אחר שישרוט בא זה מקום מן הגוף: *Scriptura ſtigmatis, de qua dicitur in lege, erat, cùm quis incideret carni ſuæ, atque locum inciſionis repleret fuco, atramento, aut aliis coloratis notis; & fuit hæc conſuetudo gentilium, ſtigmatizantium ſeipſos in honorem idolorum, h. e. ſervus mancipatus illi (idolo) inſigniebatur ad cultum ejus, & cum notatus erat aliquo ſtigmate, locus ille è corpore proveniebat.* Subjungit, gentiles ſibi imprimere ſolitos fuiſſe notas ac ſtigmata ob luctum defunctorum, atque unguibus fædaſſe corpus in honorem falſorum numinum: atque huc putat reſpicere loca Deut. XIV. 1. 1. Reg. XVIII. 28. Autor Beth Ioſeph in Cetuva Kahkah vult hanc inciſuram cutis obligaſſe conſcriptæ rei, licet idololatriæ nomine non fuiſſe facta. In Toſiphta ad cap. Maccoth produnt, fiſſuras cutis illitas fuiſſe בסם או בסיקרא *colore rubro.*

8. Intellige hîc טבילה בזמנה *lotionem ordinariam*, prout etiam exponitur in Ioma cap. 1. & 8. atque in Sabbath fol. 120. ubi idem hoc ſtatutum legitur expreſſum.

9. Latiſſimus hujus rabbinici ſtatuti uſus per univerſam fere Iudaicam religionem diffunditur: In precibus atque ſupplicationibus ad Deum anxiè obſervant, atque inter requiſita precationis ritè habendæ ponunt כסוי הערוה *obvelationem nuditatis aut cutis*, uti Maimon in Thephilin. cap. 4. §. 1. & 7. כיסוי הערוה כיצד אע"פ שכסה ערותו כדרך שמכסין לק"ש לא יתפלל עד שיכסה את לבו: *Quomodo fiet obvelatio nuditatis? Etiamſi quis contexerit cutem ſuam, prout obvelant in recitatione orationis, Audi Iſrael &c. ne tamen preces habeat, niſi prius velaverit pectus ſuum.* Idem de tecto capite aſſerit ibid. cap. 5. ולא יעמוד בתפלה באפונדתו ולא בראש מגולה ולא ברגלים מגולים: *Ne conſiſtat in precatione cum bulga, neque retecto capite, aut nudis pedibus*; ſed mox addit: *Niſi fortè mos illius loci ſit, ut quis coram magnatibus ſtet nudis pedibus.* Sollicitè eodem ritu in quotidianæ orationis, *Audi Iſrael*, recitatione utuntur: ſic Maimon in

in Keriath Schemah cap. 3. §. 17. אסור לקרות כנגד ערותו לא יקרא כשהוא ערום עד שיכסה ערותו היתה חגורה של בגד או שק על מתניו : *Nefas eſt recitare orationem coram retecta cuti; ne verò pronunciet, cùm eſt nudus, aut priuſquam contexerit nuditatem ſuam, atque lumbis ſuis applicaverit partem veſtimenti, pellis aut ſacci.* In ordinariis benedictionibus ſuis idem mos locum obtinet. Vide cap. 7. in Thephilin : Et ſpeciatim in benedictione, circumciſioni præmittendâ, ſic in Berachot R. Ioma. cap. 3. צריך לכסות ערוית הקטן בשעת הברכה *Oportet obvelare nuditatem infantis tempore benedictionis.* Ita & Maimon in Milah cap. 3. §. 5. de provectioris ætatis hominibus : המל אדם גדול צריך לכסות ערותו עד שיברך : *Qui circumcidit hominem grandiorem, is debet contegere nuditatem ejus, donec benedixerit.* Hæc quoque cauſa eſt, cur religio illis ſit, coram libro legis ſe denudare, aut eum adſumere in balneum, vel locum naturæ requiſitis deſtinatum; unde Maimon in Sepher thora cap. 10. ait : לא יאחז אדם ספר תורה בזרועו ויכנס בו לבית המרחץ או לבית הכסא או הקברות אע"פ שהוא במטפח ונתון בתוך התיק ולא יקרא בו עד שירחיק ארבע אמות מן הקבר או מן המת או מבית המרחץ או מבית הכסא ולא יאחז ספר תורה כשהוא ערום : *Ne apprehendat homo librum legis brachio ſuo, atque intret balneum, vel locum ſecretum, aut cæmiteria; etiamſi fuerit cinctus linteo, atque intermedius ſit conſtitutus paries; neque legat in eo, niſi ſemotus fuerit quatuor cubitos à ſepulchro, mortuo, aut balneo, aut ſedis ædicula; neque arripiat librum legis* (tegmine, ſeu exteriori involucro) *nudatum.* Cujus poſtremi interdicti ſi quis reus eſſe deprehenditur, eum quoque nudum penitùs ſepeliendum eſſe decernunt in Megilah circa finem, & Sabbath cap. 1: האוחז ספר תורה ערום נקבר ערום *Qui apprehendit librum legis nudatum, etiam nudus ſepeliendus eſt.* Alia quæ de legis reverentia; ut, ne ſputum coram legis codice emittatur, neque corpus detegatur, ut ob ejus combuſtionem duas rupturas in veſtimento faciant, unam propter pergamenum הגויל (de quo videatur Maimon in Hilchot Thephilim cap. 1. *§. 6.*) alteram propter ipſam Scripturam, Mohed. Kat. fol. *76.* &c. anxiè & ſcrupulosè diſceptantur, videantur in Sephér thora Beth Ioſeph. Hinc etiam nefas judicant, verba legis in duobus jam dictis locis animo volvere; decreti hujus mentionem faciunt in tractat. Berachot fol. *69.* בכל מקום מותר להרהר בדברי תורה חוץ מבית הכסא ומבית המרחץ : *In quolibet loco conceſſum eſt cogitare de verbis legis, præterquam in ſede ſecretiori & balneo.*

ח הסותר אפילו אבן

VIII. Qui etiam unicum

lapi-

אחרת דרך השחתה מן
המזבח או מן ההיכל
או מן העורה לוקה
Deut. XII. 3. 4. שנאמר בכו״ם ונתצתם
את מזבחות׳ וכתיב לא
תעשון כן לי׳י אלהיכם
וכן השורף עצי הקדש דרך
השחתה לוקה שנאמר
ואשריה׳ תשרפון באש
Ibid. וכתיב לא תעשון כן לי״׳
אלדיכם :

lapidem per modum demolitionis destruxerit ex altari, vel ex templo, aut atrio, is flagellandus erit; sicuti dictum est de idololatria: *Diruetis altaria eorum*: & scriptum est. [10] *Non facietis ita Domino Deo vestro.* Sic quoque, qui igni tradiderit per modum destructionis ligna sanctificata, is flagello percutiendus est, juxta id, quod dicitur: *Lucos eorum comburetis igne*: & scriptum est: *Non facietis ita Domino Deo vestro.*

10. Atque hujus fortè præcepti religione ducti Chasmonæi, dicuntur in Avoda zara lapides altaris, jam ab hostibus eversos, occultasse: גנזו בית חשמונאי את אבנים המזבח שסיקצו אנשי יון *Abscondit familia Chasmonæorum lapides altaris, quos Græci demoliti fuerant.*

ט כתבי הקדש כולן
ופירושיה׳ וביאוריהן אסור
לשרפם או לאבדם ביד
ולאבדן ביד מכין אותו
מכת מרדות :

IX. Totam Scripturam S. ejusque explicationes vel elucidationes prohibitum est cremare, aut manu [11] perdere; feriunt autem ejusmodi plagâ rebellionis.

11. Hujus rei exemplum adfertur in Iebamoth cap. 2. fol. 96. de R. Eliezare & R. Iosi, præ nimio alterationis fervore librum legis dilacerantibus in Schola Tiberiadis, ubi tamen hæsitant, sitne illud factum idololatriæ nomine gravandum.

י בד״א בכתבי
הקדש שכתבם ישראל

X. Istud autem accipiendum est de sacris literis, quas exscripsit Israe-

שכתב ספר תורה שופרין אותו עם האזכרות שבו מפני שאינו מאמין בקדושת השם ולא כתבו לשמו אלא שהוא מעלה בדעתו שוה כשאר הדברים והואיל ודעתו כן לא נתקדש השם ומצות לשורפו כדי שלא להניח שם לאפיקורוס ולא למעשיהן אבל כותי שכתב את השם גונזין אותו וכן כתבי הקדש שבלו או שכתבן כותי יגנזו:

Iſraelita cum ſanctitate: quod ſi Iſraelita [12] Epicureus exaraverit librum legis, iſtum [13] flammis tradant unà cum nominibus, eo contentis; quia non credidit in ſanctitatem nominis Dei, neque deſcripſit illud in nomine Dei, ſed ſibi [14] imaginatus eſt, iſtud eſſe inſtar reliquorum verborum: & quia talis fuit ejus opinio, hinc non ſanctificatum fuit nomen, & mandatum eſt iſtud cremare, ne [15] relinquatur nomen Epicurei, ejuſve opera. At ſi gentilis ſcripſerit nomen Dei, recondant iſtud; uti & S. literas, jam [16] vetuſtate corruptas, aut ſi conſcripſerit eas ethnicus [17] etiam occultabunt.

12. Sæpiſſime nomina hæc הפורש מן צבור, תועה, צדוק, מין, אפיקורוס, promiſcuè à Rabbinis uſurpantur, uti vel ex eo conſtat, quod hîc in minori codice Veneto ſit vox אפיקורוס, in majori verò nomen מין. Vult autem hîc deſignare Iudæum apoſtatam. Quinque verò genera מינין numerat Maimon in Teſchuva cap. 3. vid. האומר שאין שם אלוה ואין לעולם מנהיג והאומר שיש שם מנהיג אבל הן שנים או יותר והאומר שיש רבון אחד אבל שהוא כוכב ובעל תמונה וכן האומר שאינו לבדו הראשון וצור לכל וכן העובד אלוה זולתו להיות מליץ בינו ובין רבון העולמים: *Qui aſſerit non eſſe Deum, neque gubernatorem in mundo: & qui ſtatuit eſſe quidem aliquem directorem, ſed eſſe duos aut plures: & qui affirmat unicum quidem Deum eſſe, ſed aſtrum eſſe, corpore atque figurâ præditum; item qui adſtruit, ipſum non eſſe ſolum primum, & omnium rupem ſeu auxiliatorem, atque ſic alium præter hunc colit Deum, ut is interpres vel internuncius ſit inter ſe & Dominum mundi.* Inter illos Salomon Iarchi, ſed nulla cum veri ſpecie, refert quoque תלמידי ישו הנוצרי אשר הפכו לרעה דברי אלהים חיים *diſcipulos Ieſu Nazaræi, qui pervertunt ad malum verba Dei vivi.* Nam quod ad tres prio-

priores attinet ſpecies, manifeſtiſſimum eſt, Chriſtianum populum tantùm unum eumque inviſibilem agnoſcere Deum: Quod verò internuncium ſeu mediatorem unicum profiteamur Chriſtum, id ſi iniquè ferant, tum Dei ipſius voluntatem ac juſſum eant accuſatum, hanc Meſſiæ noſtri dignitatem verbo ac documentis, omni exceptione majoribus, comprobantis; ea cur non amplectantur, non niſi inveterato ipſorum odio in Ieſum noſtrum, atque juſtiſſimæ excæcationi tribuendum eſſe, ſatis ſuperque à noſtris demonſtratum fuit, ut amplioribus neutiquam opus ſit indiciis.

Sed ad inſtitutum de Epicureis; horum tres ibidem enumerat Maimon ordines, videlicet: האומר שאין שם הנבואה כלל ואין שם מדע שמגיע מהבורא ללב בני אדם והמכחיש נבואתו של משה רבינו והאומר שאין הבורא יודע מעשה בני אדם: *Qui aſſerit nullam penitus eſſe prophetiam; neque ſcientiam à creatore procedentem in animum hominum; Et qui falſitatis arguit prophetiam Moſis m. n. Qui denique affirmat, Deum ignorare actiones mortalium.* Reliqua de nominum etymis haberi poſſunt apud Eliam & Aruch in vocibus פקר & מין.

13. Eodem modo R. Nachman in Gethin cap. 4. ס"ת שכתבו מין ישרף נמצא ביד נכרי יגנז נמצא ביד מין יגנז וגו': *Liber legis conſcriptus ab hæretico comburatur; deprehenſus verò in manu alienigenæ aut hæretici occultetur.* Eadem habet Maimon in Hilchot Sepher thora cap. 1. & Beth Ioſeph in eodem libro. Profanam enim reddi aſſerunt ſcripturam legis, ſi hæretici manu exaretur, prout etiam inter viginti res, contaminantes ſcripturam, decimo loco recenſetur in Sepher torah cap. 4. שכתבו מין *ſi hæreticus deſcripſerit librum legis.*

Et Maimon, Hilchot Sepher torah, cap. 10.

14. Hinc ſedulò inculcant, in deſcriptione legis ad ſingula verba, ut ſacroſancta, attendendum eſſe, ſicuti autor Beth Ioſeph in Sepher torah ſect. 276. monet: בכל פעם שכותב שם צריך לחשוב שכותב לשם קדושת השם ואם לא עשה כן פסול: & Sect. 274. צריך שיאמר הסופר כשיתחיל לכתוב הספר זה אני כותב לשם קדושת: *Quotieſcunque quis ſcribit vocem, oportet eum cogitare, ſe deſcribere iſtam in nomine Dei ſancti; & ſi contra faciat, erit ſcriptura profana. Debet ſcriba, ubi incipiet deſcribere, hoc modo dicere: Hunc librum ego ſcribo in nomine ſanctitatis.* In ſpontaneis oblationibus aut donis idem obſervatum fuiſſe tradunt; ut cum e. c. proſelytus offerret trabem vel tignum, cui nomen Dei inſculptum erat, prius inquirebatur, num ex ſententia Iſraelitarum illud intelligeret; ſi ita, ſacro poterat inſervire uſui; ſin contra, deſtruebatur, &c.

Heracbin. cap. 3.

15. Quàm

15. Quàm atroci odio in hoc genus hominum ferantur, ex eo colligere licet, quod ne vel minimis quidem officiis eos dignentur, ubi etiam ipſorum vita maximè periclitatur, ſed, ut Maimon in Avoda zara ait: Cap. 10. ſ. 2. המינין והאפיקורוסין מצוה לאבדן ביד ולהורידם עד באר שחת מפני שהן מצרים לישראל ומסירין את העם מאחרי ה׳ כגון צדוק וביתוס ותלמידיהם שם רשעי׳ ירקב: *Mandatum eſt hæreticos & Epicureos manu perdere, atque in puteum corruptionis deturbare; quoniam anguſtiâ afficiunt Iſraelem, atque afflictione premunt populum Dei, veluti Zadok & Baithos eorumque diſcipuli; Nomen improborum putreſcat.* Prov. x. 7. Ejuſdem ingenii veſtigia videre eſt in Maſſechet Avoda zara, & alibi. Cap. 2.

16. Quo pacto abſcondendus ſit liber à Iudæo exaratus, in Sepher tora cap. 10. §. 3. aperit his verbis: ספר תורה שבלה או שנפסל נותנין אותו בכלי חרס וקוברין אותו אצל תלמידי חכמים וזו גניזתו מטפחות ספרים שבלו עושין אותן תכריכין למת מצוה וזו היא גניזתן: *Librum legis vetuſtate corruptum, aut profanum redditum deponunt in vaſe vitreo, atque ſepeliunt apud diſcipulos ſapientum; atque hæc eſt occultatio ejus: ex tegmine aut linteo librorum, jam detritorum, præceptum eſt mortuo conficere ſtolam aut pallium; & hæc eſt horum abſconſio.*

17. Si item ſcripſerit librum Iſraelita fidem abnegans, ſervus, fœmina, aut adoleſcentulus: vid. Hilchot Sepher torah. cap. 1.

אי כל השמות האמורות באברהם קדש אף זה שנ׳ ה׳ אם נא מצאתי חן בעיניך הרי הוא קדש׳ כל חשמות האמורות בלוט חול חוץ מזה אל נא ה׳ הנא נא מצא עבדך חן׳ כל השמות האמורות בגבעת בנימין קדש כל השמות האמורות במיכה חול:

XI. [18] Omnia nomina, quæ recenſentur in *Abrahamo*, ſancta ſunt; etiam iſtud, cùm dicitur: *Domine ſi nunc inveni gratiam in oculis tuis*, ſanctum eſt. Gen. xviii. 3. Omnes appellationes, quæ referuntur in hiſtoria de *Lotho*, prophanæ ſunt, præter iſtam: *Ne quæſo Domine: Ecce nunc ſervus tuus invenit gratiam in oculis tuis.* Gen. xix. 18. 19. Cuncta nomina, quæ adferuntur in Sectione *in colle Benjamin*, ſancta ſunt: Iud. xix. & xx. omnia verò in *Micha* adducta, profana ſunt. Iud. xvii & xviii. Cap.

18. Duæ hæ ſequentes ſectiones deſumptæ ſunt ex Schebuhot cap. 4. & Maſſechet Sopherim cap. 4. Non eadem hîc doctorum mens, uti ex tractat. Schebuhot planum fit. Nam quod ad hiſtoriam de *Gibha* tribûs Benjamin, deſcriptam Iud. XIX. & XX. R. Eliezer contendit, nomen Dei, paſſim ibi obvium, eſſe prophanum; ſed huic autoris noſtri ſententiam præferendam eſſe, locorum ſingulorum examen fateri cogit: Sumatur modò verſ. 28. Cap. 20. (ne omnibus expendendis inhæream) ubi Pinchas dicitur conſuluiſſe Dominum, an denuò eſſet belli aleam adverſus Benjamitas tentaturus. Cui veriſimile fiet, Pinchaſum, tantum zelotam divinæ gloriæ, non à vero Deo Iſraelis oraculum petiiſſe? aut cum idolis ac falſis numinibus iniiſſe conſilium? Idem de reliquis eſto judicium.

Quod ad ſectionem Iud. XVII. & XVIII. ubi de idolo, à Micha erecto, agitur; idem R. Eliezer vult nomen יי eſſe ſanctum; nomen verò אל profanum, excepto iſto cap. 18. verſ. 31. *Omnibus diebus, quibus fuit domus Dei,* האלהים, *in Siloh.* Huic etiam adjungit clariſs. Druſius nomina verſ. 5. & 10. ejuſdem cap. Sed ex verſ. 5. non liquidò conſtat, conſulueritne ſacerdos Deum per idolum Michæ, nec ne. Quicquid ſit, de primo, à R. Eliezere deprompto, nulla eſt dubitandi ratio.

יב כל השמות
1. Reg. XXI. האמורות בנבות קדשי
כל שלמה האמור בשיר
השירים קדש והרי הוא
כשאר הכנויים חוץ מזה
Cant. VIII. 5. האלף לך שלמה: כל
מלכיא האמור בדניאל
חול חוץ מזה אנת מלכא
מלך מלכיא והרי הוא
כשאר הכנויין:

XII. Cuncta nomina, quæ dicuntur in *Nabod*, ſancta ſunt. Omne nomen Salomonis, quod refertur in [19] Cantico cantic. Sanctum eſt; & omnino habendum tanquam reliquæ appellationes, præter [20] iſtud: *Milleni illius tibi Salomon.* Omnis rex, qui adducitur in *Daniele*, prophanus eſt, præter iſtum. *Tu Rex regum*: & iſtud tanquam reliqua attributa eſt æſtimandum.

19. De Proverbiis Salomonis, uti & Eccleſiaſte, (ut hoc addam) aliquando conſilium inter magiſtros agitatum fuit, de utroque לגנוז *occultando*, ſeu inter apogryphos ponendo; quia in iſto videtur

tur esse דברי כותרין זה את זה *dicta se mutuò evertentia*, ut Proper 26. 4. *Ne respondeas stulto secundum stultitiam suam.* Vers. verò 5. suadet huic contrarium, cùm inquit: *Responde stulto secundum stultitiam suam.* In Ecclesiaste verò hoc offendebat, quod cap. 12. vers. 1. 2. &c. potiùs ad carnis, quàm pietatis curam & cultum videatur juvenilem ætatem incitare, sicuti in Midrasch Kohelet videre est: Sed omnibus accuratiùs expensis, sententiam mutarunt; quia, ut in tractat. Sabbath. fol. 30. ajunt: ראו שסופו ד"ת ותחלתו ד"ת *Videbant finem & initium ejus verba legis continere.*

Sabbath. cap. 2. fol. 30.

20. Sed huic additur & alius versiculus in Chagiga cap. 2. ubi ajunt: ויש אומרי' אף זה חול הנה מטתו של שלמה ששים גברים וג' *Sunt præterea qui affirmant, hunc* (versum) *esse profanum. Ecce lectus Salomonis, sexaginta potentes circumstant eum.* In Massechet Sopherim cap. 5. profanis quoque accensetur, ut mirum sit, Maimonidem hîc Scribarum neglexisse statutum.

Cant. III. 7.

פרק שביעי

א מיסודי הדת לידע שהאל מנבא את בני האדם ואין הנבואה חלה אלא על חכם גדול בחכמה גבור במדותיו ולא יצרו מתגבר עליו בדבר בעולם אלא הוא מתגבר בדעתו על יצרו תמיד והוא בעל דעה רחבה נכונה עד מאד :

CAPUT VII.

I. EX fundamentis legis cognoscere est, Deum Prophetas reddere homines. Non cadit autem prophetia nisi in [1] sapientem, excellentem sapientiâ, prævalentem affectibus suis, in quem non dominatur rei mundanæ concupiscentia; sed qui semper ratione suâ superat appetitum, ac præditus est intellectu amplo, valdeque ordinato.

1. Nemini prophetiæ donum obvenisse statuunt, nisi omni, tam intellectûs, quàm morum perfectione instructus esset, imò & opimæ sortis homo; atque hoc veluti axioma crebrò in ore habent, vid. אין השכינה שורה אלא על חכם גבור ועשיר ובעל קומה : *Non habitet spiritus S.*

nisi

nisi apud sapientem, *fortem*, *divitem atque excellentem*, vide hoc dictum in Berachot cap. 8. Nedarim cap. 4. Pesachim cap. 6. &c. At quisquam horum nexus cum prophetia? Sanè tantopere abest, ut Deus spiritum suum alligaverit dotibus istis, pejorem nec meliorem reddentibus hominem, ut contrarium in non paucis appareat vatibus. Quis Amosum, imo & Mosen, dicet omnibus istis instructos fuisse requisitis? Cùm à bubulco eximia sapientia non sit exspectanda, nec ab extorri ac nudo profugo opulentia. Nihil autem insulsius, quàm rem nummariam cum prophetico jungere munere; cùm certissimò constet, plærosque prophetas cum insigni paupertate, imo & fame, quandoque conflictatos esse. Solent & ipsi ab hac regula excipere Mosen, Samuelem, Amos, & Ionam, ut cùm ajunt: כל הנביאים עשירים הוי ח"ל ממשה ושמואל ועמוס ויונה: *Omnes prophetæ fuerunt divites, excepto Mose, Samuele, Amos, atque Iona.* Alii hisce addunt quoque temporis & loci rationem: omnia non incommodè ex Ebræorum recensione ad sex has classes revocabis. 1. Vt in propheta futuro habeat locum הכנה טבעית dispositio naturalis, seu ἐυκρασίας, perfecta & exacta ab ipso conceptionis exordio constitutio. 2. Vt sit בעל מדות vel instructus fortunæ ingeniique dotibus. 3. פרישות sequestratio à communi profanaque vivendi ratione. 4. הכנת מקום Loci commoditas, eamque Israeliticæ terræ faciunt propriam. 5. הכנת זמן Temporis oportunitas: quia non omne sæculum æquè aptum est recipiendis prophetiis. Denique 6. accedat oportet הכנת אלהית Dispositio divina, sive gratuitum Dei donum & suggestus: quia hoc absente, priora vaticinandi actum neutiquam elicere valent. Hæc non fuisse perpetua nec communia (excepto tertio & ultimo) omnibus vatibus requisita, facili negotio deprehendet, qui modò seriem temporum consuetamque Dei administrationem observaverit: singula minutatim velle excutere, & in divinis assignare nunciis, prolixioris esset indaginis, atque exigui usus: Istis itaque missis ad reliqua properamus.

ב אדם שהוא
ממולא בכל המדות
האלו שלם בגופו
כשיכנס לפרדס וימשך

II. Homo qui istis omnibus virtutibus repletus est, ut vid. perfectus sit in corpore suo, cùm Paradisum ingressus fuerit, atque se ad ista præclara & abscon-

באותן העניינים הגדולים
הרחוקים ותהיה לו דעת
נכונה להבין ולהשיג
והוא מתקדש והולך
ופורש מכלל דרכי העם
ההולכים במחשכי הזמן
והולך ומזרו עצמו ומלמד
נפשו שלא תהי' לו
מחשבה כלל באחד
מדברים האלו הבטלים
ולא בהבלי הזמן
ותחבולותיו אלא דעתו
פנויה תמיד למעלה
קשורה תחת הכסא
להבין באותן הצורות
הקדושות הטהורות
ומסתכל בחכמתו של
הקב"ה כולה מצורה
ראשונה עד טבור הארץ
ויודע מהן גדולו מיד רוח
הקדש שורה עליו' ובעת
שתנוח עליו הרוח תתערב
נפשו במעלת המלאכים
הנקראים אישים ויהפך
לאיש אחר ויבין מדעתו
שאינו כמות שהיה אלא
שנתעלה על מעלת שאר
בני אדם החכמים כמו שנאמר בשאול ותתנבית

ſcondita converterit negotia; ac præditus fuerit intellectu diſpoſito ad aliquid cognoſcendum vel aſſequendum; atque ſeipſum
2 ſanctificaverit, ambulans ſegregatus à communi plebis via, incedentis in tenebris ſæculi; atque ambulaverit ſemetipſum excitans, animamque ſuam erudiens, ut non habeat cogitationem (occupatam) in aliqua ex iſtis rebus fluxis, aut vanitatibus temporis, vel prudentibus ſuis conſiliis; ſed libera mens ejus affixa ſit gradui infra ſolium gloriæ, ad cognoſcendum ſanctas illas ac puras formas; & contempletur ſapientiam Dei à prima intelligentia uſque ad umbilicum terræ, atque cognoſcat ex illis Dei excellentiam; ilico ſpiritus S. ſuper eum requieſcit. Cùm autem quieverit ſuper eum Spiritus, commiſcebitur anima ejus cum gradu angelorum, qui vocantur
3 *Iſchim*, atque in alium virum
4 commutabitur, cognoſcetq; non eſſe (priorem) in intellectu ejus qualitatem; ſed elevatum eſſe ſupra gradum reliquorum ſapientum, juxta illud quod dicitur de Saule: *Vt prophetes cum* 1. Sam. x.6.

עמם ונהפכת לאיש אחר׃ *& illis, immutaberis in alium virum.*

Tanchuma fol. 76.

2. In promptu causa est; quia, ut R. Isaac inquit: רוח הקדש צווחת שנאתי קהל מרעים ועם רשעים לא אשב, *Spiritus S. vociferatur, odi cætum improborum, & cum impiis non habitabo.* Sequestratione autem ab immundo opus est mundo; quia plerunque juxta pervulgatum: הישיבה בין האנשים רעי המדות יפסידו מדות האיש הטוב׃ *Commoratio inter homines nequam corrumpit mores viri boni.* Alia huc spectantia vide supra in not. 23. & 29. ad cap. 5.

3. Vnde talis prophetiæ exstruitur descriptio ex Hebræorum mente: הנבואה היא השפע שיגיע מהבורא לנביא במניעות המעלה האחרונה ממעלת המלאכים והיא מעלת אישים׃ *Prophetia est influxus promanans à creatore in prophetam, interventu ultimi gradus angelorum, seu Ischim.* Cur hosce spiritus faciant infimi subsellii, nullâ veri nixum est specie, sed tantum audaci magistrorum futilitate. Appellationis ratio inde petita videtur, quod plerunque hi spiritus sub forma אישים *hominum* seu *virorum* apparuerint vatibus. Reliqua de *Ischim* vid. cap. 2. not. 6. ubi tamen addendum erat, Hebræorum nonnullos statuere, hos angelos, ut & alios, conspectos à prophetis, tantùm pro certo quodam tempore creatos, atque ex elementis subtilioribus conflatos fuisse, atque corporibus præditos esse, uti prodit autor Cuzari lib. 4. & 5. R. verò Meir in Avoda Kodesch part. 4. cap. 28. pertendit, nullos unquam angelos à prophetis, propriè sic dictis, fuisse conspectos; sed tantùm à justis, à filiis prophetarum, atque puris animabus; eosque, ex mente quorundam veterum, creatos fuisse primo & quinto die, atque vestitos tenui aereo corpore se aliis spectandos præbuisse: qui magistris dicitur מדרגת מלבוש *Gradus vestimenti.* Secundam visionis speciem putat vocari גלוי עינים *apertionem oculorum,* cujusmodi obvenit puero Elisæi, Hagari atque Bilhamo; istas autem visiones nullam præcedentem requisivisse dispositionem. Alium quoque visionis modum ponit, quæ fit animâ rationali, qualem Danielis fuisse dicit, atque hunc quasi pertingere ad gradum prophetiæ. In triplici hoc visionis gradu sibi astipulantes facit Ra"mbam & Ra"si. Quo pacto autem Spiritus vim suam exerat, donumque prophetiæ hominibus communicet, non ita in aperto est: omnes ferè Ebræi in eo conspirant, istud fieri interventu facultatis, vel imaginatricis, vel rationalis, pro

diverso

diverſo prophetiæ gradu : paulò tamen aliter hanc rem exprimit Ra"mbam, citante R. Ioſua. F. Sehib. videl. קוסם ſeu *divinatorem* fieri, cùm potentia intellectualis ſe inſinuat phantaſiæ; cùm verò in facultatem ratiocinalem illabitur, inde aliquem eximiâ ſapientiâ & ἀγχινοία imbui : ubi autem utrique potentiæ ſe ingerit facultas intellectualis, tum hominem transformari in prophetam. Solent etiam Hebræi (ut hoc etiam obiter inſeram) diſcrimen ponere inter prophetas populi Iſraelitici, & prophetas gentilium, ſeu qui ordinariè vaticinia ſua habuerunt ad paganos, cujuſmodi ſeptem faciunt in Baba bathra cap. 1. videl. Bilhamum ejuſque patrem (in quibuſdam codicibus pro אביו extat בניו, *filii ejus*,) Iobum & quatuor ejus amicos, in libro ejus deſignatos. Sed quo jure hoc ab illis fiat, nondum aſſequor, ſaltem valdè impropriè (Bilhamum ſi eximamus) hoc nomen ipſis tribui, narrationis arguit fides.

4. In viſione prophetica humanam ſpeciem vult R. Iehuda in Cuzari imminui atque diſperdi, atque jungi huic ſpeciei angelicæ, & alium ſpiritum homini indi. Idem quoque de ſacerdote ac rege adſerit, cùm oleo ſacro inungebatur. Eodem modo R. Meir in Avoda Kodeſch inquit, ſe in quibuſdam ſapientum libris legiſſe, omnes facultates in prophetis mutari ex una forma in aliam, uſque dum Angelicam induat formam, atque menti ejus ſpiritualis חקיקה ציורית רוחניי inſculpatur ὑποτύπωσις; ceſſante verò viſionis impreſſione, & iam conſummatâ, prophetam ad priſtinum redire ſtatum, atque corporis facultatibus reſtitutis, ipſum more aliorum hominum loqui, & vaticinia proferre. Sanè vatis mentem eximiâ ſapientiæ atque cognitionis luce perfundi, vix dubitatur; at tantam metamorphoſin ſecum adferre prophetiæ ſpiritum, meritò inter temeraria magiſtrorum ponitur effata; uti & quod fabulatur R. Iſaac Arama in Ageda port. 15. Vbi Iſaaci patriarchæ faciem penitùs immutatam dicit, cùm ſuper eum ſpiritus S. requieſceret, ita ut ex ejus vultu eradiaret ſplendor divinus, animam ejus occupans; cui rei firmandæ adducit locum hîc aſſignatum. Huic non abſimile etiam de Pinchaſo ex Tanchuma refertur in Ialkuth ad Iud. 2. 1. quod nimirum ab inhabitante Spiritu S. vultus ejus inſtar facis exarſerit. Lib.4.s.15.

ג הנביאים מעלות
הן כמו שיש בחכמ׳ חכמ

III. Sunt [s] gradus prophetarum, ſicuti deprehenditur

גדול מחבירו כך בנבוא'
נביא גדול מנביא
וכולן אין רואין מראה
הנבואה אלא בחלום
בחזיון לילה או ביום
אחר שתפול עליהן
Num.XII.6. תרדמה כמו שנאמר
במראה אליו אתודע
בחלום אדבר בו וכולן
כשמתנבאים אבריהן
מזדעזעין וכח הגוף כושל
ועשתונותיהם מתטרפות
ותשאר הדעת פנויה
להבין מה שתראה כמו
שנאמר באברה' והנה
Genes.XV.12. אימה חשיכה גדולה
נופלת עליו וכמו שנ'
Dan.X.8. בדניאל והודי נהפך עלי
למשחית ולא עצרתי
כח:

unus sapientior altero; similiter in prophetia unus propheta altero est major. Omnes autem prophetæ non cernunt visionem propheticam nisi in somnio, in visione nocturna vel diurna, postquam obruit illos sopor; sicut dicitur. *In visione notum me faciam illi, in somnio loquar cum eo.* Omnibus autem istis, quando propheticus eos occupat Spiritus, membra contremiscunt, virtusque corporis flaccescit, atque cogitationes eorum distrahuntur, intellectusque manet expeditus ad comprehendendum istud, quod cernitur; juxta illud, quod refertur de Abrahamo: *Et ecce terror ac tenebræ magnæ occuparunt eum.* Sic quoque dicitur apud [8] Danielem. *Et decor meus se in me mutavit ad corruptionem, neque obtinui vires.*

Lib.2. cap.36. Lib.3. cap.10. 5. Omnem graduum differentiam in Moreh æstimat ex majori vel minori facultatis imaginativæ, intellectualis & morum perfectione. Revocat Albo hos gradus ad quatuor; quorum primum atque infimum facit רוח הקדש *Spiritum S.* ut cùm quis suggestu Spiritûs S. eructet in laudes Dei, adeo, ut reconditâ sapientiâ, ac nitore orationis auditores rapiat in admirationem, ipseque nesciat unde hæc scientia sibi obvenerit; atque ad hanc prophetarum classem referuntur David & Salomo. Secundum מראה או מחזה *visionem*, cùm utriusque potentiæ tam imaginativæ quàm rationalis eadem ac par est virtus. Tertium, *cum rerum species verè cernuntur*, & facultas intellectua-

tellectualis prævalet imaginatrici : huc refert viſiones Ezechielis. Quartum & ſupremum conſtituit, cùm revelatio prophetica abſque ſubſidio facultatis imaginativæ percipitur, & ſine ſpeciei alicujus vel angeli viſione perficitur. *Qui ad hunc gradum*, inquit, *pervenit*, *eum non oportet hominem vocare*, *ſed angelum*; hicque proprius fuit Moſi.

6. Vocatur hoc ſomnium הנבואיי *propheticum*, diſtinctum à פשוט טבעי *ſimpliciter naturali*, & צודק *juſtum declarante*; cujuſmodi vult Maimon fuiſſe ſomnium Ioſephi, Salomonis & Danielis, eoſq; vocari prophetas על דרך העברה והשאלה *per modum metaphoræ, aut tranſlationis*; quod nervosè ſatis Abravanel refutat in Comment. in Danielem: uti &, quod diverſas prophetiæ ſpecies faciat ſomnium ac viſionem. Cùm inter duo iſta non ſit diſcrimen vel reſpectu *cauſæ efficientis*; quia ad utrumque concurrat intelligentia ſeparata. Vel ratione *ſubjecti recipientis*; cùm in utroque influxus prophetiæ incipiat ſimul in phantaſia & intellectu. Vel reſpectu *modi recipiendi*, quia in ſomnio ſenſus externi ligati ſint, ſecus verò in viſione: cùm etiam, ex mente Rabbinorum, neutro modo contingat revelatio prophetica niſi cum ſenſuum deliquio. Itaque ſi quæ differentia hîc erit, ea petenda eſt ex tempore, quo apprehenditur à vate prophetia; ut dicatur ſomnium, cùm in medio ſomni obvenit, viſio, ſi de die. Vt verò Deus non ſtato tempore ſe prophetis Iſraelitarum patefecit, ita ſemper Deum nocturno tempore apparuiſſe gentium vatibus volunt in Bereſchit raba paraſa 52. fol. 33. & paraſ. 74. fol. 47. uti & in Midbar rabah paraſa 20. fol. 189. &c. ubi ajunt: למה נגלה על בלעם לילה לא היה ראוי לרוח הקדש לפי שכל נביאי הגויים בלילה מדבר עמהם וכן אליפז בשעיפים מחזיונות לילה: *Non æquum viſum eſt Spiritui S.* (ut vid. interdiu ſe patefaceret) *quia cum omnibus gentium prophetis nocte loquebatur*, *atque hoc pacto Eliphas inquit*: *Inter cogitationes à viſionibus nocturnis.* Huc quoque referunt revelationes nocturnas *Labano* & *Abimelecho* factas. Sed quo jure, non dixerim; cùm in cenſum prophetarum, propriè dictorum, non veniant; nec una alterave patefactio conſtituat vatem. Revelationes autem factas prophetis tam Iſraeliticis quàm gentilibus in duobus differre ajunt: Primò, quod, cùm Deus ſe illis patefaceret, familiariùs cum iis egerit, atque קופל את הוילון *involverit velum*, ſeu remoto quaſi ſipario ad illos verba habuerit; cum his verò nonniſi מאחרי הוילון *poſt velum*, ſeu non ita palam locutus fuerit. Deinde, quod gentium vates Deus בחצי דיבור *dimidiato aut truncato ſermone affatus ſit*, ut Num. XXIII. *Et clamavit Deus ad Bilhamum*,

Part.2.Cap.45.

Fonte. 3 palma.1. Pag.23. 24.

Ibid.palma.3. pag.26.

Iob.IV.13.

mum &c. Iudæorum verò כדיבור שלם *ſermone perfecto* , וכלשון חיכה וקדושה *& linguâ ſuavi atque ſanctâ* , quâ angeli celebrant Deum , ac ſe invicem alloquuntur.

Par.2.cap.41. 7. Viſionem in Moreh vocat terrorem quendam panicum , qui
Par.2.cap.36. occupat prophetam inter vigilandum : alibi מראה dicit perfectionem actionis in phantaſia denotare , cùm vid. res ita homini apparet , ac ſi externis ſenſibus eam perciperet. Breviter : eſt revelatio , facta homini vigilanti, diliquium ſensûs quaſi patienti , interventu ſpeciei, phantaſiæ impreſſæ , & ab eadem apprehenſæ.

Par.2.cap.45. 8. Non video quorſum hîc Danielis utatur teſtimonio ; cùm hunc , uti & Davidem ac Salomonem in Moreh expungat ex albo
Vid.1.Reg.IX.2. & 3.5. prophetarum ; cauſam hanc reddit : quia viſio non tribuitur iis in iſto gradu , quo Deus affatus fuit Abrahamum in viſione ; neque ſomnium eo modo , quo de prophetis commemoratur , juxta illud :
Commen.in Dan. font.2.pal.1. *In ſomnio loquar cum eo.* Eandem quoque ſententiam ſecutus eſt Kimchi in præfat. in Pſalmos. Sed eam ſatis accuratè enervat Abravanel , ut ampliori non opus ſit examine.

ד. הדברים שמודיעין
לנביא במראה הנבואה
דרך משל מודיעין לו
ומיד יחקק בלבו פתרון
המשל במראה הנבואה
וידע מה הוא כמו
Gen. XXVIII. 12.13. הסולם שראה יעקב
אבינו ומלאכים עולים
ויורדים בו והוא היה
Cap.1.5.6.&c. משל למלכיות ושעבודן
וכמו החיות שראה
Cap.1.11.13. יחזקאל והסיר נפוח
ומקל שקד שראה ירמיה

IV. Res, quæ in viſione prophetica indicantur prophetæ, modo ænigmatico ei revelanrur , ſtatimque ejus cordi inſculpitur explanatio parabolæ ,in viſione prophetica (exhibitæ,) atque cognoſcit quidnam iſta ſibi velit. Sic ſcala , quam vidit Iacob pater noſter , & angeli adſcendentes & deſcendentes per eam, fuit adumbratio de regnis,eorumque ſervitute. Similiter animalia, quæ conſpexit Iezechiel ; atque olla fervens , & virga amygdali, quam cernit Ieremias; item involucrum , quod oculis uſurpavit Ieze-

והמגלה שראה יחוקאל והאיפה שראה זכריה וכן שאר הנביאים יש מהן אומרים המשל ופתרונו כמו אלו ויש שהן אומרים הפתרון בלבד ופעמים שהן אומרים המשל בלבד בלא פתרון כמקצ׳ דברי יחזקאל וזכריה וכולן במשל ודרך חידה מתנבאים :	Iezechiel : ita Epha, quam conſpexit Zacharias : ita quoque reliqui prophetæ. [10] Sunt inter illos (prophetas ſc.)qui dicunt parabolam ejuſque interpretationem, ſicuti iſti : ſunt & alii, qui tantùm loquuntur explicationem ; aliquando autem tantùm referunt parabolam abſque expoſitione, uti eſt pars verborum Ezechielis & Zachariæ; & omnes iſti parabolicè, modoq; ænigmatico vaticinabantur. Zach.v.5.

9. Varietas iſta viſionis fit, ex mente Albo, vel juxta diſpoſitionem recipientis prophetiam ; vel reſpectu cauſæ mediæ, cujus miniſterio revelatio prophetica alicui obvenit ; ita ut variatio ſeu multiplicatio hæc non ſit ex parte rerum vel ſpecierum, in viſione oblatarum, ſed ex alterutra cauſarum dictarum. Atque hoc indicari putat in Bereſchit Raba paraſ. 4. ubi R. Meir narrat gentili, cuidam, repræſentatas fuiſſe, Aarone poſtulante, ſpecies modò parvas modò magnas, atque ſub iiſdem figuris ab eo fuiſſe apprehenſas. Obſervatur autem hîc à quibuſdam triplex prophetiæ gradus. Primus eſt, cùm influxus divinus ita ſe inſinuat menti, ut quis perſpicuè, ſine ulla imagine aut ænigmate res ipſas cernat, quaſi infuſas vel impreſſas animo, nulla interveniente ſenſûs aut phantaſiæ operatione : atque hîc ſenſuum deliquium non habet locum. Deinde, cùm influxus operâ potentiæ imaginatricis defertur ad intellectum, ubi ſenſuum ceſſatio intervenit. Tertius, cùm interventu phantaſiæ etiam ad ſenſus exteriores defertur ; ubi quandoque ſenſuum perturbatio adeſt, quandoque abeſt. Vid. Abravanel in Danielem ſon.4. pal.1. & in libro Machaze, ubi cuncta ſedulò rimatur. Lib.3.cap.9.

10. Huic modo prohetandi per viſa vel ſigna, poteſt etiam alius addi, qui fit vel verbis, vel actionibus. *Verbis*, ut ſunt vaticinia de Meſſia, Antichriſto, Eccleſiæ felicitate aut oppreſſione,

ne &c. *Actionibus*, ut cùm Ezechiel jubetur certam aquæ menſuram bibere, & placentam hordeaceam coquere in ſtercoribus excrementi humani, &c.

ה כל הנביאים
אינן מתנבאין בכל עת
שירצו אלא מכוונים
דעתם ויושבים שמחים
וטובי לב ומתבודדים
שאין הנבואה שורה
לא מתוך עצבות ולא
מתוך עצלות אלא מתוך
שמחה לפיכך בני
1. Sam. x. 6. הנביאים לפיהם נבל
ותוף וחליל וכנור והם
מקבקשים הנבואה וזהו
שנאמר והמה מתנבאי׳
כלומר מהלכין בדרך
הנבואה עד שנבאו כמו
שאתה אומר פלוני
מתגדל· אלו שהם
מבקשים להתנבא הן
הנקראין בני הנביאים
וא״עפ שמכוונין דעתם
אפשר שתשרה שכינה עליהן ואפשר שלא תשרה:

V. Omnes prophetæ non vaticinabantur quolibet tempore, quo volebant, ſed diſponebant intellectum ſuum, ac læto bonoque animo ſolitarii conſidebant: prophetia enim non commoratur apud [11] ægritudines aut dolores, ſed in medio lætitiæ; idcirco filii prophetarum ab illis nablio, tympano, fiſtula, cythara, atque id genus aliis eliciebant prophetiam; iſtud eſt, quod dicitur. *Et illi prophetizabant*: q. d. ambulabant in via prophetiæ, uſque dum prophetizabant; veluti ſi diceres, hunc vel illum ſeſe magnificare. Qui quærebant prophetare, dicebantur *filii prophetarum*; & licet diſpoſuiſſent mentem ſuam, poterat nihilominus fieri, ut ſuper illos requieſceret divinitas, vel [12] non quieſceret.

11. Conſonat huic pervulgatum hoc: לא שכינה שורה לא מתוך עצבות ולא מתוך עצלות ולא מתוך שחוק ולא מתוך קלות ראש ולא מתוך שיחה ולא מתוך דברי׳ בטלים אלא מתוך שמחה: *Non habitat Spiritus S. inter mœrores, nec dolores, neque riſum, aut capitis levitatem, vel res otioſas, ſed in medio lætitiæ,*

lætitiæ. Vid. Sabbath cap.2. Nedarim cap. 4. Pesachim cap.7.&c. Hinc volunt à Iacobo tempore luctûs ob amissum Iosephum recessisse spiritum prophetiæ; quia phantasia ejus tantùm circa filii amissionem occupata tenebatur. Idem Mosi evenisse asserunt post indignationem ejus adversus Israelitas murmuratores, tempore reditûs exploratorum è terra Canaan, adeo ut nulla ei postmodum obtigerit prophetia: atque indicat dictum illud de ira in Nedarim. cap. 4. הכועס אם נביא הוא תסתלק ממנו נבואתו *Cùm indignatur propheta, tùm ab eo tollitur prophetia.* At dubium hoc, aut saltem non perpetuum esse, satis manifestò arguit Ionæ legatio; per intervalla tamen id quandoque factum fuisse, in Ioma videntur significare, ubi de Davide ajunt. ששי חדשים נצטרע דוד ופרשו הימנו סנהררי ונסתלקה הימנו שכינה דכתיב ישובו לי יראיך: *Sex istis mensibus, quibus leprâ percussus fuit David, atque expandit dextram suam Sanhedrin, ablata est dextra Spiritûs S. sicuti scriptum est: Revertantur ad me timentes tui.* Observandum autem est, hoc tanquam peculiare privilegium tribui Aaroni ejusque filiis, quod etiam tempore luctûs ac tristitiæ super eos quieverit spiritus prophetiæ, ut Abraham Sebah annotat in Levit. cap. 10. 9.

Moreb. lib.2. cap. 36. — *Cap. 2.* — *Psal. cxix.79.*

12. Tale quid Barucho Neriæ filio evenisse ajunt, qui licet omnibus instructus esset requisitis ad verum prophetam constituendum, tamen prophetico non fuit donatus spiritu.

ו. כל הדברים שאמרנו הם דרך נבואה לכל הנביאים הראשנים ואחרוני׳ חוץ ממשה רבינו רבן של כל הנביאים ומה הפרש יש בין נבואת משה לנבואת שאר כל הנביאים שכל הנביאים בחלום או במראה ומשה רבינו רואה והוא ער ועומד

VI. Omnia, quæ diximus, sunt modus prophetiæ communis omnibus prophetis; tam prioribus, quàm posterioribus, præter Mosen magistrum nostrum, [13] principem omnium prophetarum. Quænam differentia est intra prophetiam Mosis, & reliquorum omnium prophetarum? Quod omnes prophetabant in somnio vel visione, sed Moses M.n. in vigiliis [14] conspiciebat atque stabat, juxta id, quod dicitur: *Et veniendo Mose ad tentorium* *Num. VII.8.9.*

שנאמר ובבא משה אל אהל מועד לדבר אותו וישמע את הקול מדבר אליו:

torium conventûs , loqueretur cum eo, & audivit [16] *vocem ſermocinantem ſecum.*

13. Eodem modo appellant אב לכל הנביאים *patrem omnium prophetarum* ; & in Debarim raba fol. 200. & אב בתורה אב בחכמה אב בנבואות *patrem in lege , in ſapientia atque prophetiis.* Sic in Semot raba fol. 98. כל שהיה מתנבא מעין נבואתו של משה *Vnuſquiſque vaticinatus eſt ex fonte prophetiæ Moſis.* Similia & majora elogia de Moſe videas paſſim inculcare Thalmudicos doctores , ſed quo jure , ilico apparebit.

14. Antequam ad ſingulas prophetiæ Moſis ὑπεροχάς accedamus, non abs re erit , *Moſis* ac *Bilhami* hîc præmittere comparationem, prout ea in Midbar raba , paraſ. 14. fol. 177. à magiſtris adfertur, ne identidem ad hunc locum recurrendum ſit ; atque inde etiam appareat , quantùm , etiam ex Rabbinorum judicio , tribuendum ſit iſtis prærogativæ ſignis ; imò cur non meritò dignitas atque excellentia Moſis , tantoperè deprædicata, ſuſpecta haberi debeat , ubi ipſi omnem autoritatem , non dico tantùm Moſis, ſed totius legis everſum eunt. Verba ita habent : תני ולא קם נביא עוד בישראל כמשה בישראל לא קם אבל באומות העולם קם כדי שלא יהא פתחון פה לאומות העולם לומר אילו היה נביא כמשה היינו עובדים להקדש ברוך הוא ואיזה זה נביא היה להם כמשה זה בלעם בן בעור אלא הפרש בין נבואתו של משה לנבואתו של בלעם· שלשה מדות היו ביד משה מה שלא היו ביד בלעם· משה היה מדבר עמו עומד שנ׳ ואתה פה עמוד ואדברה אליך וג׳ ועם בלעם לא היה מדבר עמו אלא נופל שנ׳ נופל וגלוי עינים· משה מדבר עמו פה אל פה שנ׳ פה אל פה אדבר בו ובבלעם נאם שומע אמרי אל שלא היה מדבר עמו פה אל פה· משה היה מדבר פנים בפנים שנ׳ ודבר י״י אל משה פנים אל פנים ועם בלעם לא היה מדבר כי אם במשלים. כמה דתימא וישא משלו ויאמר וג׳ : שלשה מדות היו ביד בלעם מה שלא היו ביד משה· משה לא היה יודע מי מדבר עמו ובלעם היה יודע מי מדבר עמו שנ׳ נאם שומע אמרי אל אשר מחזה שדי יחזה· משה לא היה יודע אימתי מדבר עמו בעלם היה יודע אימתי הק״בה מדבר עמו שנ׳ ויודע דעת עליון :. משלו משל לטבחו של מלך שהוא יודע מה המלך מקריב על שולחנו ויודע כמה הוצאות יוצאות למלך על שולחנו כך היה בלעם יודע מה הק״בה עתיד לדבר עמו בלעם היה מדבר עמו בכל שעה שירצה שנ׳ נופל וגלוי עינים היה משתחוה על פניו ומיד היה גלוי עינים על מה ששואל ומשה לא היה מדבר

עמו


עמו בכל מעם מירכה : *Tradit*, scil. R. Iehuda: *Et non surrexit propheta amplius in Israele sicut Moses. In Israele quidem non surrexit; at in gentibus mundi surrexit: neque enim de populis mundi exceptio est, cùm asseritur, prophetam aliquem esse æqualem Mosi; modò sint servi ad sanctifieandum Deum. Quisnam verò est ille vates par Mosi? Bilham filius Behor; discrimen tamen est inter hujus ac Mosis prophetiam. Tres habuit dotes Moses, quibus caruit Bilham. Cum Mose consistente locutus est Deus* Q. D. *Et tu consiste hic & loquar tecum; at cum Bilhamo nonnisi procumbente, juxta illud: Concidens & retectus oculis. Cum Mose sermonem habuit ore ad os* Q. D. *Ore ad os loquar cum eo; non item cum Bilhamo; sed de ipso legitur: Dictum audientis sermones Dei* Num. XXIV. 4.16. *Mosen affatus est de facie ad faciem* Q. D. *Et locutus est Dominus ad Mosen facie ad faciem. Non verò cum Bilhamo, sed in parabolis seu ænigmatibus: quoties enim ait: Protulit sententiam vel similitudinem suam, dicens.* Num. XXIII. 7. 18. *Tres qualitates habuit Bilham, quibus destitutus fuit Moses. Nescivit Moses quisnam* (NB.) *cum eo sermocinaretur: secus verò Bilham.* Q. D. *Dictum audientis sermones Dei, qui visionem omnipotentis vidit. Moses ignoravit, quando cum ipso sermonem esset habiturus Deus; contra autem Bilham.* Q. D. *Et novit mentem supremi.* Num. XXIV. 3. 15. & 23. *Comparârunt hanc rem cum coquo regis, qui novit quidnam rex velit deferri in mensam suam, & quot sumptus impendendi sint: ita & Bilhamo cognitum fuit, quidnam Deus esset profaturus ad eum. Bilham locutus est cum Deo omni tempore, quo volebat.* Q. D. *Cadens & apertus oculis: erat enim velum extensum super faciem ejus, atque ilico ad illud quod postulabat, oculorum revelatio fiebat. Moses verò non omni tempore, quo cupiebat, cum Deo sermonem monem habebat.* Ejusdem notæ Magistri adferunt in tract Berachot. cap. 1. fol. 71. & in Pesicta. fol. 2. col. 3. atque in Siphre fol. ultimo.

Sanè si ita se res habet, quâ fronte ausus fuit Moses doctrinam suam tanquam divinam venditare? imo tam molestam & periculi plenam suscipere legationem ad Israelitas, sub jugo servitutis pressos? Ridiculè etiam fides ejusmodi legato, qui ipse nesciat à quo missus sit, & olim habita fuisset, & etiamnum haberetur à Iudæis: æquiores hîc Christianos habebunt Mosaicæ prophetiæ æstimatores. Quàm bellè quæso hæc conspirant cum omnibus istis encomiis, quibus Mosen suum non modò æquant, sed & præferunt ipsis angelis? Corruit penitus, atque in fumum abit abstrusa ista rerum divinarum scientia (mortalitati etiam negata) si autorem suum nesciat. Hunc ictum ut declinet R. Iosua F. Sehib in commentariis suis in Num.

XXIII. non veretur asserere, in hoc discursu occurrere explicationem, שאינה כשמועה ממש *quæ non sit juxta certam auditionem, vel traditionem*, adductâ eum in finem Maimonidæ autoritate. Sed cur non uterque eodem spiritu omnes difflat πατροπαραδόσεις? Et quis magistrorum solidè docebit reliquas commentationes firmiori tibicine niti, quàm hanc? Nempe ita fert horum ingenium, quicquid ipsorum allubescit animo, aut semel constitutæ favet opinioni, avidis arripiunt manibus; secus si fiat, majorum statutis nuncium mittunt; prout ipse Moses Gerundensis in scripto suo adversus P. Burgensem, ait, non esse inconveniens quandoque Thalmudistarum dicta rejicere. Subjungit idem R. Iosua, nonnullos interpretum dicere, ex historia Bilhami colligi posse, quasi excellentior Bilham fuisset; cùm ipse Deus ad Bilhamum vocandum exivisse legatur; Moses verò jussus fuerit ad Deum accedere. Sed hunc nodum expediunt parabolicâ διαγήσει; quod sicuti rex leprosum in palatium suum non admittit, sed obviam potius ei procedit; intimæ verò admissionis amicum in secretissimum suum conclave deduci jubet, eodem pacto usu venisse in hoc Bilhami atque Mosis facto. Sed parum in eo situm est, nos jure merito adductum locum urgemus adversus hyperbolicos & stentoreos Mosaicæ laudis buccinatores; neque idcirco quicquam detractum imus eximiis ejus animi dotibus, sed ultrò lubentesque cum sacris deprædicamus testibus. Et sanè mirandum est, non defuisse, qui ex hoc magistrorum dicto Mosaicæ prophetiæ excellentiam conati sunt elicere, uti inter alios scriptor Tiphereth Israel cap. 21. contendens, perspicuitatem prophetiæ Mosis arguere, quod ignoraverit, quisnam ad eum sermocinaretur. Magnoperè laborat, ut Mosen suum à contemptu vindicet, sed ubique sibi aquam hærere, contortis ac violentis indicat conciliationibus.

15. Nimirum, ut ipsi ajunt, באספקלריא המאירה *in visione fulgente aut pellucida*, בלא אמצעות הכח המדמה *sine interventu potentiæ imaginatricis*, ita ut revelatio in mentem delapsa sit absque ope aut ministerio phantasiæ. Idem discrimen observant in Iebamot cap. 4. his verbis: כל הנביאים נסתכלו באספקלריא שאינה מאירה משה רבינו נסתכל באספקלריא המאירה: *Omnes prophetæ intellexerunt per visionem obscuram, Moses mag. n. cernit per visionem perspicuam.* Vid. & in Sucha cap. 4.

16. Hanc vocem ajunt in Bemidbar raba cap. 7. instar ignei roris è cœlo descendisse. R. Simeon vult, tanquam סילון *fistulam aquæ*, vel



vel *rivulum se insinuasse* auribus Mosis; sed cùm nihil tale historia indicat, meritò hæc quoque futilibus magistrorum accensentur commentis, atque otiosorum hominum somniis.

ז כל הנביאים על ידי מלאך לפיכך רואים מה שהם רואים במשל וחידה משה רבינו לא על ידי מלאך שנאמר פה אל פה אדבר בו ונאמר ודבר ה׳ אל משה פנים אל פנים ונאמר ותמונת ה׳ יביט כלומר שאין שם משל אלא רואה הדבר על בוריו בלא משל הוא שהתורה מעידה עליו במרא׳ ולא בחידות שאינו מתנבא בחידה אלא במראה שרואה הדבר על בוריו:

VII. Omnes prophetæ operâ Angeli (prophetizabant,) idcirco quicquid videbant, istud sub ænigmate ac similitudine inintuebantur: Moses autem M. n. non [17] interventu Angeli, sicuti dicitur. *Ore ad os locutus sum ei.* Num. XII. I. Sic dictum est: *Locutus est Dominus ad Mosen de facie ad faciem.* Exo. XXXIII. II. Item dicitur. *Imaginem Domini videbit*: ad indicandum, non fuisse ibi similitudinem, sed conspexisse rem clara, absque ænigmate, sine parabola; quod etiam lex testatur de eo: *In visione, neque ænigmatibus*: quia non prophetizabat in ænigmate, sed perspicuè rem in visione intuebatur. Num. XII. 8. Ibid.

17. At cessabit penitùs omnis eminentiæ ratio, si omnia hæc scripturæ dicta exponantur de angelo, Iudaicæ genti præfecto, prout etiam eum sensum optimè admittunt; ita ut omnis actio & sermo cum Mose ac populo Israelitico tribuatur isti angelo, cujus mentionem facit ipse Deus Exod. XX. 21. 22. Sive ibi per *nomen* intelligamus *mandatum* vel *jussum* cum Maimonide; sive *majestatem* & *potestatem*; vel denique propriè ipsum *nomen tetragrammaton*: quia sæpissimè juxta celebratum ipsorum axioma מדבר השליח בלשון שולחו *loquitur legatus sermone mittentis eum*, uti benè observat R. Iosua F. Sehib fol. 58, 4. ex Deut XI. col. 14. & Gen. XXXI. 13. ubi angelus se vocat

 Deum

Deum Bethelis. Imo ipſe Maimon agnoſcit initium prophetiæ Moſis operâ ac interventu angeli factum eſſe vid. Exod. III. 2. *Apparuit ei angelus Domini* ; ubi tamen tam eximia & grandia ſibi ipſi tribuit angelus iſte, ut neutiquam propriè loquendo in creaturam cadere poſſint. Si verò contendat modò angeli, modò ipſius Dei perſonam induci loquentem : hoc ſanè vel ex hujus orationis ſerie, vel ſimili conſtaret exemplo, ubi in uno atque eodem revelationis actu diverſæ perſonæ opera vel concurrat, vel ſe mutuo excipiat. Et tandem, ſi largiremur, Deum ſine interventu alterius vel rei, vel angeli ſe patefeciſſe Moſi, quid tum ſingulare tribueretur Moſi? Omnes

Sutha cap. 1. *fol.* 3.

enim in univerſum Iſraelitas ejuſdem excellentiæ & dignitatis cum Moſe participes factos fuiſſe ante peccatum erecti vituli in legiſlatione, uno aſſerunt ore, ut non inferioris ſubſellii prophetæ fuerint, quàm ipſe Moſes. Quod ſi negent, perpetuum fuiſſe hoc prophetiæ donum omnibus Iſraelitis, ſed ad breve tantùm tempus ipſis conceſſum fuiſſe, ſecus verò Moſi; tum dico, nec aſſiduò locum iſtud habuiſſe in Moſe, imo ipſum ſatis longo tempore, ante obitum prophetiæ ſpiritu exutum eſſe, ut ex ipſorum confeſſione not. 11. hujus cap. manifeſtum evadit. Vt mittam tempus exilii & luctûs, quo ſæpius, ex ipſorum mente, propheticus ſpiritus ab eo receſſit, ita ut exiguo tantùm temporis ſpatio iſtius eminentiæ honore ac beneficio gaviſus fuerit. Adde, quod hac privilegii gratiâ etiam Eſaiam ornatum fuiſſe alibi dicant ; hinc in Ialkuth ad Eſai. XL. 1. ex Peſicta hunc in ſenſum introducitur Deus cum Eſaia ſermocinans:

2. Reg. 11. 15.

Omnes prophetæ vaticinati ſunt ex ore alterius prophetæ, Q. D. *Et quievit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſæum. Et ſpiritus Moſis ſuper ſeptuaginta ſeniores: ſed tu prophetizas ex ore Omnipotentis* ; *unde etiam dicitur : Spiritus Domini*

Eſai LII. 1.

Dei ad me. Quicquid ſit, nec certam, neque diuturnam, vel propriam fuiſſe Moſi hanc prærogativam, tum ex ipſa rei natura, tum ex illorum confeſſo liquidò apparet. Vt taceam non obſcuri nominis doctores hoc inter prophetiam Moſis aliorumque diſcrimen penitùs evertere; videatur modò Ra"mban in caput XVIII. Geneſ. ubi fusè contendit, nullam omnino prophetiam angelicâ operâ fuiſſe ſubminiſtratam. Sic quoque R. Meir in Avoda Kodeſch. part. 4. cap. 28. integro iſto capite hanc Maimonidis ſententiam ex profeſſo oppugnat : rationes ejus non addo, quia tanti non videntur, & incertis nituntur hypotheſibus. Itaque & hîc ſuffragiorum inter magiſtros pugna.

VIII.

ח כל הנביאים יראים ונבהלים ומתמוגג׳ ומשה רבינו אינו כן הוא שהכתוב אומר כאשר ידבר איש אל רעהו כלומר כמו שאין אדם נבהל לשמוע דברי חבירו כך היה כח בדעתו של משה רבינו להבין דברי הנבואה והוא עומד על עמדו שלם :

VIII. Omnes prophetæ exhorreſcebant, atque attoniti erant, ac [18] langueſcebant; ſed Moſes M. n. non ſimiliter, quod & ſcriptura ait : *Quemadmodum quis alloquitur amicum ſuum* q. d. ſicuti quis non reformidat audire ſermones ſocii ſui; ita poterat intellectus Moſis M. n. intelligere verba prophetiæ; & perfectus in ſua permanebat [19] conſtantia.

18. Vox מתמוגגים *diffluentes*, *liqueſcentes* propriè ſonat, à מוג, ad exprimendum vehementem pavorem; eodem ſenſu accipitur Exod. xv. 15. *Omnes incolæ Canaan diffluent* ſcil. præ timore ac tremore. Non tamen ſemper neque in omnibus ejuſmodi terrorem aut languorem locum habuiſſe, rectè obſervat Albo de ſecundo gradu prophetiæ *Lib.*3. *Cap.*10. ſeu *viſione*, ut cùm extra ſomnium miniſterio phantaſiæ conſpiciuntur tantùm ſpecies rerum; ut e. c. equi & mulieres, quos vidit Zacharias, *Cap.*5. & 6. & caniſtrum fructuum æſtivorum, quod Amoſo repræſentatum eſt, &c. *Amos.* VIII. 1. Terrori huic etiam mentis alienationem fuiſſe conjunctam exiſtimat Kimchi 4. Reg. IV. ſecutus Ioſephum; atque hinc vates dictos eſſe משגעים, quod plerunque non ſui compotes, atque extra ſe rapti eſſent, cùm à ſpiritu Dei tangerentur. Sed jam ab aliis animadverſum eſt, iſtam agendi rationem minimè convenire genio Spritûs prophetiæ, ejuſque ordinariæ revelandi actioni, ſed potiùs impuro ſpiritui, gentilium vatibus ſubinde oracula aperienti.

19. At non tantam fuiſſe animi præſentiam in Moſe, non obſcurè arguit faciei obvelatio in prima iſta revelatione Exod. III. 6. ubi narratur, Moſen ideo faciem ſuam abſcondiſſe, quia timebat intueri Deum. Sanè ſi tantùm ad externum divinæ præſentiæ trepidavit ſymbolum, non judicandum erit, omnem penitùs imbecillitatis notam excluſam eſſe. Et licet maximè hunc ſenſum efflagitent verba hiſtoriæ, non deſunt tamen, qui penitùs contrario interpretamento

to ea exponunt, quod nimirum Moſes eo tantum fine faciem occultaverit, quò liberiùs divinis intentus eſſet meditationibus, ac ſe totum quaſi abderet in rimandis Dei naturæ myſteriis; ita ut nihil aliud iſto actu ſignificare voluerit, quàm ſpiritualium rerum notitiam non levi aut tranſultorio, ſed jugi atque intenſo ſtudio comparari poſſe. Hinc & factum hoc Moſis valdè deprædicant, atque inter merita Moſis referunt, & interpretantur ויסתר זכה בקלסתר *Abſcondit meritum ſub figura ſeu velamine.* Sed quis non videt, hæc tantùm quæſita eſſe ad augendam Moſis præſtantiam, quàm nec ipſe, nec ſcriptura agnoſcit?

ט כל הנביאים
אין מתנביאים בכל
עת שירצו משה רבינו
אינו כן אלא כל זמן
שיחפוץ רוח הקדש לבשהו
ונבואה שורה עליו
אינו צריך לכוין דעתו
ולהזדמן לה שהרי הוא
מכוון ומזומן ועומד
כמלאכי השרת לפיכך
מתנבא בכל עת
Num. IX.8. שנאמר עמדו ואשמע׳ מה
יצוה ה׳ לכם ובזה
הבטוחו האל שנאמר לך
אמור להם שובו לכם
Deut.V.XXX.31. לאהליכם ואתה פה
עמוד עמדי׃

IX. Omnes prophetæ non quolibet tempore, cùm vellent, vaticinabantur: non eodem modo Moſes M. n. ſed [20] omni tempore, quo volebat, ſpiritu Sancto amictus erat, & reſidebat ſupra eum prophetia, neque opus habebat, ad eam mentem ſuam diſponere aut præparare; [21] erat enim diſpoſitus, & accinctus ſtabat tanquam angelus miniſterii; idcircò quolibet tempore poterat prophetizare, juxta id quod dicitur. *Conſiſtite vos hîc, ut audiam, quod mandaturus ſit Dominus vobis:* & in hoc confidebat Deo, ſicuti dicitur. *Abi alloquere eos. Revertimini ad tabernacula veſtra; at tu conſiſte hîc mecum.*

20. Simile quid tribuunt *Eldad* & *Medad* in Sanhedrin, ubi ex Num. IV. [25. 26. eliciunt, illos in caſtris vaticinatos eſſe; contra verò ſeniores 70 dicuntur ibi לא יספו *non perrexiſſe*, ſcil. prophetare.

Va-

Vaticinium eorum vult R. Simeon fuiſſe de morte Moſis, & introductione Iſraelitarum in terram Canaan, per Ioſuam expediendâ. R. Nachman verò de *Gog* & *Magog*, atque eò reſpicere putat Ezechielem cap. XXXVIII. 17. ubi non שָׁנִים *annos*, ſed שְׁנַיִם *binos* legendum eſſe ſtatuit, ut duo iſti *Eldad* & *Medad* intelligantur. Vtrumque Rabbinicâ tantùm ſuffultum eſt conjecturâ, ea ſimul ac auditur, vanitate ſuâ ſolvitur: ſed & Moſi hanc eminentiam negari, vid. not. 11. hujus cap.

21. Contrarium potiùs de ipſo narratur Exod. XL. 35. ubi apertè dicitur, Moſen non potuiſſe ingredi tentorium conventûs, cùm incubuiſſet illi nubes, præſentiæ divinæ ſymbolum: quod non angelicæ naturæ, ſed potius infirmitatis manifeſtum fuit indicium; nec eum ſemper diſpoſitum fuiſſe, ut intrepido animo tentorium ingrederetur, atque Dei acciperet reſponſa. Quod ſi dicatur, eum remotâ nube pro lubitu intraſſe, quid tum peculiare tribuitur Moſi?

י הא למדת שכל הנביאים כשהנבואה מסתלקת מהם חוזרים לאהלם שהוא צרכי הגוף כלם כשאר העם לפיכך אין פורשין מנשותיהן ומשה רבינו לא חזר לאהלו הראשון לפיכך פירש מן האשה לעולם ומן הדומה לה ונקשרה דעתו לצור העולמים ולא נסתלק מעליו ההוד לעולם וקרן עור פניו ונתקדש כמלאכים׃

X. Hinc diſcis, omnes prophetas, cùm ab iis ablata eſſet prophetia, rediiſſe ad tentoria ſua, h. e. ad omnes corporis neceſſitates, pro more reliqui populi; idcircò non ſegregabant ſe ab uxoribus ſuis: at Moſes M. n. [22] non revertebatur ad prius ſuum tentorium; ideo etiam ab uxore ſemper ſejunctus erat, atque id genus aliis; ſed mens ejus alligata erat Rupi mundi; neque auferebatur ab eo decor & ſplendor cutis faciei ejus; ſed ſanctificatus erat inſtar [23] angeli.

22. His multò majora ipsi tribuunt in commoratione in monte Sinai per 40 dies, ubi ob juge divinæ contemplationis exercitium volunt in ipso quasi destructam esse omnem crassam & fæculentam corporis virtutem, seu tactûs species, atque hoc pacto absque cibo ac potu fuisse sustentatum; quibus & alia addit R. Nachman in Sahar hagemol, ubi ait: מעלה משה רבינו שנתעלת נפשו על גופו עד שבטלו כחותיו הגופיות והיה מלובש בכל שעה ברוח הקדש כאילו ראייתא ושמיעתו בעין הנפש בלבד לא במנעות העין הגופיי כאשר יעשו שאר הנביאים בהתבטל הגוף והתפשט הנפש מכחותיו שיאכל עליה רוח הקדש ותראה בראות עצמה כאשר יראה מיכאל וגבריאל: *Excellentia Moses m. n. tanta fuit, ut elevaretur anima ejus super corpus, adeo quidem, ut cessarent potentiæ ejus corporales, ac perpetuò amictus esset spiritu S. & visus atque auditus ejus oculo mentis perficeretur, nullo interventu oculi corporalis, sicuti reliqui prophetæ egerunt; sed cùm feriebatur corpus, per vires suas extendebatur anima, eique intimè conjunctus erat spiritus, atque contemplabatur visione essentiali, sicuti vident Michael & Gabriel.* Ibid. משה שנתעלה נפשו יותר בידיעת בוראו לא הוצרך לדבר זה. שנתגשם ונתקיים גופו בזיו השכינה והשגה העליונה: *Anima Mosis cognitione creatoris sui tantopere evecta fuit, ut nullâ re opus haberet, quâ corpus foveretur, sed suffultum fuit corpus ejus splendore Spiritus S. atque summâ apprehensione.* Antequam ab hisce quatuor Mosaicæ prophetiæ privilegiis discedamus, lubet mantissæ loco quintum etiam subjungere, ab autore nostro prætermissum, (quanquam agnoscant Esaiam in hac dignitate rivalem fuisse Mosis,) citatum hoc videre est in Ialkuth, ad Psal. xc. ubi R. Eliezer ait nomine R. Iosi: כל הנביאים היו מתנבאים ולא יודעים מה היו מתנבאים אבל משה וישעיה היו יודעים מה מתנבאים: *Omnes prophetæ vaticinantes ignorabant, quidnam prophetarent: Moses verò & Esaias intelligebant, quidnam vaticinarentur*: Addunt ibidem alii, etiam Samueli, prophetarum magistro, atque Eliæ incognita fuisse propria vaticinia. Quin hoc in quibusdam prophetiarum generibus quandoque usu venerit, (divinâ ita ordinante sapientiâ,) haud difficulter animadvertet, qui non perfunctoriè expenderit vatum pronuntiata de regni, per Messiam erigendi, statu, atque huic annexis: Sed ut hoc perpetuum & in omnibus, præterquam hosce duos, locum habuisse dicamus, neutiquam temeritatis caret notâ; unde & consultò hoc à Maimonide neglectum judicari debet.

23. Imo & sanctior ipsis angelis ex sententia R. Iosi in Siphri ad locum Num. XII. 8. *Non sic servus meus Moses, qui in tota domo mea fidelis; etiam*, inquit, *fidelior est* ממלאכי השרת *angelis ministerii.*

Quid

Quid amplius restat ad mortalem eximendum humanæ sorti ? Nihil non profusi hi prædicatores confingunt, quo omnem perfectionis ἀκμὴν in magistro suo consedisse, sibi aliisque eant persuasum: cujusmodi & istud est, quod in Berachot cap. 5. ajunt, Mosem vid: à Deo efflagitasse, ne ullus mortalium ipsi æqualis redderetur in prophetiæ gradu.

יא הנביא אפשר שתהיה נבואתו לעצמו בלבד להרחיב לבו ולהוסיף דעתו עד שידע מה שלא היה יודע מאותן הדברים הגדולים ואפשר שישולח לעם מעַמי הארץ או לאנשי עיר או ממלכה לכונן אות' ולהודיעהם מה עשו או למונעם ממעשיהם הרעים שבידיהם וכשמשלחים אותו נותנין לו אות ומופת כדי שידעו העם שהאל שלחו באמת:

XI. Propheta potest esse, cujus fuerit prophetia tantùm de seipso, ad dilatandum mentem & augendum notitiam suam, usque dum cognoscat, quod antea erat ipsi incognitum de istis rebus magnis. Potest etiam fieri, ut mittatur ad vulgus, sive ad incolas civitatis, aut regni alicujus, ad præparandum istos, & indicandum, quid illis sit faciendum; vel ad dehortandum illos ab operibus suis impiis, quæ sunt in manibus eorum. Quando autem illum Deus mittit, dat ei signum aut prodigium, ut cognoscat populus, Deum verè illum misisse.

יב ולא כל העושה אות ומופת מאמינים אותו שהוא נביא אלא אדם שהיינו יודעי' בו מתחלתו שהוא ראוי

XII. Non autem [24] quemlibet facientem signum aut miraculum credimus esse prophetam, nisi ab initio cognoverimus, istum ad prophetiam aptum fuisse, sapientiâ suâ atque operibus

 suis

לנבואה — בחכמתו ובמעשיו שנתעלה בהן על כל בני גילו והיה מהלך בדרכי הנבואה בקדושה ובפרישות ואחר כך בא ועשה אות ומופת ואמר שהאל שלחו מצוה לשמוע לו שנאמר אליו תשמעון׃ Deut. XVIII. 15.

suis excelluisse supra omnes filios sui temporis, atque ambulavisse in viis prophetiæ, in sanctitate & separatione ab aliis: & hoc modo postea si accedat, & faciat signum aut prodigium, atque dicat, quod Deus ipsum miserit, tum præceptum est, ut audiamus illum, sicuti dicitur: *Audietis illum.*

24. Ratio in aperto est: tum quia prophetæ dantur, qui nullis penitus miraculis fuerunt inclyti, ut *Ieremias, Zacharias & Malachias*: tum quod non pauci justi, licet non essent prophetæ, multa prodigiosa (si fides autoribus habenda) opera patraverint: sic R. Eliezerem narrant subitò locum aridum replevisse aquâ; & R. Pinchasum ter dissecuisse, ad exemplum Eliæ & Elisæi, fluvium. &c.

Bava Mezihah cap. 4. & Tahanith cap. 3.

יג ואפשר שיעשה אות ומופת ואינו נביא וזה האות יש לו דברים בגו ואע״פכ מצוה לשמוע לו הואיל ואדם גדול וחכם וראוי לנבואה מעמידים אותו על חוקתו שבכך נצטוינו כמו שנצטוינו לחתוך את הדין על פי שנים עדין כשרים ואף על פי שאפשר שהעידו בשקר הואיל וכשרים הם אצלנו מעמידין אותן על כשרותן Deut. XXIX. 28.

XIII. Potest etiam quis patrare miraculum aut signum, & tamen non esse propheta, & signum istud habet quædam in recessu. Et licet mandatum sit, ut statim eum audiamus, si fuerit eximius, sapiens atq; idoneus ad prophetiã, tamen stabiliunt istum propter ejus autoritatem; sicuti mandatum est nobis, ex ore duorum testium legitimorum ferre sententiam, licet etiam quis possit de mendacio testari, tamen cùm censentur apud nos idonei, eos confirmamus propter ipsorum aptitudinem; ac de istis rebus, & id genus aliis dictum est: *Abscondita*

apud

ובדברים האלו וכיוצא בהן נאמר הנסתרות לה׳ אלהינו והנגלוה לנו ולבנינו ונאמר כי האדם יראה לעינים וה׳ יראה ללבב:

apud Dominum Deum noſtrum; revelationes autem apud nos, & filios noſtros. Et dicitur: *Quoniam homo reſpiciet ad oculos; Deus autem intuebitur cor.* 1. Sam.XVI, 8.

פרק שמיני

CAPVT VIII.

א משה רבינו לא האמינו בו ישראל מפני האותות שעשה שהמאמין על פי האותות יש בלבו דופי שאפשר שיעשה האות בלט וכשוף אלא כל האותות שעשה משה במדבר לפי הצורך עשאם לא להביא ראיה על הנבואה היה צריך להשקיע את המצריים קרע את הים והצלילן בתוכו נצרכנו מזון הוריד לנו את המן צמאו בקע להן את האבן כפרו בו עדת קרח בלעה אותן הארץ וכל שאר כל האותות:

I. ISraelitæ non crediderunt Moſi M. n. propter miracula, quæ patravit: quia animo credentis propter ſigna ineſſe poteſt ſuſpicio, fieri poſſe, ut quis miraculum fecerit [1] per incantationem aut præſtigias: ſed omnia miracula, quæ in deſerto fecit Moſes M. n. propter neceſſitatem patravit, non ut [2] probationem de prophetia ſua adferret. Exod.XIV. 27. Ad ſubmergendum Ægyptios, neceſſe erat, ut mare diffinderet, atque in iſtud eos præcitaret: Ibid.XIV.15. Indigebamus cibo, & deſcendere nobis fecit manna; Num.XX.11. ſiti laborabant, ac ſecavit pro illis petram; Ibid.XVI. obſtabat ei cætus Corach, abſorpſit eum terra; & ſic cætera omnia miracula.

1. Huc etiam refert Albo ejuſmodi miracula, quæ fieri potuiſſe Lib.1.cap.18. ait obſervatione ſiderum, vel arte Pythonicâ; veluti cùm Eliſæus mortuum in vitam revocavit, & Namanum à lepra liberavit; ac cùm Daniel ſalvus è fovea leonum evaſit, atque Ionas è balenæ viſceribus, &c. Sed miror hominem, quod prodigia iſta ſub hac aut illa ſtellarum conſtitutione, aut Diaboli vafritie judicet patrari poſſe:

Vnde enim vitalis iſte influxus ab aſtris ? Et quomodo aliis vitam largiri poſſunt , quâ ipſa penitus deſtituuntur ? Neſcio , an quicquam inſulſius excogitari poſſit ; cùm virtus, etiam ipſis angelis negata, defertur rebus omni ratione ac ſenſu carentibus. Æquè putidum commentum eſt , de miraculis ope ac pronunciatione nominis tetragrammati factis , ut de Ieremia aliiſque fabulantur ; ad quam etiam claſſem , homines odio ac livori mancipati , referunt Meſſiæ noſtri ſtupenda opera. Sed quis unquam fando ante hos doctores audivit , jam per triduum defunctum ac fætentem voculæ alicujus miniſterio ex morte ſuſcitatum eſſe ? Quis tantam vim hujus credat nominis,ut ad hujus juſſum venti ac mare illico quaſi obmuteſcat? Nihil non nugaciſſimi mortalium fingunt , ne cogantur agnoſcere, virtute ac digito quaſi ipſius Dei Ieſum noſtrum effeciſſe miracula ſua ; quæ tamen cuncta ejuſmodi ſunt , ut nonniſi in gloriam Dei Iſraelis ceſſerint,nec ullum vel oſtentationis, vel proprii emolumenti veſtigium poſt ſe reliquerint , ſed tantùm afflictorum medelæ, & miſerorum profuerint ſolatio.

2. Parùm ſibi conſtant Hebræorum magiſtri, ubi de miraculo-
Lib.1. cap.1. rum agitur negotio : modò enim , ut Albo inquit , כל האותות שנעשו
על יד כל נביא ונביא : *Omnia miracula , quæ facta ſunt per manus omnium pro-
phetarum* , fieri poſſe ajunt , על ידי חוברים השמי' או בעלת אוב *operâ aſtro-
logorum, aut pythoniſſæ* : modò iiſdem fidei ac religionis ſuæ perfectio-
Lib.3. cap.25. nem & veritatem adverſus Chriſtianos muniunt. Sic idem Albo :
אמנם הראיה על אמתת האמונה היא התמדת הנסים כמו שהיו מתמידים בישראל
בהיותם יושבים על אדמתם מה שלא נמצא למאמינין באמונת הנוצרים : *Sanè pro-
batio de veritate fidei, eſt perpetuitas miraculorum , prout ea perpetuò viguerunt
inter Iſraelitas , cùm incolerent terram ſuam ; quod non item deprehenditur
inter credentes in Chriſtianorum religionem*. En mobile hominis ingenium.
Sed largiamur ipſi , quod priùs repudiavit. Iam ſi numero ac pondere miraculorum certandum ſit, ſanè hîc multis paraſangis Chriſtiana religio poſt ſe relinquit Moſaicam. Vt autem omnia hæc confícta eſſe dicant , cauſam priùs reddant oportet , aliàs ſine fronte ac mente quidvis negantibus, fides penitùs deroganda erit , ac par ab aliis exſpectandum reſponſum. Diuturnitate verò aut continuâ miraculorum ſucceſſione per aliquod tempus neutiquam ad fidei aut doctrinæ veritatem demonſtrandam opus eſt , licet nec hac in parte deſint Chriſtianiſmo illuſtria documenta, tam reſpectu ipſius Chriſti, hîc in terra verſantis , quàm primævæ Eccleſiæ : ſed ſuffici

ſ

i primus autor atque adſertor eam firmet prodigiis, omni exceptione majoribus; poſtmodum ſi quæ fiant, ea uſum ſuum in veritatem, jam antea ſatis ſtabilitam, non amplius exſerunt. Reciproca qui poſtulat miracula, is Deum crebrâ experimentorum petitione tentare, rectè ſub finem hujus libelli ſtatuitur. Et appoſitè in hunc ſenſum dicit R. Ioſua F. Sehib in Comment. ſuo fol. 17. 1. אין השם משנה
בכל זמן וזמן לעשות נסים ומופתים ולכן כאשר עשה בדור אחד ובזמן אחד עושה זכר
ועדות שיזכרו אותו בכל זמן כדי שיזכרו נסיו ונפלאותיו : *Non mutabilis eſt Deus, ut quolibet tempore patret miracula aut prodigia : hinc cùm facit* (ſignum) *in aliqua generatione & tempore, tum memoriam & teſtimonium ſuppeditat, quò ſemper iſtius memores ſint, ac ſic miraculorum & ſignorum ejus recordentur :* prout variis elucidat exemplis, uti de feſto tabernaculorum atque paſchate &c. quorum hoc Deus perpetuum voluit eſſe ſignum mirificæ liberationis; illud, ſuſtentationis atq; obærationis in deſerto.

Quod verò hic aſſeritur, omnia miracula in deſerto patrata, Moſem urgente ſic neceſſitate feciſſe, nec quicquam momenti contuliſſe ad prophetiam ejus comprobandam, nimis audacter ab autore noſtro dictum eſse, facilè ex allato etiam exemplo de Core, Dathan & Abiram elucet, imprimis ex alloquio Moſis ad hunc cætum verſ. 5. *Notum faciet Dominus eum, qui ipſius, & qui ſanctus, & quem admovit ad ſe : nam eum, quem elegerit, admovebit ad ſe.* Quæ verba non minus ad ejus prophetiam referri poſſunt, quàm ad Leviticam aut ſacerdotalem dignitatem aliorum. Sic & verſ. 28. reliquos Iſraelitas, à Core ſequeſtratos, alloquens : *Hac re cognoſcetis Dominum miſiſſe me ad faciendum omnia opera iſta ; non autem ex corde meo* ; ubi apertè ſatis amolitur ſequiorem ſuſpicionem de miſſione non divinitùs impoſitâ, atque per conſequens de prophetiæ ſuæ falſitate. Quicquid ſit, nihil manifeſtius, quàm miraculum hoc in gratiam Moſis à Deo patratum eſſe; ut hoc pacto major ipſi inter Iſraelitas conciliaretur autoritas, atque veritas legationis ejus illuſtri hoc documento magis innoteſceret. Perperam verò hoc prodigium, uti & deſcenſus Man tribuitur Moſi, cùm nullo ejus aut interventu vel operâ utrumque à Deo præſtitum ſit; ſed hæc, uti & alia multa conficta ſunt augendo miraculorum numero, ne & hac in parte Moſes videretur aliis conceſſiſſe prophetis. In toto hoc capite miracula in Ægypto & deſerto edita ſtatuit non fuiſſe ſatis valida, ad fidem ingenerandam. Et cur quæſo? quia Iſraelitis non potuerunt eripere omnem ſuſpicandi anſam. Sanè cùm denſiſſimæ tenebræ univerſam Ægyptum

ptum obtegerent, cum ob primogenitorum internecionem clamor & ploratus regnum pertonaret: nonne ista potuerunt sufficere Israelitis convincendis? Non minus illustria fuerunt hæc prodigia, quàm in vel circa montem Sinai visa. Et si probè expendatur tota hæc miraculorum series, apparebit non minus hæc, quàm illa Mosaicæ legationi atque prophetiæ inserviisse. Velim enim ullam vel verisimilem adferant causam, cur credant magis hîc, quàm illic suspicioni malignæ locum potuisse esse, animadvertent se in vanum desudare. Si cum miraculorum irrisore ipsis negotium esset, utrobique is contenderet maligni spiritûs viguisse illusiones atque fascinia. At, inquit, noster, *coram astitimus, auribus atque oculis nostris usurpavimus.* Contra incredulus dicet, sat magnum fuit interstitium inter vos atque Mosen, ut facilè sensus vestri potuerint falli. Deinde is solus egit in monte, nullis adsumptis arbitris aut testibus; potuit facilè fictitias has emittere voces, *alloquere hos*; atque hujus generis infinita suspicax animus sibi fingere potest. Credere nolenti nunquam vel ipse Deus coram præsens satisfaciet; semper in ptomptu erit, quo suspicionem vel foveat, vel augeat: Pertinaciæ nullum remedium posuit Deus. Quæ cuncta non eo fine promuntur, quasi divinitati miraculorum Mosis quicquam detractum cupiam; longissimè exulet talis cogitatio: sed ut tantummodò indicetur, nimis absonam esse hanc Iudæorum regulam: *Prophetiæ veritas aut divinitas non confirmatur miraculis.* Contra se rem habere, *Eliæ* ac *Baalitarum*, *Ieremiæ* atque *Hananiæ* produnt exempla, manifestò indicantia, tantùm ad discernendum veros vates à falsis miracula cœlitùs facta fuisse. Ipse quoque Maimon cap. præcedente §. 12. fatetur mandatum esse, prophetam recipere, cùm miraculum ediderit, & si ornatus fuerit propheticis requisitis. Imo, cùm hoc ipso capite §. 6. & 8. ait, Iudæos credere in miracula propter Mosis præceptum, etiam agnoscit fidem in miracula tendere, & hoc pacto simul per eandem fidem veritas prophetiæ ejus confirmatur. Nisi fortè velit, priùs oportere de vera ejus missione constare, & si persuasissimi simus, ipsum revera esse prophetam divinum, tum ejus miracula etiam admittenda esse. At verò, quid opus est peculiari fide in miracula, ubi jam ante indubitatò constitit, divinam esse ejus legationem? Planè superflua & inepta esset ejusmodi fides. *Superflua*, quia jam antea (positâ indubiâ persuasione de prophetiæ ejus veritate) creditum fuerat: nil nisi divina ab isto editum iri opera. *Inepta*, cùm signa sæpissimè

ſimè connexa ipſi divinæ miſſioni, ab eadem ſejungit. Pone enim prophetam exſurgere; qui ſe miſſum dicat à Deo Iſraelis, atque hujus rei fidem ſtudeat facere operibus, quæ nonniſi à divina virtute poſſunt proficiſci; hicne priùs examini ſubjiciendus erit, an legitimè ſentiat de omnibus Moſaicis præceptis, de ritibus, de magiſtrorum interpretamentis? Sed nec ipſi hoc volunt, cùm jubeant verum prophetam audire, etiamſi pro temporis vel neceſſitate vel commoditate juſſerit præcepti alicujus violationem. At ſi pro certo tempore præceptum unum vel plura poterit derogare, laxare, aut conſtringere, cur non & ſemper? Perpetua legis obſervatio non huic aut iſti temporis articulo aſtricta eſt; ſed interruptæ & continuæ ſeriei; itaque ſi vel ſemel pro breviſſimo tempore, ejus neglectus & tranſgreſſio fiat ex mandato veri prophetæ, jam ex æterna facta eſt temporaria & mutatoria: ſic enim lex vim ſuam omittit ſemper ad obſequium conſtringendi. Paululum longiùs his immoramur, ut contra pertinacem horum mortalium incredulitatem aſſeramus miraculoſam Ieſu noſtri doctrinam: nam omnia in hoc capite allata eò fere collimant, ut enervent diviniſſima noſtri Meſſiæ opera, uti non obſcurè §. 7. & 8. oſtendit; at verò iis aſſertis, nullam habent cauſam dubitandi de veritate ejus religionis, vel eandem non amplectendi. Sed ad rem: nihil prohibet, quò minus ſtupenda opera in Ægypto edita veritatem Moſaicæ prophetiæ demonſtrarent, quàm miracula in monte Sinai; præſertim cùm ipſe Deus voluerit Moſem hæc miracula facere, ut fidem ejus prophetiæ haberent Iſraelitæ vid. Exod. VIII. 8. 9. Itaque nimis anguſtum ponit autor noſter limitem, cùm §. 3. inquit, commorationem in monte Sinai tantùm veritatem Moſaicæ prophetiæ demonſtraſſe. Quis enim credat Iſraelitas ignoti & antea obſcuri hominis ductum ſequi voluiſſe, niſi perſuaſiſſimi fuiſſent de miſſione ipſi divinitùs impoſitâ, idque ſolâ miraculorum efficaciâ? Nec quicquam theſi ejus firmandæ inſeruit locus Exod. III. 12. ibi enim non dicit Deus, cultum in vel juxta montem Sinai fore ſignum divinæ legationis; ſed præſentiam ejus gratioſam: *Nam ero tecum*, inquit, *& hoc ipſum tibi ſignum*, *quod miſerim te*; ubi procul dubio etiam reſpicitur ad miraculorum patrationem: atque iſta divini favoris demonſtratio per virtutes & prodigia, verè ſignum eſſe poterat, hanc miſſionem Deum habere autorem; non item cultus iſte longè poſtmodum exercendus in monte Sinai: ſignum enim rei diu poſtea futuræ non poteſt inſervire fidei

præſenti, aut efficere aſſenſum in iis, qui nunquam ad iſtud pertingunt ſeculum, in quo ſignum reipſa eſt exhibendum. Verba autem hæc non neceſſariò cum ſequentibus connectenda eſſe, accentus athnach (plenum reddens ſenſum) indicat, qui ſubſcriptus eſt voci שְׁלַחְתִּיךָ *miſerim te.* Sed & locus iſte planè impertinens eſt, nam in iſto tantùm agitur de ſigno, unde ipſe Moſes certò colligere poſſet, ſe à Deo miſſum eſſe, non verò populus; at, cùm de prophetiæ veritate hîc ſermo eſt, intelligitur ea, non tam reſpectu prophetæ miſſi, quàm populi, ad quem mittitur, qui etiam fidei vel incredulitatis ſe reum facere poteſt. Ex hiſce jam non immeritò colligitur, temerariis atque inſulſis magiſtrorum effatis accenſendum eſſe, dum ajunt: Moſis prophetia non opus habuit miraculis; & nihil ſtolidius eſſe, quàm hujus rei indicium ex Eſai XLII. 3. proferre, *Arundinem quaſſatam, non franget*, uti R. Arama nugatur. Quis vel per decimam tertiam conſequentiam inde extraheret tam mirificum commentum? cùm ne vel tenuiſſimum veſtigium, omni etiam adhibitâ ſedulitate, de Moſe aut ejus prophetia deprehendi poſſit; ſed tantùm ibi ſermo ſit de Meſſia, ejuſque manſuetis atque humilibus moribus, prout ipſe R. Kimchi etiam Meſſiæ tribuit. Sed ita cum hominibus hiſce comparatum eſt; delirare malunt, quàm ſemel receptam deſerere fictionem, imprimis ubi Ieſu noſtri vel gloriæ vel doctrinæ videtur oppoſita eſſe. Inſani ſynciputis ſomnia hæc eſſe, tota ſeries verborum oſtendit: Omnes enim actiones, quæ de ſervo iſto prædicantur, ad futurum reſpiciunt tempus. Non inſolens quidem eſt hujus temporis cum præterito permutatio; at quid opus eſt fingere narrationem rei præteritæ, ubi eſt manifeſta prædictio? & nimis auguſta ſunt quædam, quàm ut Moſi ejuſve legi aſſignentur; & vel ſolùm hoc verſ. 4. *In doctrina ejus regiones exſpectationem habebunt.* Vbi aut quando hoc de Moſaica impletum eſt lege? quæ nonniſi in una eaque exigua viguit regione; tantùm intra ſepta Paleſtini territorii. Ne jam plura adferam, de ſcopo loquentis, de nexu ſequentium, quæ ſolidè evincunt, nullam hîc Moſis haberi rationem; ſed ad tempus ſequens reſpici.

ב ובמה האמינו בו במעמד הר סיני שעינינו ראו ולא זר ואזנינו שמעו

II. Quare autem crediderunt in eum in ſtatione montis Sinai? Quia oculi noſtri viderunt, non extraneus; & auribus noſtris

ולא אחר האש והקולות והלפידים והוא נגש אל הערפל והקול מדבר אליו ואנו שומעים משה משה לך אמור להן כך וכך וכן הוא אומר פנים בפנים דבר ה׳ עמכם ונאמר לא את אבותינו כרת ה׳ את הברית הזאת :

ſtris uſurpavimus ignem, tonitrua ac fulgura; non autem alius quis, & (ut) ipſe acceſſerit ad caliginem, ad vocem ſermocinantem ſecum: nos quoque audivimus, *Moſe Moſe, abi*, hoc vel ſimili modo illos alloquere. Sic etiam ipſe ait: *Facie ad faciem locutus eſt Dominus vobiſcum*; & dicitur: *Non cum noſtris patribus pepigit Deus hoc fœdus.* Deut. v. 4. Ibid. v. 3.

ג ומנין שמעמד הר סיני לבדו הוא הראיה לנבואתו שהיא אמת שאין בו דופי שנאמר הנה אנכי בא אליך בעב הענן בעבור ישמע העם בדברי עמך וגם כך יאמינו לעולם מכלל שקודם דבר זה לא האמינו בו באמנות שהיא עומדת לעולם אלא האמנות שיש אחריה הרהור ומחשבה :

III. Vnde verò ſola ſtatio in monte Sinai eſt probatio de prophetiæ ejus veritate? Quia in ea non locum habet ſequior ſuſpicio, juxta id, quod dicitur: *Ecce ego venio ad te in denſitate & nube, ut audiat populus, quæ ego locutus ſum tibi, atque etiam ſemper in te credat.* Itaque ante hoc verbum, non crediderunt in eum fide in æternum permanente, ſed fide, quàm ſequitur calumnia atque ſuſpicio. Exod. xix. 9.

ד נמצאו אלו ששולח להן הם העדים על נבואתו שהוא אמת ואינו צריך לעשות להן אות אחר שהם והוא עדים

IV. Itaque illi, ad quos miſſus erat, fuerunt teſtes, prophetiam ejus eſſe veram; neque opus habuit, aliud miraculum facere; quia illi & ipſe teſtabantur in iſto negotio, ſicuti duo teſtes, qui

בדבר כשני עדים שראו דבר אחד ביחד שכל אחד מהן עד לחבירו שהוא אומר אמת ואין אחד מהן צריך להביא ראייה לחבירו כך משה רבינו כל ישראל עדים לו אחר מעמד הר סיני ואינו צריך לעשות להם אות:

unà viderant eandem rem, quilibet eorum veritatem promit apud alterum, neque ullus eorum opus habet probationem ſodali ſuo adferre : ſimili modo Moſi m. n. omnes Iſraelitæ erant teſtes poſt ſtationem in monte Sinai ; neque neceſſe fuit inter illos patrare miraculum.

ה וזהו שאמר לו הק"בה בתחילת נבואתו בעת שנתן לו האותות לעשותן במצרים ואמר לו ושמעו לקולך ידע משה (Exod. III.18.) רבינו שהמאמין על פי האותות יש בלבבו דופי ומהרהר ומחשב והיה נשמט מלילך ואמר והן לא יאמינו לי (Exod. IV.1) עד שהודיעו הק"בה שאלו האותות אינן אלא עד שיצאו ממצרי' ואחר שיצאו ויעמדו על ההר הזה יסתלק הרהור שמהרהרין אחריך שאני נותן לך כאן אות שידעו שאני שלחתיך באמת מתחלה ולא ישאר

V. Et hoc ipſum [cùm diceret illi Deus S. B. in principio ejus prophetiæ, ſe dare ei ſigna, ad faciendum ea in Ægypto, atque diceret illi : *Auſcultabunt voci tuæ,*] noverat Moſes M. n. videl. animo credentis propter ſigna ineſſe poſſe calumniam, obtrectationem atque ſuſpicionem ; idcircò etiam renuebat deſcendere in Ægyptum, atque dicebat : *Illi non credent mihi* : uſquedum revelaſſet ei Deus, iſta miracula, (non diutius inſervitura,) niſi uſque dum exituri eſſent Ægypto : ſed poſtquam egreſſi fuerint, atque conſtiterint ad hunc montem, tum ceſſabit calumnia, quam ſiniſtrè de te conceperant ; quia ego do tibi hîc ſignum, ùt cognoſcant, me ab ini-

בלבם הרהור והוא שהכתוב אומר וזה לך האות כי אנכי שלחתיך בהוציאך את העם ממצרים תעבדון את האלהים על ההר הזה:

initio te verè misisse; neque amplius inerit animis eorum suspicio. Et hoc est, quod Scriptura ait: *Et hoc tibi signum sit, quod ego te miserim, quum eduxeris populum hunc ex Ægypto, servietis Deo juxta hunc montem.* Exod. III. 12.

ו נמצאת אומר שכל נביא שיעמוד אחר משה רבינו אין אנו מאמינים בו מפני האות לבדו כדי שנאמר אם יעשה אות נשמע לו לכל מה שיאמר אלא מפני המצוה שצונו משה בתורה ואמר אם נתן אליך אות אליו תשמעון כמו שצונו להתוך הדבר על פי שנים עדים וא"עפ שאין אנו יודעין אם העידו אמת אם שקר כך מצוה לשמוע מזה הנביא ואע"פ שאין אנו יודעין אם האות אמת או בכשוף ולאט:

VI. Itaque dico, nos nulli prophetæ, advenienti post Mosen M. n. tantùm propter signum credere, ut dicamus: Si fecerit signum, auscultabimus ei in omnibus, quæ dixerit: Sed propter præceptum, quod nobis commendavit Moses M. n. in lege, cùm ait: si dederit tibi signum, *eum, audietis*; sicuti præcepit sententiam ferre ex ore duorum testium, etiamsi nobis non constet, verumne an falsum testentur. Sic præceptum est prophetam audire, licet nos [3] ignoremus, utrum signum verum sit, an verò à præstigiis vel incantatione profectum sit. Deut. XVIII. 15.

3. At planè aliter hîc se res habet, quàm in ancipiti lite, ubi suffragiorum numero dirimitur controversia; sed hîc præsupponitur, verus esse propheta, qui admittitur; & hac ratione non poterit locum habere talis dubitatio aut ignorantia de prophetiæ veritate: nam si certò constet verum esse prophetam, etiam divinitas miraculorum ejus in aperto est. Deinde, nec ipse Deus voluit prophetam

audiendum esse ,. nisi priùs probè explorata essent ejus miracula: Quorsum enim Deus κριτήρια de veris ac falsis dedisset miraculis? imò, cur autor ipse cap. 10. §. 2. vult crebrius examen de miraculis prophetæ instituendum esse ? & quid sibi volunt omnia de observando discrimine inter veros prophetas atque magos ? Quorsum anxia & repetita miraculorum exploratio ? si quis etiam dubius & hæsitans de prodigiorum veritate, prophetam audire tenetur.

ז לפיכך אם עמד הנביא ועשה אותות ומופתים גדולים ובקש להכחיש נבואתו של משה רבינו אין שומעין לו ואנו יודעין בבאור שאותן האותות בלאט וכשוף הן לפי שנבואת משה רבינו אינה על פי האותות כדי שנערוך אותות זה לאותות זה אלא בעינינו ראינוה ובאזנינו שמענוה כמו ששמעה הוא:

VII. Idcirco si propheta surrexerit, atque magna miracula aut prodigia fecerit, & adlaboraverit falsitatis convincere prophetiam Mosis M. n. istum non audimus ; quia certò novimus, prodigium præstigiis aut incantatione productum esse. Ideo prophetia Mosis M. n. non per signa confirmatur, (ut hæc signa cum istis conferamus;) sed quia oculis nostris usurpavimus, & auribus nostris accepimus eam, sicut ipse audiverat.

ח הא למה הדבר דומה לעדים שהעידו לאדם על דבר שראה בעיניו שאינו כמו שראה שאינו שומע להן אלא יודע בודאי שהן עדי שקר לפיכך אמרה תורה שאם בא האות

VIII. Cuinam rei hoc simile est? testibus, proferentibus testimonium homini de aliqua re, quam oculis suis usurpavit, quod talis non sit, sicut ipse conspexerat; istos non audiet, sed certò cognoscit, eos esse testes mendacii ; idcircò ait lex : *Si quis venerit cum signo & miraculo , non audies verba illius*

Deut. XIII.3.

pro-

והמופת לא תשמע אל
דברי הנביא ההוא שהרי
זה בא אליך באות
ומופת להכחיש מה
שראית בעיניך והואיל
ואין אנו מאמינים במופת
אלא מפני המצוה שציונו
משה היאך נקבל מאות
זה שבא להכחיש
נבואתו של משה רבינו
שראינו וששמענו:

prophetæ, qui videlicet ad te venit cum miraculo & prodigio, ad negandum, quod oculis tuis vidisti. Itaque nos non credimus signo nisi propter præceptum, nobis à Mose injunctum. Quomodo reciperemus signum, quod producitur, ut prophetia Mosis magistri nostri mendacii arguatur quam vidimus & audivimus?

פרק תשיעי

א דבר ברור ומפורש
בתורה שהיא מצוה
עומדת לעולם ולעולמי
עולמים ואין לה לא
שינוי ולא גרעון ולא
תוספת שנאמר את כל
הדבר אשר אנכי מצוה
אתכם אותו תשמרו
לעשות לא תוסף עליו ולא
תגרע ממנו ונאמר והנגלות
לנו ולבנינו עד עולם
לעשות את כל דברי
התורה הזאת הא למדת
שכל דברי תורה מצוין אנו לעשותן עד עולם וכן הוא

CAPVT IX.

I. EXpositum & declaratum est in lege, fore præceptum [1] fixum in sæcula seculorum, neque obnoxium futurum [2] variationi, nec diminutioni, neque augmento. Q. D. *Omne verbum quod ego præcipio vobis, servabitis, ut faciatis; non addes ad illud, neque diminues ab eo.* Sic dictum est: *Revelata sunt nobis & filiis vestris, ut semper faciatis omnia verba hujus legis.* Hinc etiam intelligis, omnia verba legis præcepta nobis esse, ut semper ea faciamus. Et sic ipse ait. *Statutum æternum manebit*

Deut. XII. 32.

Deut. XXIX. 29.

Lev. XXIII. 14

apud

אומר חוקת עולם
Deut. XXX. 12. לדורותיכם ונאמר לא
בשמים היא :

apud vestras generationes. Et dicitur : [3] *Non est in cælis.*

1. Æternitatem hanc non tantùm tribuunt Hebræi legi scriptæ, prout in pentateucho consignata est, sed & majorum traditionibus, ad eos derivatis; omnia verò reliqua scripta prophetarum & hagiographorum temporibus Messiæ usum nullum habitura, seu abolenda esse statuunt, exceptâ solâ Estheris historiâ; hoc pacto Maiemon
Cap. 2. s. 18. inquit in Hilchot Megila : כל ספרי הנביאים וכל הכתובים עתידין ליבטל לימות המשיח חוץ ממגלת אסתר הרי היא קיימת כחמשה חומשי תורה והלכות של תורה שבעל פה שאינן בטילין לעולם ואע"פ שכל זכרון הצרות יבטל שנ' כי נשכחו הצרות הראשונות וכי נסתרו מעיני ימי הפורים לא יבטל שנ' וימי הפורים האלו לא יעברו מתוך היהודים וזכרם לא יסוף מזרעם : *Omnes libri prophetarum & hagiographorum abolendi sunt diebus Messiæ, præter historiam Estheris; siquidem æquè stabilis est, atque pentateuchus, & constitutiones legis oralis, quæ in æternum non cessabunt : quamvis enim omnis memoria calamitatis desitura*
Vid. Esa. LVII. 17. *sit, dicitur enim* nos oblituros priorum afflictionum, *absconditum iri ab oculis dies Purim* (vel sortium) *non tamen desinet* Q. D. *Dies Purim non*
Esther IX. 28. *perituros è medio Iudæorum, & memoriam eorum non interituram è semine eorum.* Eadem quoque in Midrasch Megila reperire est. Quo colore aut veri specie hoc asseratur, non licet divinare; nisi quod definiendi audacia, ubi semel verecundiæ limites transilierit, nihil non audeat. Sanè cùm omnium sit par autoritas, quatenus ab ejusdem spiritûs suggestu profecta sunt, nihil suadet, ut longior usus vel diuturnitas his potiùs quam illis deferatur. Vt verò dicatur, vaticinia de Messia ejusque bonis, comprehensa iis libris, valorem suum amissura esse; cùm jam finem suum adepta sint, atque præteritorum induerint rationem, istud nec scriptorum natura, neq; scribentium permittit intentio. Non enim tantùm in gratiam præsentium ista à viris divinis exarata sunt, sed ut memoria eorum ad posteros etiam transfunderetur. Quod si cum impletione res ipsas aboleri velimus; eodem jure hoc de pentateucho statuendum erit; plæraq; fere, ut de creationis historia, de rebus gestis ac præliis, nec hodie usum ullum obtinere, neque Messiæ temporibus amplius habitura esse : & quid tum quæso residui manebit? At verò ipsi contendunt in futuro seculo legis usum (licet ibi videantur tantùm ad præcepta respicere) non abolitum iri : hinc in Avoda Zara inquiunt fol. 2. לעתיד הבא מביא הק"בה ספר תורה

תורה בחיקו ואומר כל מי שעסק בזה יבא ויטול שכרו: *In futuro sæculo Sanct. Ben. allaturus est in gremio suo librum legis, & dicturus est: Quicunque legi huic operam dedit, veniat, & tollat mercedem suam.* Iam si 613 sua præcepta velint tantùm conservatum iri, quàm tenue quæso σκελετὸν superstes erit?

2. Hisce omnibus autoritatem & judicium Albo (quem ipsi divinum appellant philosophum, & non exiguâ laude ornant,) meritò opponimus, qui satis accuratè ostendit in libro articulorum tract. 3. „ cap. 13. & 14. in legem divinam cadere posse mutationem: ex utroque cap. aliquid apponemus, unde autoris istius sententia manifestior evadet. Cùm hic cap. 13. priùs communem de legis perpetuitate indicasset opinionem, atque rationibus etiam munivisset, nec ex parte dantis legem, neque ex parte recipientis mutationem proficisci posse, ipse mentem suam de hac recepta hypothesi aperiens, inquit: אלא כאשר יעויין זה הדעת נמצא שאינו מחוייב שלא תשתנה הדת האלהית לעם אחד בעצמו וזה כי אף אם לא ישתנו הדעות בעצמן ולא הנותן כבר אפשר שיפול בו שנוי מצד המקבל: *Sed postquam accuratius expenderunt hanc sententiam, deprehensum fuit, non necessariò sequi, legem divinam non mutatum iri in aliquo populo, in sese spectato; ac licet scientiæ in seipsis non mutentur, neque etiam dans eas; tamen fieri potest, ut in eam cadat mutatio respectu accipientis:* prout istud deinde illustrat exemplo medici, semper consilia sua ac diætæ rationem pro diversa valetudinis conditione attemperantis: כך, inquit, יהיה חסרון בחק. נותן התורה שיתן הנהגה שוה בכל הזמנים למתחילים ולמורגלים אבל ראוי שישנה אותה כפי השתנות הכנת המקבלים: *Eodem modo erit defectus in statuto ferentis legem; quia præscribit quidem normam, similem quolibet tempore, tam pro incipientibus, quàm assuefactis, quæ tamen debet mutari juxta dispositionis variationem in recipientibus.* " Ad objectionem verò, absurdum videri, si statuatur Deus regulam dedisse non universalem pro omnibus hominibus, aut æqualem omni sæculo, respondet; hoc perinde esse, ac si quis interrogaret, cur Deus non creaverit omnes homines æquè justos ad serviendum ipsi, aut omnia viventia intellectu prædita. Iam cap. 14. inductione diversorum rituum probat, leges subinde circa liciti atque illiciti rationem variasse, & quæ aliis fuerunt indulta, aliis rursus vetita fuisse; sic Adamo dicit interdictum fuisse esum carnis seu animalium, Noacho verò concessum fuisse: ita quoque Abrahamo datum fuisse præceptum circumcisionis, & Mosi alia multa statuta, quæ nullum locum in primo habuerant sæculo: similiter Noachida, si minutissimum numulum, seu כרוטה *teruncium* vel λεπτόν τι furto abstulisset, capitis

pitis incurrebat pœnam, non item Iſraelita; illi etiam permiſſum erat patris ſororem aſſumere in uxorem; minimè huic &c. Vnde infert שהדת האלהית היתה משתנה מן ההתר אל האסור ומן האסור אל ההתר כפי השתנו' הזמנים *Legem divinam fuiſſe mutatam ex licito in vetitum, & contra, juxta temporum viciſsitudines.* Hinc progreditur ad Maimonidis ſententiam de legis æternitate, eamque negat eſſe univerſalem, ſed de Moſaica lege tantùm valere: locum verò Deut. XII. 32. *Non addes ei, neque diminues ab eo,* de idololatria interpretatur; ne vid. aliquid dematur aut addatur modo vel formæ colendi Deum; atque id rectè colligi ait ex ipſo orationis nexu: ſiquidem in duobus præcedentibus verſiculis populum ſuum à nefando gentium cultu, & à liberorum oblatione dehortatur, quibus mox ſubjicit dictam monitionem: atque eandem R. Moſis Nachman facit expoſitionem. Et ſub finem fere cap. ait, & rectè urget adverſus Maimonidem: quod ſi vel maximè ſenſus locorum iſtorum eſſet, quem vult Maimon, non tamen inde colligi, legem in æternum non mutatum iri; quia inquit הכתוב לא יזהיר אלא שאנחנו לא נוסיף ולא נגרע מדעתנו על המצות אבל מה המונע שלא יהיה הוא יתברך מוסיף או גורע כשתגזור חכמתו יתברך: *Scriptura nonniſi nos admonet, ne addamus, aut detrahamus aliquid præceptis pro noſtro lubitu vel arbitrio; ſed quid prohibet, quò minus ipſe Benedictus addat aut demat, prout ſapientia ejus ſtatuerit?* Vix hodiè tanta ingenii libertas ab ullo Iudæorum exſpectanda eſt; quo nomine etiam laudem ſuam hic
Lib.1.cap.15. & 23. ſcriptor meretur. Plura huc congeri poſſent ex eodem Albo, ad
Cap.15.16.&c. infringendam legis Moſaicæ, tantoperè deprædicatam, æternitatem; ſed ex his facilè perſpicere poterit lector, legem ſaltem mutari poſſe ab ipſo legiſlatore, contra quàm reliqui ferè Iudæorum ſentiunt. Ad loca verò ex Deut. XXIII. 14. aliaque, de legis perpetuitate loquentia, idem Albo nobis ſuppeditat reſponſionem lib. 3. cap. 16. phraſes ſcil. עולם, עד עולם, aut לעולם, vel חקת עולם, *æternum, uſque in æternum, aut in æternum, ſtatutum æternum,* לא באי להורות על נצחיות התורה *non occurrere, ad docendum de legis æternitate,* ſed deſignare זמן מוגבל *tempus circumſcriptum vel determinatum,* idque probat locis Proverb. XXII. 25. Ier. II. 20. Malach. III. 4. Pſal. LXI. 5. Eſa. XLV. 17. Eccleſ. I. 10. Exod. XXI. 4. I. Sam. I. 28. Num. VIII. 24. Eſa. XXXII. 14. Ibid. LXIII. 60. Idem de voce לנצח *in æternum*, ait, iſtam quandoque accipi de זמן קצר ובעל תכלית *tempore brevi & finito,* uti locus Pſal. LXVIII. 10. etiam ab ipſo productus, manifeſtò indicat, ubi Deus promittit, ſe in æternum habitaturum in monte Sinai,

cùm

cùm tamen erecto tabernaculo, inde translatus sit cultus in tabernaculum. Ex quibus omnibus non obscurè liquet, parum aut nihil omnino subsidii in hac vocum argumentatione latere: libuit autem hæc annectere, quia ipse Abravanel Cap. 13. in Rosch amana penitus intacta relinquit hæc loca, quod non leve præjudicium subministrat nobis de causæ ipsorum imbecillitate. Alia hanc quæstionem spectantia reservamus examini 13. cap. Rosch Amana, ubi veterum Doctorum dicta contra Abravanelis effugia asserimus.

3. Plerunque hoc loco pugnant, cùm probare conantur, Deum nolle immutare legem suam, ac si Mosi propositum ibi fuisset, Israelitas edocere, ne quidem è cælis seu à Deo legem novam exspectandam esse. Sed qui verba & orationis seriem modò expenderit, illico animadvertet, nullum ibi sermonem vel de legis mutatione vel æternitate institui: Cùm enim in præcedentibus Moses adhortaretur populum ad legis divinæ observationem, simul ingerit obsequii istius facilitatem; vid. in ore ac animo Israelitarum legis notitiam & memoriam circumferri, ut non opus sit, eam è cœlo, vel ultra mare, aut aliunde petere, quod meritò posset absterrere à præscripta obedientia. Neutiquam ergo hinc extundetur, Deum sibiipsi jus omne ademisse mutandi legem, aut novam ferendi. Sensum verò hunc esse, quem diximus, ipsa vocum etiam analògia manifestò arguit; particula enim היא fœminei generis, nullo modo ad Deum referri potest, sed ad præcedens מִצְוָה *præceptum*: & quid opus est fingere orationis defectum, ubi plena ex antecedentis repetitione concinnè fluit? Itaque minus commodè Aben Ezra hæc verba: *Non est in cælis*, refert ad vocem נִפְלֵאת, *occultum*: nihil enim ponderis admonitioni Mosis hoc addidisset, imò omne subtraxisset. Quid ad rem fecisset, si non fuisset occultata in cœlis, si modò ibi esse, hoc dubio Moses innuisset dicto?

ב הא למדת שאין נביא רשאי לחדש דבר מעתה לפיכך אם יעמוד איש בין מן האומות בין מישראל ויעשה אות

II. Hinc jam discis, non licere prophetæ quicquam ex isto tempore innovare: idcircò si quis surrexerit vel ex gentilibus, vel Israelitis, ac fecerit prodigium aut signum, dixeritque, quod

ומופת ויאמר ש״י שלחו להוסיף מצות או לגרוע מצוה או לפרש במצוה מן המצות פירוש שלא שמענו ממשה או שאמר שאותן המצוות שנצטוו בהן ישראל אינן לעולם ולדורי דורות אלא מצוות לפי זמן היו הרי זה נביא השקר שהרי בא להכחיש נבואתו של משה ומיתתו בחנק על שהזיד לדבר בשם ה׳ אשר לא צוהו שהוא ברוך שמו צוה למשה שהמצוה הצאת לנו ולבנינו עד עולם ולא איש אל ויכוב:

Dominus eum miserit ad [4] augendam legem, vel diminuendum præceptum, aut exponendam legem per explicationem, quam non audivimus à Mose: vel si dicat, præcepta Israeli injuncta non semper, & in omne ævum permansura esse, sed mandata esse pro certo tempore: sanè iste propheta est mendax; quia accedit ut falsitatis arguat prophetiam Mosis, & nece [5] strangulationis afficiendus est; quia arrogavit sibi loqui in nomine Domini, quod ille non præceperat. Deus enim Bened. mandavit Mosi, ut ista lex nobis filiisque nostris esset sempiterna; non autem est homo Deus, ut mentiatur.

4. Ipsi tamen agnoscunt, prophetas numerum præceptorum adauxisse, sic in Megila circa finem: תנו רבנן ארבעים ושמונה נביאים נתנבאו להם לישראל ולא פחתו ולא הותירו על מה שכתוב בתורה חוץ ממקרא מגילה. *Tradunt magistri, quadraginta & octo prophetas vaticinatos fuisse Israëlitis, & nihil eos imminuisse aut addidisse isti, quod scriptum est in lege, præter lectionem historiæ Estheris.* Mirum, quomodo & hos non repudiaverint. Nec tantùm de prophetis hoc asserunt, sed etiam de sapientibus suis; institutum scil. ab iis esse præceptum de נר חנוכה seu lucerna accendenda in festo dedicationis vid. templi: cujus statuti observationem tam rigidè exigunt, ut licet quis nummulum non habeat, quo emat sibi oleum, tamen indumentum potiùs vendendum esse jubeant, quàm ut huic magistrorum decreto non satisfiat; uti videre est in Hilchot Chanucha cap.

cap. 1. §. 12. 13. Alia de poteſtate domûs judicii in expungendo aliquid è lege &c. vid. in Roſch Amanah. cap. 13.

5. De hoc ſupplicii genere in falſos vates exercendo, nihil in lege ſtatutum legitur, ſed ſimpliciter tantùm mortis fit mentio; eam tamen de ſtrangulatione interpretandam eſſe, ex hac magiſtrorum regula docent: כל מיתה האמורה בתורה סתם אינה אלא חנק *Omnis mors abſolutè dicta in lege, non eſt alia niſi ſtrangulatio.* Pœnæ verò hujus modus hoc pacto in Sanhedrin depingitur: ſtrangulandus uſque ad poplites fimo immergebatur, colloque ejus circumdata reſti, involuta linteo, hinc inde conſtringebatur, donec animam miſer exhalaret.

ג: אם כן למה נאמר בתורה נביא אקים להם מקרב אחיהם כמוך לא לעשות דת הוא בא אלא לצוות על דברי תורה ולהזהיר העם שלא יעברו עליה כמו שאמר האחרון שבנביאים זכרו תורת משה עבדי וכן אם צונו בדברי הרשות כגון לכו למקום פלוני או אל תלכו עשו מלחמה היום או לא תעשו בנו חומה זו אל תבנוה מצוה לשמוע לו:

III. Si ita ſe res habet, quare dictum eſt in lege: *Suſcitabo* [6] *prophetam illis è medio fratrum eorum, ſicut tu?* (Deut. XVIII. 15.) Non ad ferendum legem ipſe veniet, ſed ad præcipiendum verba legis, & admonendum populum, ne illa violet, ſicuti ait ultimus prophetarum: *Mementote legis Moſis ſervi mei.* (Malac. III. 22.) Quod ſi nobis res arbitrarias vel indifferentes impoſuerit; ut e. c. Ite ad iſtum locum, vel non ite; hodie bellum gerite, vel non gerite; exſtruite iſtum murum, vel non exſtruite, tum mandatum eſt, ut auſcultemus ei.

6. De quovis in genere propheta, Moſen ſecuturo, videtur autor noſter hoc promiſſum accipere, quam ſententiam etiam multi Iudæorum ſequuntur, ita ut per enallagen numeri נביא intelligatur de נביאים vel prophetis, nunc hoc nunc illo tempore ſuſcitandis:

Sed cùm alii animadverterent hanc extensionem minus convenire voculæ כמוך *ſicut me*, hinc nonnulli judicarunt (inter quos & Aben Ezra) Ioſuam hoc vaticinio deſignari, utpote qui dux populi futurus erat, ſicut ante fuerat Moſes: alii Ieremiam, ut Abraham Sebah, ſiquidem uterq; 40 annis prophetam egit. Sed revera nonniſi incertis hæc nituntur conjecturis; nam etiam ex ipſorum confeſſione neuter iſtorum Moſi æqualis fuit vel in prophetia, vel in muneris dignitate: alius itaque ſit oportet; ſi de ſpeciali propheta, ex ipſorum & noſtro judicio, accipienda ſit hæc prædictio. Cùm verò nullus fuerit hactenus propheta inventus, in quem talis autoritas docendi populum quadraret, quis alius reſtabit quàm Meſſias? præſertim cùm ipſe Maimon fateatur, (uti cap. 1. not. 10. adſignavimus,) eum Moſi in prophetia æqualem futurum. Atque hoc ipſum in noſtro impletum eſſe Meſſia, abundè ab aliis demonſtratum eſt. Et hîc nihil pertinacia reperit, quod arrodat, niſi hiſtoriæ fidelitatem; cur verò eam non agnoſcat, ex ignominioſæ necis ſcandalo & regii ſplendoris defectu tantùm oboritur. Nam & ipſi coguntur fateri, opera Ieſu, quæ de ipſo narrantur, non modo paria, ſed & majora eſſe Moſaicis prodigiis: vel ſola mortuorum ſuſcitatio, nuſpiam Moſi tributa, hoc manifeſtò evincit. Ne jam de numero quicquam dicam, qui longè, non tantum Moſis, (utpote 76, licet etiam conficta) ſed & omnium prophetarum, ſimul junctorum, miracula ſuperat. Cùm autem addit, prophetam ſuſcitatum iri, ſed non ad aliam legem ferendam, iſtud hauſtum eſt ex opinione de abſoluta legis totius æternitate, quâ eversâ, nihil in hac exceptione roboris erit: quæ enim de falſa Meſſiæ noſtri prophetia à Iudæis proferuntur, tandem in iſtud deſinunt ζήτημα, de Moſaicæ legis æterna atq; immutabili duratione; de hac vid. hoc eodem Cap. 9. not. 2. & in Roſch Amama ad cap. 12. Locus verò Malach. III. 22. nihil facit ad rem; cùm iſto non indicetur, Deum nunquam aliquid velle per prophetam immutare in lege ſua, ſed tantùm populum vult ad legis ſtudium atque obſervationem adhortari; non loquens de tempore hujus obſervationis, de ejus duratione aut perpetuitate.

ד והעובר על דבריו חייב מיתה בידי שמים שנאמר והיה האיש אשר

IV. Qui autem tranſgreditur verba illius (prophetæ,) is morti [7] per manus Dei adjudicatur;

בשמי אנכי אדרוש מעמו
וכן נביא שעבר על
דברי עצמו והכובש
נבואתו חייב מיתה
בידי שמים ובשלשתן
נאמר אנכי אדרוש
מעמו :

tur, ſicuti dicitur: [s] *Erit autem, ut quiſquis non auſcultaverit verbis prophetæ, quæ locutus erit in nomine meo, ego requiram ab iſto.* Sic etiam propheta, qui violat propria verba, aut occultat prophetiam ſuam, reus fit mortis per manus Dei; de iſtis enim tribus dicitur: *Ego repoſcam ab illo.*

Deut.XVIII. 18.

Ibid.

7. Mors hæc definitore Maimonide ad cap. 9. Sanhed. eſt פחות מן הכרת לפי שהמחוייב כרת ישאר העונש עליו אחר המיתה : *minor exterminio; qui enim reus eſt exterminii, ei pœna poſt obitum reſervata eſt.* Propriè autem ex uſu Hebræorum denotat mortem repentinam, inſoliti planè atque horrendi exempli; cujuſmodi fuiſſe dici poteſt prophetæ (Heduæ, ut volunt Hebræi,) à leone diſcerpti, eò quod contra Dei interdictum auſus fuiſſet cibum ſumere in loco vetito: fit tamen quandoque ut cum exterminio confundatur, quemadmodum in Mohed Katon cap. 3. כרת מת בחמשים זו היא מיתה כרת : *Qui intra aut ante annos quinquaginta obit, iſta eſt mors exterminii;* ubi tanquam pœna, quæ in hac vita homini obvenit, deſcribitur.

1.Reg.XIII. 25.

8. Mirificè ex hoc loco triplicem vatum exſculpunt numerum; verba enim hoc pacto divellunt, ut per iſta: *Vir qui non auſcultaverit*, velint deſignari prophetam, qui ſupprimit prophetiam ſuam. *Ad verba,* exponunt de propriæ revelationis tranſgreſſore. *Quæ locutus fuerit nomine meo*, de propheta, qui alterius vatis prophetiam violat. *Ego repoſcam ab illo* ſcil. בידי שמים manu meâ è cælis. Sanè etiamſi quis vel minutiſſimè hæc in mortario contunderet, nunquam tam diverſum ac multiplicem eliceret ſenſum: ſed tanta eſt Rabbinici acuminis virtus, ut in pervidendis non modò abſtruſiſſimis, ſed & penitùs ἀοράτοις ſe teneat occupatam. Eadem ſententia de tribus iſtis vatibus, divinam incurrentibus pœnam, expreſſa legitur in Sanhedrin. cap. 10. ubi tamen non eadem eſt mens doctorum in definiendo ſupplicii genere, cui obnoxius redditur occultans prophetiam ſuam. R. enim Chaſda flagris adjudicandum eſſe vult; alii

Siphre in hunc loc.

verò

verò laqueo; hîc divino relinquitur judicio; quæ etiam communior est opinio, eamque plærique magistrorum sequuntur.

ה וכן אם יאמר לנו הנביא שנודע לנו שהוא נביא לעבור על אחת מכל מצות האמורות בתורה או על מצות הרבה בין קלות בין חמורות לפי שעה מצות לשמוע לו:

V. Similiter etiam, si dixerit nobis propheta, de quo constat nobis, eum esse prophetam, violandum esse unum ex omnibus præceptis, quæ recensentur in lege; vel præcepta multa, tam levia, quàm gravia [9] pro brevi tempore, tum mandatum est, ut ei auscultemus.

9. Eximit Albo decalogum, urpote ipsius Dei ore prolatum, & fidei radices, quas negat etiam pro exiguo temporis spatio mutari debere à propheta; de præceptis decem ita inquit: רצה הש״י
Lib.3.cap.18. שישמעו כל ישראל מפיו עשרה דברות כדי שלא יהיה כח ביד שום נביא לבטלם לא כלם ולא מקצתם: *Voluit Deus Bened. ut omnes Israelitæ audirent ex ejus ore decalogum, ne ullus propheta vel totum vel ex parte posset destruere:* & tamen in fine ejusdem cap. è medio decalogi desumit præceptum Sabbathi, quod jussu prophetæ violari posse ac debere pro temporis necessitate statuit; verba hæc sunt: אם יאמר שנחלל שבת או שנעבור על אחת מן המצות בהוראת שעה או בענין שלא יהרוס שרשי הדת ראוי שנשמע לו: *Si dixerit* (propheta) *ut violemus Sabbathum, aut transgrediamur aliquod præceptum, pro temporis occasione, aut in negotio, quod non evertet legis radices, æquum est, ut illum audiamus.* Vt verò dicatur, illum excipere tantùm præceptum de cultu imaginum, usque ad verba illa: *Et observantibus mandata mea*, id neutiquam cum autoris sententia quadrat, docentis, universa ista decem præcepta Deum suâ quasi linguâ pronunciasse. Mirùm sanè est, hominem in eodem cap. tam parùm sibi constare. Vltimi sui dicti hanc reddit rationem, quæ etiam verbis Maimonidis inseri potest, cùm ab ipso neglecta sit, vid. שנאמר על פי נביא יש כח ביד נביא לבטלו אם בהוראת שעה ואם לפי מה שיהיה הענין נותן כירמיה שבטל מנין החדשים מניסן אבל הנאמר לאדם על פי השם בלי אמצעות נביא אין כח ביד נביא לבטלו ואפילו בהוראת שעה: *Quod profertur ore vatis, potest everti per alium prophetam, sive pro tempore aliquo, sive pro ratione istius, quod aliquis*

quis attulerit, ut e. g. cum Ieremias supputationem mensium à Nisan destruxerit: Sed quod alloquio ipsius Dei homini dictum est, non potest alterius prophetæ operâ mutari, licet pro certo tempore. Vix licet conjicere, in quonam discriminis ratio posita sit, inter Dei verba ac veri prophetæ, cùm annunciationis mandato ipsi dictata: eundem plane autorem habet, ejusdem penitus & autoritatis & durationis sunt, atque æquali fide amplectenda; ut non magis horum quàm illorum vel mutatio vel eversio à vatis pendeat arbitrio, sed à solo Dei mittentis beneplacito. Et si qua fortè diversitas admittenda erit, ea tantùm in dispari revelationis modo videtur esse collocanda, quod vid. hæc ministerio prophetæ aliis indicentur, illa verò ex immediato Dei profecta sint sermone. Sed nec liquidò constat, Deum hoc pacto ad ullum mortalium, vel etiam Mosen, verba habuisse; imò non contemnendæ rationes contrariæ favent suspicioni, vid. Deum cuncta potius angeli famulitio sub lege veteri administrasse. Quicquid sit, istud saltem non obscurè patet, (quò & maximè respicimus) exceptiones magistrorum elaboratas tantùm esse ad legis perennem constantiam cum mutationibus ejusdem (subindè à prophetis Dei nomine introductis,) componendam; sed vano & irrito conatu. Sive enim pro aliquo tempore, sive in æternum mandati ceremonialis aut judicialis (nam de iis tantùm lis movetur,) transgressio imperetur, hîc neutiquam ad rem facit: nec minor vel major temporis tractus efficit, quò minus legis violatio facta fuisse dicatur, & ad præcepti alicujus immutationem arguendam sufficit, si vel ad momentum jubeatur illius transgressio. Itaque ex jussu legislatoris, præcepti neglectum imperantis, judicandum quoque est de ejusdem animo ac intentione, quâ sempiternam legis suæ observationem esse noluit. Certè si ipsa lex etiam consulatur, ne vel levissimum hujus exceptionis occurret vestigium, tantum abest, ut mandatorum vel intermissionem vel obsequium affigat temporum opportunitati; quod vel unicum commenti hujus vanitatem satis manifestò aperit.

ו וכן למדנו מחכמים ראשונים מפי השמועה בכל אשר יאמר לך הנביא עבור על דברי

VI. Atque sic didicimus per traditionem à priscis sapientibus. *In qualibet re, cùm dixerit tibi propheta: Transgredere verba legis, sicut* [10] *Elihu fecit in monte* 1.Reg. XVIII. 32. 36.

תורה כאליהו בהר הכרמל
שמע לו חוץ מע"כום והוא
שיהיה דבר לפי שעה
כגון אליהו בהר הכרמל
שהקריב עולה בחוץ
וירושלם נבחרת לכך
והמקריב בחוץ חייב כרת
ומפני שהוא נביא מצוה
לשמוע לו׳ וגם בזה
נאמר אליו תשמע׳ ואילו
Deut. XVIII. 15. שאלו את אליהו ואמרו
לו היאך נעקור מה שכתוב
Deut. XII. 13. בתורה פן תעלה
עולותך בכל מקום אשר
תראה הידה אומר לא
צוה המקום אלא
המקריב בחוץ לעול׳ חייב
כרת כמו שצוה משה
אבל אני אקריב היום
בחוץ כדבר ה׳ כדי
להכחיש נביאי הבעל ;

Carmel, audi eum; præterquam in idololatria. Cùm vid. aliquid pro certo [11] tempore futurum eſt; ſic Elihu obtulit holocauſtum in extraneo (loco) licet Ieruſalem ad hoc electa eſſet: qui autem offerebat in alieno loco, is reus evadebat exterminii, ſed quia erat propheta, præceptum nobis fuit, ut ei auſcultaremus. Atque hinc etiam dicitur: *Audietis eum.* Quod ſi interrogaſſent Elihu, atque ei dixiſſent: Quomodo exſtirpabimus quod ſcriptum eſt in lege: *Non offeres holocauſta tua in omni loco, quem videbis?* ille reſpondiſſet; non præcepit hoc Deus niſi offerenti ſemper in loco extraneo, & talis reus fit exterminii, ſicuti mandavit Moſes: ſed ego hodie extra offeram juxta verbum Domini, ad falſitatis convincendum prophetas Baal.

10. Poſſunt huic addi 2. Chron. XXIX. 15. de celebritate paſchatis, ſecundo menſe peragenda, contra inſtitutum de quarto menſe celebrando iſtud feſtum 2. Par. XX. 2. Vti & illud 2. Sam. XXI. de viris per 7 menſes ſuſpenſis contra expreſſam legem, Deut. XXI. 23; aliaque multa ex magiſtrorum ſcriptis, de quibus videatur Albo cap. 16. lib. 3. Vnde & rectè colligit, non eſſe שורש בפני עצמו לתורה אלהית כללה ולא לתורה משה בפרט שלא תנוסח התורה : *in ſeſe radicem de lege divina generaliter, vel in ſpecie de lege Moſis, eam non evulſum iri.* Vt

autem

autem magis appareat, non tantùm pro exiguo temporis intervallo ex prophetæ juſſu mandatum violari potuiſſe, ſed etiam abſque ſpeciali Dei mandato per longum temporis ſpatium à Iudæis violatum fuiſſe, placet Oniæ, filii Simeonis Iuſti, adjungere factum, quod & ipſi magiſtri eunt excuſatum. Aufugerat autem hic Onias in Ægyptum ſeu Alexandriam, ubi ſplendidum exſtruxit templum, ibique ex præſcripto patriæ legis Deum Iſraelis coluit, eique ſacrificia obtulit, adſumptis ſecum Hieroſolymâ ſacerdotibus; atque per integrum ſeculum, ut Ioſephus prodit, eadem colendi ratio ibi viguit, quod tamen apertè contravenit præcepto divino, in hac Sect. quoque citato. *De Bell. Iud. lib. 7. cap. 30.* Vndè ſaltem efficitur ipſum Oniam ejuſque Sacerdotes judicaſſe, hoc ſimiliaque ſtatuta Dei non pro ſempiternis habenda eſſe. Deſtinatam verò ſi dixeris fuiſſe ædem Oniæ cultui idolorum, tum bellum ſimul indicas oportet Gemaricis tuis, uno ore aſſerentibus, בית חוניו לא בית ע"ז היא *ædem Oniæ non fuiſſe idololatricam.* *Avoda Zara cap. 4. fol. 52. Minchot f. 109.* Nec etiam Oniam eam ob cauſam fuiſſe poſtea mulctatum, hæc ibidem evincunt: ואינו צריך לומר לדבר אחר כהנים היו דקנסינהו *Neque opus eſt dicere, Sacerdotes poſtmodum ipſi pœnam impoſuiſſe.* Vix major in cultu accidit immutatio, quàm cùm ex loco, ſpeciatim illi deſtinato, transfertur in alium; & nihilominus iſtud tam longo & interrupto temporis tractu factum ab Onia novimus.

11. Audax ſanè gloſſema: ſollicita legis dehortatio, & oppoſitio geminata de ſacrificiis Hieroſolymæ offerendis, tam violentum penitùs reſpuunt interpretamentum; ſimplex oratio nec loci nec temporis admittit reſtrictionem. Et quænam eſſet peculiaris iſta ſegregatio urbis ſanctæ ad cultum Dei Iſraelis, ſi non minus alibi, ſuadente ita oportunitate, quàm ibi licuiſſet potiſſimam cultûs exercere partem? Sed Deus hac ſimilibuſque permiſſionibus non obſcurè teſtatum fecit, rituum non modò interruptum, ſed nec æternum fore uſum, donec tandem ore prophetæ ſui pronunciaverit, juge ſacrificium prorſus ablatum iri.

ז ועל הדרך הזאת אם צוו כל הנביאים לעבור לפי שעה מצוה לשמוע להם ואם אמרו שהדבר

VII. Et in hunc modum, ſi mandaverint omnes prophetæ, ut violemus præceptum pro tempore, tum audiendi ſunt: ſin verò dixerint, verbum hoc in æter-

נעקר לעולם מיתתו בחנק שהתורה אמורה לנו ולבנינו עד עולם :

num excisum esse, tunc [12] strangulandi sunt; quia lex semper nobis nostrisque filiis loquitur.

Sanhed. cap. 10. 12. Vti Sect. 4. triplex vatum genus statuitur divinâ ultione perimi; ita quoque terni, ex Hebræorum sententia, supplicio בידי האדם או ב"ד *humano, vel domûs judicii subjiciuntur*, vid. *Qui vaticinatur, cùm non andivit*, vel absque mandato Dei prophetiam suam obtrudit, ut Zidkias 1. Reg. XXII. 11. *Et qui aliter prophetat, quàm audivit*, quemadmodum Chananias Ier. 18. 9. *Vel qui denique vaticinium adfert in nomine idoli*, ut Bahalitæ.

ח וכן אם עקר דבר מדברים שלמדנו מפי השמועה או שאמ׳ בדין מדיני תורה שיי׳ צוה לו שהדין כך הוא והלכה כדברי פלוני הרי זה נביא השקר ויחנק אע"פ שעשה אות שהרי בא להכחיש התורה שאמרה *Deut.* XXX. 12. לא בשמים היא אבל לפי שעה שומעין לו בכל :

VIII. Quod si eradicarit aliquid ex verbis, quæ [13] traditione accepimus; vel si dixerit de aliquo jure legis, Deum sibi revelasse, talem esse sensum, & constitutionem pro cujusdam partibus stare, certè iste pseudopropheta erit, & laqueo perimendus est, etiamsi fecerit signum; hic enim venit ut falsam redderet legem, quæ ait: *Non est in cælis*; sed pro tempore audiant eum in omnibus.

Teschuva cap. 3. 13. Vnde & inter legis abnegatores recensetur à Maimonide הכופר בפירושה והיא תורה שבעל פה ומכחיש מגידיה כגון צדוק וביתוס· *Qui negat expositionem* (legis scriptæ,) *seu legem ore traditam, atque ejus interpretes falsi arguit, uti Zadock & Baitos.* Non absimilia vid. in Massechet Avoda Zara cap. 2. &c. Hujusmodi obstinatum traditionis oppugnatorem impunè cujuslibet manu trucidari posse asserit in tract. Mamrim sive de Rebellibus, cap. 3. etiamsi nulli adfuerint testes,

testes, nullum judicii vel indicii præcesserit examen; hocque magni beneficii ac meriti loco ducit. Hinc etiam tam diræ imprecationes & Vatiniana odia in hodiernos Caraim. Latissimus hîc se campus aperiret excurrendi in fictitiam legis oralis autoritatem, sed uno alterove contenti erimus indicio, unde putidi ac novitii hujus commenti futilitas apparebit. Cùm ipsa sana ratio jubeat rei falsæ, quam talem esse certò scias, neutiquam fidem esse deferendam, sed potius, cum paucissimis licet, sapiendum esse; tamen contra fieri volunt magistri in suis decisionibus, & malunt suos insanire cum errantium multitudine, quàm manifestæ veritati paucorum acquiescere, ac si pro majori suffragiorum numero semper staret causæ bonitas. Hujus rei exemplum habes in Bava Meziha, ubi de R. Eliezare & Iosua narrant, illos acriter inter se contendisse, & auditum fuisse cœlitùs oraculum ejusmodi: Quid nobis negotii est cum R. Eliezare? ubique locorum constitutio ex ejus sententia rata habeatur. Sed huic se opposuit R. Iosua & respondit oraculo: *Non est in cœlis* scil. decisio contra plurium definitionem. Hîc agnoscunt quidem veriorem sententiam R. Eliezarem propugnasse, sed quia contrariæ, licet falsæ, plures essent adsertores, potius horum, quàm illius judicio standum fuit. Quæ etiam causa est, quod non rarò videas Hebræos fateri hujus aut illius sententiam veritate ipsâ niti, sed quia halacha seu constitutio secus pronunciat, saniori renunciandum esse opinioni. Quis credat Deum sapientiæ ac veritatis fontem mendacii patrocinium voluisse suscipere, aut hominibus suadere, ut mentem penitus exuant, atque cæco obsequio magistrorum decretis auscultent?

Cap.4 fol.59. & 72.

Deut. xxx. 12.

Sic quoque disertè asserunt contraria magistrorum statuta, repugnantes ipsorum sententias ab uno & eodem Deo profectas esse; hinc axioma istud apud R. Meir iu Avoda Kodesch. part. 3. cap. 23. כל חלוקי הדעות והסברות הסותרות זו את זו אל אחד נתנן ופרנס אחד אמרן : *Omnes sententiarum controversias & opiniones sibi invicem repugnantes unus Deus dedit, & unus Oeconomus vel* ἐπίτροφος *prolocutus est.* Luculentius etiam hujus rei documentum in Chagiga Cap. 1. proferunt: בעלי אסופות אלו ת"ח שיושבים אסופות ועוסקין בתורה הללו מטמאין והללו מטהרין הללו אוסרין והללו מתירין הללו פוסלין והללו מכשירין : *Autores collectionum* (vel ῥαψῳδοὶ, intelligunt Thalmudis consarcinatores) *h. e. discipuli sapientum, docentes vel concinnantes collectiones, atque in lege studentes, horum alii purum* (aliquid) *pronunciant, alii impurum; alii vinciunt, seu illicitum faciunt, alii*

alii solvunt, vel licitum reddunt; si hi (aliquid) *falsum statuunt, illi rectum judicant.* Et cùm interrogatur, quomodo tam discrepantia judicia de una eademque re aut præcepto possint consistere, addunt; omnia ista nihilominus ab uno Deo data, ab uno œconomo, seu ore Dei ben. prolata fuisse. Atque huic rei firmandæ exemplum adferunt in Iruvin cap. 1. ubi refertur, sectam Sammai atque Hillelis tribus annis rixatam fuisse de constitutionibus, dum una suæ partis, altera suæ decretum valere contenderet, & tandem auditum cœlitùs oraculum: *Hujus atque illius sunt verba vivi Dei.* En, tantâ paradoxorum congerie opus est, ad commentitiæ hujus legis autoritatem fulciendam, uti ipse R. Meir in dicto cap. 23. non obscurè agnoscit his verbis: וזה דבר רחוק מאד מן השכל האנושי: *Atque hæc res valdè remota est ab humano intellectu*; atque initio ejusdem cap. והשכל לא יודה זה אבל יכחישהו וירחיקהו: *Ratio non agnoscit istud, sed falsitatis arguit, atque procul abjicit.* Quorsum verò lex tot tricis, contradictionibus atque absurdis involuta? לא רצה ית׳ להניח שום דבר אל החקירה השכלית: *Noluit Deus, ut quicquam ad rationale expenderetur arbitrium.* Quasi verò sapientissimus legislator truncis, blennis atque bucconibus legem tulisset, non hominibus.

Novi quidem illos plerunque huic opinioni stabiliendæ adferre locum Exod. XXIII. 1. *Neque loquitor de lite ad declinandum post plures, ad pervertendum.* At quis non animadvertit, ibi sermonem haberi de dubia lite judicaria, prout ipsi quoque fatentur? hîc verò de omnibus in universum magistrorum statutis, & quidem de manifestò falsis. Et si verba benè examinentur, satis liquebit, non mandari in iis, ut majori suffragiorum numero in re ancipite accedamus, sed apertè prohiberi, ne in malis ac perversis negotiis plurium vota sequamur, uti proximè antegressa indicant verba: quam etiam ob causam posteriora hæc: *Post plures ad pervertendum* scil. ibis, tanquam speciale ac novum jussum continentia, à prioribus divellunt, sed violentâ plane ac noxiâ interpretatione. Deinde mirum jure meritò videri debet, quod ne quidem semel sacra pagina istius legis meminerit, aut lectorem remiserit ad expositiones ore traditas, cùm magnoperè totius populi intererat, ut de ejusmodi norma, ad quam scriptæ legis sensus exigendus erat, probè constaret. Producunt quidem verba ista Exod. XXIV. 12. *Et dabo tibi tabulas lapideas, & legem & præceptum*; & ajunt per *legem* significari legem scriptam, prout à Mose consignata fuit, per מִצְוָה verò, seu *præceptum*, legem ore traditam.

Cui

Cui vel per ſomnium in mentem venire poſſet, vocem מִצְוָה iſto ſenſu à ſacris ſcriptoribus unquam uſurpari, niſi magiſtrorum argutiæ tantum priùs aperuiſſent myſterium? Si uſus vocabuli ſpectetur, nullum præſidium inde exſpectandum erit. Vel enim perpetuo iſto ſignificatu occurrere volunt; vel tantùm in hoc loco, eique ſimilibus. Iſtud ut dicant, non permittit ſumma teſtimoniorum penuria; cùm nullum alium præter hunc locum proferant, ad originem cœleſtem hujus legis ſtatuminandam. Itaque hoc ſtatuant oportet. At ſi ex numero aut diverſitate vocabulorum ſemper rerum etiam varietas penderet, hîc idem quoque locum obtineret, ac eodem jure colligeretúr, tabulas lapideas ſine præceptis aut lege datas fuiſſe; quod vel ipſi non admittent. Deinde, quis neſcit particulam ו vel *Et*, creberrimè vim exegeticam habere, ac ſi hîc legeretur; *tabulas lapideas*, hoc eſt, *legem & præceptum?* Vel ſi hoc nolint, addo, voculam, *Et*, disjunctivæ ſignificationis eſſe inter duo æquipollentia; ut ſenſus ſit: *Legem vel præceptum.* Vt mittam, de ipſis præceptis affirmari, ea conſcripta eſſe in libro legis, Deut. xxx. 10. quod de traditionibus dici non potuiſſe iſto tempore, ipſi Hebræi urgent: & vel ex iſto tantùm loco verſ. 11. ſatis evincitur, vocem מִצְוָה legem ſcriptam denotare. Laborant quidem ex iſthoc cap. verſ. 10. & 16. legis oralis exterebrare fontem, idque ex voce *ſtatutorum*, ſed ridiculo penitus conatu: Cùm de iis etiam dicatur, quod legis codice perſcripta ſint. Itaque quantoperè etiam ſe torqueant, nihil tamen proficient conquiſitis ſuis diſtinctiunculis, & fruſtra ab iis color tam inſulſo quæritur figmento. Quàm certo etiam (ut hoc mantiſſæ loco addam) fundamento hæc ſtatuta innituntur, inde colligere eſt, quod ipſis etiam fatentibus, hæc omnia oblivione fuerint ſepulta tempore mæroris Moſis, ita enim ſonant verba ipſorum in tract. Themura cap. 2. fol. 16. שלשה אלפים הלכות נשתכחו בימי אבלו של משה דאשתכח אשתכח ודגמירנא להו לא גמירי כמשה רבינו ע"ה. Ibid. במתניתא תנא אלף ושבע מאות קלים וחמורים וגזירות שוה ודקדוקי סופרים וכלן החזירם עתניאל בן קנז מתוך פלפולו: *Tria millia conſtitutionum ἀναμφισβητήτων oblivioni tradita ſunt tempore luctûs Moſis, qui earum penitus oblitus fuerat, & quæ illis perfectè expoſuerat, non addidicerant, ſicut Moſes mag. n. f. m. In Miſna tradiderat* 1700 *argumenta à minori ad majus, argumenta item de vocum convenientia, & ſubtiles ſcribarum inveſtigationes; omnia verò ingenii ſui acumine reduxit Othoniel filius Kenas.* Volunt autem id contigiſſe poſt expugnatam ab ipſo Kiriath Sepher, (cujus rei hiſtoria deſcribitur

Ioſu.

Iosu. xv. 17) ibique eum in Academia quaſi poſtliminiò traditiones in integrum reſtituiſſe. Sed quis vel omnibus adhibitis trochleis tale quid ex hiſtoria traxerit? tantùm Othonieli tribuitur urbis Sepher expugnatio ; reliqua meritò rabbinicis accepta feruntur, aſſumentis ; nec aliâ ratione tam vernile ac ſtolidum figmentum fulcire poſſet effrons magiſtrorum audacia.

Quàm ampullatis verò atque hyperbolicis phraſibus majorum traditiones extollant ſupra legem, vel unus R. Meir in Avoda Kodeſch docere poterit cap. 24. p. 3. dum legem ſcriptam veſtimento, oſſibus atque corpori aſſimilat, Kabalam animæ ; ſic enim legis univerſæ inſtituit diſtinctionem, ut hiſtoricæ ejus narrationes in claſſe veſtis reponantur; præcepta, admonitiones atque adhortationes in ſerie oſſium, membrorum ſeu corporis; hanc vocat etiam legem corporalem, atque ſub hac vult latere arcana, uti ſunt myſteria legis, ſenſus præceptorum : qua in re ſecutus eſt Ra"ſi in ſuo Midraſch. In eundem ſenſum ajunt in Midraſch Chazit : חביבין דברי סופרים מדברי תורה שנ׳ כי טובים דודיך מיין : *Dilectiora ſunt verba ſcribarum, quam verba legis.* Q. D. *Amores tui meliores vino.* Cant. 1. 2. & 4. 10. Iam verò ut appareat, quàm neceſſaria ſit hujus oralis legis ſcientia, in eodem capite addit : ועוסק בלבוש ובגוף התורה בלבד ואומר שאין שם זולת זה הרי מסלק נשמה ומכחיש עקר התורה & paucis interjectis : ואוי לו כי נוח לו שלא נברא : *Qui tantummodo in legis corpore & veſtimento ſtudet, & inquit nihil eſſe præter hæc, certè is animam tollit, & falſi arguit legis radicem. Væ autem illi; melius enim ipſi eſſet, ſi non fuiſſet creatus.* In tam triſti omine habuit præceſſorem Ra"ſi, iiſdem verbis de Kabalæ contemptore loquens in Midraſch : ווי ליה טב ליה דלא איברי בעלמא *Væ illi, melius ipſi fuiſſet, ſi non fuiſſet in mundo creatus*, additque de ejuſmodi homine cenſendum eſſe, quod הזר עלמא לתוהו ובוהו וגרם עניותא בעלמא ואורך גלותא *reducat mundum ad Chaos, atque in mundo committit peccata, ut prolonget captivitatem.* Quouſque autem procedat proterva horum mortalium veſania in magiſtrorum urgendis ſtatutis, hoc ipſorum prodit decretum : *Qui ait non eſſe tephilim, ut violet verba legis, liber eſt*; ſin verò dicat, *quinque eſſe totaphot, ut addat verbis ſcribarum, is tenetur*: quibus innuunt, majoris ſemper debere fieri magiſtrorum commenta, quàm divina præcepta, atque illorum dictata magis culpæ reum facere, quàm horum. Et ne futilitas hujus fictitiæ legis ſuis innoteſcat, priùs jubent præceptorum addiſcere expoſitionem, antequam ad ſcriptæ legis accedatur ſtudium, ut hoc pacto, diſcipuli animum com

commodiùs doctorum imbuant decretis. Cuncta si quis deliria stolidi hujus commenti vellet congerere, non possent ita in arctum cogi, quin justo sufficerent volumini; atque operæ pretium esset, omnes doctorum argutias excutere, quibus decreta sapientum firmare student: sed nobis jam non est is animus, forsan aliàs, divinâ largiente gratiâ, hoc præstabitur; ex hoc specimine haud difficulter lector de reliquis judicium feret.

ט בד"א בשאר מצות אבל בעכ"ום אין שומעין לו ואפילו לפי שעה ואפילו עשה אותות ומופתים גדולים ואמר שי"י צוה שתעבד עכו"ם היום בלבד או בשעה זו בלבד הרי זה דבר סרה על ה' ועל זה צוה הכתוב ואמר ובא האות והמופת לא תשמע אל דברי הנביא ההוא כי דבר סרה על ה' אלהיכם שהרי בא להכחיש נבואתו של משה ולפיכך נדע בודאי שהוא נביא השקר וכל מה שעשה בלאט וכשוף עשה ויחנק:

IX. Ista verba dicta sunto de reliquis præceptis; sed in [14] idololatria non audiemus eum, etiamsi pro tempore (suadeat,) atque etiam [15] magna prodigia atque miracula præstet, dicatque, Dominum sibi in mandatis dedisse, ut idola colantur tantùm isto die vel istâ horâ; certè iste loquutus est rebellionem contra Deum; & de hoc præcepit Scriptura, atque ait: *Etiamsi eveniat signum aut prodigium, ne attendas ad verba istius prophetæ; quia locutus est rebellionem contra Dominum Deum vestrum:* Deut. XIII. 2. 3. Ibid. v. 5. Accessit enim ut mendacii argueret prophetiam Mosis; idcirco etiam certò novimus, istum pseudoprophetam esse, & quicquid facit, per incantationem aut præstigias efficere, atque laqueo tollendus est.

14. Itaque si homicidium, incestum, aliaque fædissima scelera pro certo tempore committenda dixerit, audiendus erit. At quæ

 causa,

causa ut sola eximatur idololatria? Suasio aut jussio aliorum scelerum æquè veri prophetæ notis repugnat, atque hujus criminis. Et nihilominus noster §. 5. & 6. aliique judæi contra sentiunt, etiam verum prophetam posse injungere quædam legi morali repugnantia; cùm nihil certius sit, quàm verum prophetam istud nec posse nec debere facere, & si tale quid ipse committat, vel alios jubeat, jam falsis accensendus sit vatibus, licet remis velisque Mosaicæ legis tueatur æternam durationem, atque magistrorum statutis mordicùs inhæreat. Nihil enim prophetici spiritûs moribus magis repugnat, quàm vel semel quicquam agere, aut aliis impònere, quod impuritatem vel numinis contemptum videtur secum trahere. Alia ratio est indifferentium (de quibus §. 13.) rerum, quin enim eas pro sua prudentia, & divino quandoque suggerente spiritu, possit mutare & tollere, indubium videtur.

15. Atque, ut R. Ioannes in Sanhedrin cap. 10. inquit: אפילו מעמיד לך חמה באמצע הרקיע לא תשמע לו : *Etiamsi sistat tibi solem in medio expansi, ne tamen auscultes illi.* Et rectè quidem: si modò constet indubiò, ejusmodi vatem idololatriæ reum teneri; aliàs pertinax ingenium nullis, etiam divinissimis, cedet miraculis, si licebit ipsi pro lubitu formare criminis descriptionem.

פרק עשירי

א כל נביא שיעמוד לנו ויאמר שיי' שלחו אינו צריך לעשות אות כאחד מאותות משה רבינו או כאותות אליהו ואלישע שיש בהם שינוי מנהגו של עולם אלא האות שלו שיאמר דברים העתידים להיות בעולם ויאמנו דבריו שנאמר וכי תאמר בלבבך איכה נדע הדבר וגו' : Deut. XVIII. 29.

CAPUT X.

I. Quicunque propheta nobis surrexerit, atq; dixerit, Dominum misisse ipsum, non opus habet signum patrare simile alicui ex signis Mosis M. n. aut miraculis Eliæ vel Elisæi; quia in istis fuit [1] mutatio ordinis mundi; sed signum ejusmodi, quo loquatur res venturas, & fidem habebunt verbis ejus, siquidem dictum est: *Et si dixeris in corde tuo, quomodo cognoscemus verbum istud, &c.*

1. Seu

1. Seu natura,rebus ab initio impreſſa, fuit immutata, vel ſublata, uti ex ſola maris rubri & Iordanis ruptura manifeſtum fit; repugnat enim naturæ fluidorum inſtar ſolidi corporis conſiſtere; itaque in his atque ſimilibus conſueta Dei providentia ad tempus ceſſavit.

2. Notam hanc etiam Ieſu optimè convenire, creberrimæ ejus prædictiones de rebus non tantùm malis, ſed & bonis luculentiſſimè teſtantur, & vel unica de ſuſcitatione ejus ex mortuis, atque evectione in cœleſtem gloriam ſufficere poterit. Non ignoro, audacter & ſtrenuè Iudæos hujus hiſtoriæ fidem conari labefactare. Sed quâ fronte, aut rationis ſpecie, nondum apparuit. Vt enim dicant rem totam ex compoſito ita diſſeminatam fuiſſe, atque penitus confictam eſſe; eo nihil inſulſius eſt. Quis enim adeo vecors & ab omni ratione alienus eſſet,ut ob unius impoſtoris,(ita jam loqui liceat ex ipſorum mente) tam fædo ac deteſtando ſupplicio affecti, mendacium, ſe præſentiſſimo mortis diſcrimini exponere velit? ut propter tam exoſi hominis vanum gloriolæ deſiderium ſe cupiat tantâ cum animi fiduciâ opponere Iudaicæ gentis primoribus, imo univerſo orbi, idque cum certo facultatum, honoris, amicorum atque vitæ diſpendio? Nemo ſciens & prudens miſer eſſe ſtudet; ſemper majoris boni vel poſſeſſio vel ſpes calamitatis ſuſceptæ aut ſuſcipiendæ injicere poſſet ſolatium. At unde quæſo nudatis omni dignitatis & fautorum præſidio tale quid exſpectandum erat? Certè potiundi alicujus emolumenti ne vel leviſſima quidem affulſit ſpes, ſed tantùm anathemata, gladii, cruces & flagra ipſis parata erant; acerba & crudeliſſima quæque à juratiſſimis magiſtri ſui hoſtibus ſe manere optimè prænoverant, ac jam probè antea didicerant ex præceptoris ſui ore, atque multis experimentis edocti erant. Quod vel unicum æquo rerum æſtimatori ſufficere jure deberet, ut verè cæleſtem ac innocentem pronunciet Chriſti religionem, cùm nullum in ea vel mundi, vel mundani promiſſi occurrat lineamentum; nil niſi cœlo dignum ea pandit, atque cultoribus ſuis offert. Hìc ſolidæ ſapientiæ ac felicitatis ubique expreſſam vides imaginem, quam fruſtrà hactenus anxiè Iudæus in Thalmudicis rapſodiis aut ſcribarum ſtatutis rimatur.

Itaque ſi quis ſimul colligat veri prophetæ notas, videbit eas exactiſſimè Servatori noſtro competere, ut nullus excuſationi locus reſiduus ſit, cur Iudæi olim Ieſum tam diro ac fœdo ſupplicio è me-

dio ſuſtulerint, & hodie etiamnum non dubitent hoc tanquam egregium facinus majorum ſuorum deprædicare. Culpa enim tam ſævo piaculo luenda, vel in *doctrina*, vel in *vita* fuerit oportet: At quæ major caſtitas, quæ illuſtrior innocentia morum in ullo unquam prophetarum emicuit, quàm in Chriſto? Si publicæ tranquillitatis perturbatorem dixeris: nihil magis à pacifico & miti genio tum ipſius, tum doctrinæ ejus abhorruit; niſi fortè ſeditio appellanda ſit, quod ad exemplum verorum prophetarum corruptiſſimos doctorum ac populi mores ſtrenuè oppugnatum iverit, atque eximia cum παῤῥησίᾳ ſummis ac imis vitia ſua ob oculos poſuerit. In *doctrina* verò, quænam apparet criminis ſpecies? Vt idolorum cultum dicas invexiſſe; iſto nihil vanius excogitari poteſt: cùm unius ac veri Dei maximus fuerit zelotes, atque idololatrici cultûs inimicus capitalis; & ne vel tenuiſſimum quidem hujus rei indicium ex dictis aut factis ejus adduci poteſt. At ſaltem legis tam ceremonialis quàm judiciariæ abrogationem ſuaſit. Imo contra, quamdiu inter Iudæos verſatus eſt, utriuſque indefeſſus fuit obſervator; quod verò non adeo rigidè illarum obſervationem urſerit, in eo veros imitatus fuit prophetas, tantùm fere moralis legis obedientiam inculcantes, poſthabitis ac neglectis aliis; cujus rei veſtigia apud Eſa. I. 11. 12. 13. 14. & Ier. VII. 21. 22. alioſque paſſim videre eſt. Subſecuta ſi videas tempora, hîc fatemur rituum ac judiciorum incidere abrogationem, per miniſtros ejus ac Apoſtolos ſubinde inculcatam. Sed inſulsè planè hoc tanquam cauſa necis, jam diu ante inflictæ, aſſignaretur. Deinde non poteſt iſtud factum Chriſti per Apoſtolos quicquam derogare hodie veritati doctrinæ ejus; cùm non tam præcipuè Ieſus, ſed per hunc potiùs ipſe Deus, idque non quatenus propheta, ſed quatenus jam regiâ inſtructus erat poteſtate, finem ceremoniis impoſuerit.

Et ſanè ſi æquâ lance res ipſa expendatur, nulla aptior excogitari potuit via perducendi omnes orbis incolas ad veri Dei Iſraelis notititiam & cultum, quàm ut ſeptum illud rituum tolleretur. Hoc enim ſtante, aditus reliquis gentibus ad ejuſdem numinis religionem intercludebatur. Nil mirum: inde enim ſeges ac fomentum odii & averſationis inter Iudæos & exteros, adeo ut vigente hac rituum pugnâ, neutra pars facilè hoſtiles animos depoſitura eſſet. Tanta erat utriuſque cultûs diverſitas, ut unus fere in alterius everſionem à Deo elaboratus eſſe videretur; & tantùm (uti non ineptè

Maimon

Maimon in causis quibusdam ritualium præceptorum ostendit,) ad exstirpandam è populi sui animis omnem idololatriæ memoriam. Qua etiam ratione motus Albo, dicit de oblationibus שלא נצטוו ישראל בקרבנות אלא על הכוונה השנית: *Non esse præcepta data Israelitis de sacrificiis, nisi propter secundariam intentionem*, ut vid. hoc pacto ab idolorum cultu immunes servarentur, adducto eum in finem loco Ier. VII. 22. *Non locutus sum cum majoribus vestris, neque præcepi eis, quo die eduxi eos è terra Ægypti, de rebus holocausti & sacrificii*: in quibus verbis miserè se torquent Iudæi. Agnoscant itaque tandem non modò æternis laudibus consecrandam Dei benignitatem, veritatis suæ lucem ad exteras quoque gentes diffundentis, sed & admirandam sapientiæ effigiem, hoc cultûs glutine pectora, nativis quasi inimicitiis disjuncta, copulantis; ut hac ratione cuncti mortales conjunctis linguis & animis in communis jam Patris agnitionem, ac mutuæ salutis conspirarent studium.

More lib. 3. cap.

Lib. 3. cap. 25.

ב לפיכך כשיבא אדם הראוי לנבואה במלאכות ה׳ ולא בא להוסיף ולא לגרוע אלא לעבוד את ה׳ במצות התורה אין אומרין לו קרע לנו את הים או החיה לנו מת וכיוצא באלו ואחר כך נאמין בך אלא אומרים לו אם נביא אתה אמור דברים העתידים להיות והוא אומר ואנו מחכים לראות היבואו דבריו אם לא יבואו ואפילו נפל דבר אחד קטן בידוע שהוא נביא שקר ואם באו

II. Idcircò si quando adveniat homo idoneus ad prophetiam, instructusque legatione Dei; neque accedit ut addat aut minuat, sed colat Dominum juxta mandatum legis; ne tali dicant: *Rumpe nobis mare, resuscita nobis mortuum*, idque genus alia, & postea credemus tibi; sed dicant ei: *Loquere nobis res futuras, si propheta es, ut fiant*; ipse verò prænunciet; tum nos exspectabimus, ut videamus, num verbum ejus eventurum sit, nec ne; si autem vel exiguum quid defecerit, cognoscetur propheta esse falsus: sin verò omnia evenerint, tum fidelis erit in oculis nostris. Sæpissimè autem

דבריו כולן יהיה בעינינו נאמן ובודקין אותו פעמים הרבה ואם נמצאו דבריו נאמנים כולם הרי זה
1. Sam. III. 20. נביא אמת כמו שנא' בשמואל וידע כל ישראל מדן ועד באר שבע כי נאמן שמואל לנביא לה':

explorabimus eum, & si deprehendantur omnia ejus verba veracia, tum certò erit propheta verus, juxta id quod dicitur in Samuele. *Et cognovit omnis Israel à Dan usque ad Bar-scheba, Samuelem stabilitum esse in prophetam Domini.*

ג והלא המעוננים והקוסמים אומרים מה שעתיד להיות ומה הפרש יש בין הנביא ובינם: אלא שהמעוננים והקוסמים וכיוצא בהן מקצת דבריהם
Esa. XLVII. 13. מתקיימין ומקצתן אין מתקימין בענין שנאמר: עמדו נא ויושיעך חוברי שמים החוזים בכוכבים מודיעים לחדשי' מאשר יבאו עליך מאשר ולא כל אשר: ואפשר שלא יתקיים מדבריהם כלום
Esa. XLIV. 20. אלא יטעו בכל בענין שנאמר מפר אותות בדים וקוסמים יהולל אבל
2. Reg. X. 10. הנביא כל דבריו קיימין שנאמר כי לא יפול מדבר

III. At cùm ipsi etiam [3] divinatores & præstigiatores prædicant futurum, quænam differentia est inter illos ac prophetam? Nisi quod partim verba præstigiatorum & divinatorum, hisque similium, eveniant; partim verò eventum non sortiantur, juxta id, quod dicitur: *Stent jam observatores cælorum, qui contemplantur stellas, qui notas faciunt in menses, ut te servent à quibusdam, superventuris tibi:* à quibusdam, non quibuslibet. Fieri etiam potest, ut nullum ex verbis eorum confirmetur, sed in omnibus aberrent, hinc dicitur: *Qui irrita facturus est signa mendacium, & ex divinis stultos effecturus*: Omnia autem verba prophetę stabilia fiunt, juxta hoc dicitùr. *Non cadet ex verbo Domini in terram.* Similiter

ה׳ ארצה וכן הוא אומר הנביא אשר אתו חלום יספר חלום ואשר דברי אתו ידבר דברי אמת מה לתבן את הבר נאם ה׳ כלומר שהדברי הקוסמים והחלומות כתבן שנתערב בה מעט בר ודבריהם כבר שאין בו תבן כלל :

ter & ipſe ait: *Propheta ille penes quem eſt ſomnium, enarret ſomnium; & penes quem verbum meum, eloquatur verbum meum verè; quid iſti paleæ cum tritico; dictum Domini*: q. d. verba præſtigiatorum & divinatorum eſſe inſtar paleæ, cui ſit immixtum pauxillum tritici; at verba eorum ſunt tanquam triticum, cui nulla ineſt palea.

3. De duabus hiiſce vocibus מעונן & קוסם conſulatur Maimon in Hilchot Avoda zara Cap. 11. à §. 6. uſque ad 11. Hic propriè ipſi eſt, qui ex rebus quibuſdam, nullam cum eventis naturalem habentibus connexionem, aliquid conjectat & prædicit; prout varias iſtorum recenſet ſpecies: iſte verò, ſi quis ex temporum diſtinctione dies, annos, atque horas prænunciat huic vel illi operi faventes, vel contra, ut ſit pars aſtrologiæ judiciariæ; ſed nimis ſtrictâ ſignificatione videtur accipere, cùm præceptum Levit. XIX. 26. *Non divinabis per tempora*, laxiorem admittat ſenſum, ut genethliacam etiam comprehendat aſtrologiam. Cur autem iſtorum prædictionibus non ſemper eventus reſpondeat, cenſet Albo proficiſci partim inde, quod hi, uti & alii omnes præſtigiatores, ex apprehenſione facultatis imaginativæ futura prædicant, quæ facillimè poteſt falli in dijudicanda rei alicujus virtute; partim, ab ipſo Deo, qui vim, rebus naturalibus impreſſam, poteſt immutare, inhibere & penitus tollere. Refert ibidem, cultores ignis, vel πυρομάντεις, cùm ſol ingrediebatur ſignum Cancri, ſolere ſingulis annis per unam noctem extruere magnos rogos, circaque eos tripudiare. Reliqua de diverſis divinationum generibus, modis ac ritibus expendere, non eſt hujus loci. Lib.2. Cap.8.

ה. ובדבר הזה הכתוב הבטיח ואמר שאות הדברים יהי שמודיעי

IV. Et hac de re Scriptura promittit, atque pronunciat, iſta, quæ præſtigiatores & divinatores

המעוננין — והקוסמים לאומות ומכזבין הנביא יודיע לכם דברי אמת ואין אתם צריכין למעונן וקוסם וכיוצא בו שנאמר לא ימצא בך מעביר בנו ובתו באש וגו׳ כי הגוים האלה וגו׳ נביא מקרבך מאחיך וגו׳:

Deut. XVIII. 10.
Vers. 14.
Vers. 15.

res indicant, conficta esse; sed propheta revelabit vobis verba veritatis, neque opus habebitis divinatore, aut præstigiatore, hisve similibus. *Ne invenitor in te, qui traducat filium suum, aut filiam suam per ignem &c. Nam gentes istæ, quarum tu hæres futurus es, planetariis & divinis auscultant, &c. Prophetam è medio tui è fratribus tuis, sicut ego, succitabit tibi Dominus Deus tuus, ei auscultate.*

ה הא למדת שאין הנביא עומד לנו אלא להודיענו דברים העתידים להיות בעולם משובע ורעב מלחמה ושלום וכיוצא בהן אפילו צרכי יחיד מודיע לו כשאול שאבדה לו אבדה והלך לנביא להודיעו מקומה וכיוצא בדברים אלו הוא שיאמר הנביא לא שיעשה דת אחרת או יוסיף מצוה או יגרע:

1. Sam. IX. 20.

V. Hinc jam discis, non exsurgere nobis prophetam, nisi ut res in mundo eventuras nobis revelet, ut e. g. satietatem, famem, bellum & pacem, atque id genus alia; etiam necessitates privatas alicui notas faciat; uti Saul, cùm propter rem perditam adiret prophetam, ut indicaret sibi locum ejus, aliaque his similia. Istud est, quod loquetur propheta; non autem, ut ferat legem aliam, vel augeat præceptum, minuatve.

ו דברי הפורענות שהנביא אומר כגון שיאמר

VI. Si tristia prædicat propheta; uti, cum prænunciat aliquem moriturum, vel anno

quo-

פלוני ימות או שנה
פלונית רעב או מלחמה
וכיוצא בדברים אלו
אם לו עמדו דבריו אין
בזה הכחשה לנבואתו
אין אומרין הנה דבר
ולא בא שהק"בה ארך
אפים ורב חסד וניחם
על הרעה ואפשר שעשו
תשובה ונסלח להם
כאנשי נינוה או שתלה
להם כחזקיה :

quodam futuram, famem aut bellum, idque genus alia; ejusque verba si non evenerint, non idcirco falsa erit ejus prophetia, neque dicant: En prædixit; & tamen non evenit: Dominus enim Bened. est longus irâ, & multus misericordiâ, quem etiam pœnitet mali: potest quoque fieri, ut resipiscentiam agant, atque illis parcatur, uti viris Ninivæ; vel ut differatur pœna, ut Hiskihu. *Ion.* II. *Esa.* XXXVIII. 20.

4. Sed hoc pacto non solvitur nodus, cùm & mutatio in rebus prosperis ac lætis locum habere possit, ut non obscurè indicatur Ier. XVIII. 10. *Pænitebit me boni.* Alii verò, inter quos & Albo, cujus verba supra cap. 9. not. 8. protulimus, volunt, distinguendum esse inter prædictiones Dei proprio ore prolatas, & prædictiones prophetæ alicujus interventu hominibus annunciatas: in illas pœnitudinem cadere posse ajunt, non item in has; quia Deus interpositione hominis fidem suam ratam habere velit. Sed cùm antea dictum fuerit, eodem redire, sive Deus ipse oracula sua promat, sive ministerio hominis (cùm impletionis obligatio non tam à personæ alicujus, sed divinæ fidei ac veritatis interpositione dependeat,) curet aliis significari; nec de ejusmodi familiari Dei alloquio quicquam certi haberi: præstabit de diversis bonorum generibus interpretari Esa. XXXVIII. 20. Ion. II. hisque similia loca, ut nimirum ibi prædictiones statuantur de rebus, alterius damnum secum trahentibus; atque hujusmodi prophetias conditionibus vel tacitis vel expressis affixas fuisse, eventus ipsarum non rarò edocuit: Secus verò se res habet in aliis vaticiniis.

ז אבל אם הבטיח

VII. Sed si spem faciat boni,

על טובה ואמר שיהיה כך וכך ולא באה הטובה שאמר בידוע שהוא נביא השקר שכל דבר טובה שיגזור האל אפילו על תנאי אינו חוזר ולא מצינו שחזר בדבר טובה אלא בחרבן ראשון כשהבטיח לצדיקים שלא ימותו עם הרשעים וחזר בדבריו :

atque dicat, hoc vel illud futurum eſſe, neque eveniat bonum, quod prænunciaverat, tum intelligetur, iſtum eſſe pſeudoprophetam; quia quicquid boni Deus ſtatuit, etiamſi ſit ſub conditione (promiſſum,) non revocat; nec invenimus, quod pœnituerit Deum rei bonæ, niſi in deſtructione primi templi, cùm promiſerat Deus juſtis, quod non morituri eſſent cum impiis, & pœnituit cum verborum ſuorum.

ח הא למדת שבדברי הטובה בלבד יבחן הנביא הוא שירמיהו אמר בתשובתו לחנניה בן עזור כשהיה ירמיהו מתנבא לרעה וחנניה לטובה אמר לו לחנניה אם לא יעמדו דברי אין בזה ראיה שאני נביא שקר אבל אם לא יעמדו דבריך יודע שאתה נביא שקר שנאמר אך שמע נא את הדבר הזה וגו׳ הנביא אשר ינבא לשלום בבוא דבר הנביא יודע

Ier. XXVII. 7. 8. 9.

VIII. Inde jam percipis, tantùm rebus bonis explorandum prophetam eſſe, iſtud eſt quod ait Ieremias in reſponſo ſuo ad Chananiam, filium Azur: cùm Ieremias prophetizaret malum; Chananias verò bonum; dixit Chananiæ: Si non ſtabilia fuerint verba mea, non ex eo evincetur, me eſſe prophetam falſum; ſed ſi tua non evenerint verba, cognoſcetur, te eſſe prophetam mendacem, juxta quod dicitur: *Quæſo duntaxat hanc rem audiat, &c. Propheta ſi prænunciat pacem, atque eveniat, tum*

cognoſ-

הנביא אשר שלחו ה׳ באמת:

cognoscetur iste propheta esse, quem verè Deus misit.

ט נביא שהעיד לו נביא אחר שהוא נביא הרי הוא בחזק׳ נביא ואין זה השני צריך חקיר׳ שהרי משה רבי׳ העיד ליהושע והאמינו בו כל ישראל קודם שיעשה אות וכן לדורות נביא שנודעה נבואתו והאמינו בדבריו פעם אחר פעם או שהעיד לו נביא והיה הילך בדרכי הנבואה אסור לחשב אחריו ולהרהר בנבואתו שמא אינה אמת ואסור לנסותו יותר מדאי ולא נהיה הולכים ומנסים לעולם שנ׳ לא תנסו את ה׳ אלדיכם כאשר נסיתם במסה שאמרו היש ה׳ בקרבנו אם אין אלא מאחרי שנודע שזה נביא יאמינו וידע וכי ה׳ בקרבם ולא יהרהרו ולא יחשבו

IX. De quo propheta alius vates testatur, quod sit propheta, sanè is firmiter propheta erit, neque opus erit iterato examine. Sic testatus est Moses m.n. de Iosua, & credidit in eum omnis Israel, antequam patrasset miraculum; & talis fuit apud posteros propheta, cujus nota erat prophetia, atque deinceps fidem habuerunt ejus verbis: vel si alius propheta de eo testimonium perhibeat, & jugiter ambulet in viis prophetiæ, tum illicitum est calumniis eum proscindere, & suspicione onerare ejus prophetiam, verane sit, an secus. Prohibitum etiam non pluribus eum tentare quàm opus est, ne semper tentemus: Q. D. *Ne tentetis Dominum Deum vestrum, ut tentastis eum in Massa.* Quia dicebant: Annum est Deus inter nos, nec ne? sed postquam cognitum est, prophetam esse, credant: & intelligetur, Deum in medio ipsorum esse: ne autem calumnientur eum, aut iniquè de eo suspicentur. Q. D. Deut.VI.16.

אחריו כענין שנאמר וידעו כי נביא היה בתוכם :

Vt cognoſcant, prophetam fuiſſe in medio veſtri.

5. Sic quoſlibet prophetas, ajunt in Schemot raba, teſtimonio confirmaſſe alterius vatis prophetias : כל נביא שהוא עומד היה אומר נבואתו של חבירו ולמה היה אומר דבר חבירו לברר נבואתו : R. Iona, *Omnis vates, qui ſurrexit, locutus eſt de prophetiis ſocii ſui. Quorſum hoc fecit? ut prophetiam ejus exponeret.* An hoc perpetuum fuerit, meritò dubitari poteſt; ſaltem de de ſpecialibus vaticiniis ac viſionibus hoc affirmare velle, nimis temerarium foret. Huic etiam claſſi accenſeri debet axioma hoc magiſtrorum in Roſch A-ſana cap. 1. fol. 15. כל מקום שמו ושם אביו בידוע שהוא נביא בן נביא· שמו ולא שם אביו הוא לבד נביא· שמו ושם עירו מאותה העיר· שמו ולא שם העיר הוא מירושלם : *Vbicunque nomen ejus* (prophetæ expreſſum legitur) *& nomen patris ejus, certò iſte propheta eſt filius prophetæ; at ſi nomen ejus, non verò patris* (ſcriptum eſt,) *tum ille tantùm eſt propheta : ſi nomen ejus atque nomen civitatis deſcribatur, ex iſta civitate oriundus judicari debet; ſin autem nomen ejus, non verò urbis indicetur, tum Hieroſolymis natus eſt.* Nihil incertius meritò habendum eſt audacibus his effatis, quæ forſan eo fine confićta (ſaltem primum) ſunt, ut ſic commodiùs numerum 48 prophetarum, ad gentem Iſraeliticam miſſorum, inde exterebrarent; nam aliàs tanta vatum caterva in ſacra non recenſetur hiſtoria. Vltimum verò ſignum, non expreſſo nomine urbis, ſignificari, Hieroſolymâ eum prognatum eſſe, æquè dubium eſſe, (ſaltem de quibuſdam vatibus,) ipſorum confeſſio arguit. Obadiam enim volunt fuiſſe proſelytum Idumæum, in cujus prophetiæ initio licet reticeatur nomen urbis, tamen Hieroſolymitanus haberi non poterit. Sic quoque de Chabakuko ignorant, ex quanam tribu aut civitate originem ſuam traxerit; ut jam alios prætercam, de quorum natali ſolo inter doctores quæritur.

FINIS.

ספר ראש אמנה

בו שרשי וראשי האמונות:

LIBER DE CAPITE FIDEI,

In quo continentur radices & capita vel principia religionis.

AVTORE

ISAACO ABRAVANELE.

Et in latinum ſermonem tranſlata per

GVILIELMVM VORSTIVM C. F.



AMSTELODAMI.

Apud GVILIEL. & IOHANNEM BLAEV.

cIↄ Iↄc XXXVIII.

AD LECTOREM.

IN versione scripti hujus fidelissimè conati sumus mentem ac sensum autoris exprimere; unde quoque factum est, ut maluerimus iteratas ejus subsequi periodos, quam declinandi fastidii causâ easdem non sinè infidelitatis nota transilire: non insolens est his scriptoribus eadem repetitis inculcare dictis; prout quælibet gens peculiari non tantùm sermonis sed & scriptionis gaudet forma. Vocabula & phrases in Lexicis minus obvias placuit è regione apponere, ne istarum idiotismum neglexisse, aut linguæ studiosis defuisse videamur. Capite autem 12. & 14. hiatus in orationis contextu relicti sunt, præeunte sic recentiori editione, post Tridentinam Synodum impressâ; eosdem verò in margine suppletos vides ex vetustiore Veneto codice: Cùm enim metus odii vel acerbioris censuræ cursum calami sistit, tum plerunque pendulo sensu aut signo vacui suppletionis legentem admonent. Vale.

LIBER IS. ABRAVANELIS
DE CAPITE FIDEI,
Seu de principiis religionis.

CAPUT I.

De sententia magni istius Rab. Maimonidæ super fundamenta legis ejusque articulos.



Rimus, qui incepit redigere in ordinem radices & fundamenta legis divinæ, fuit eximius iste Ra"mbam in commentario suo super tract. Sanhedr. cap. Chelek, ad istud Misnæ: *Omnes Israelitæ habebunt partem in futuro seculo.* Oportet autem scias, commentarium istum Misnæ Rab composuisse linguâ Arabicâ. Inveniuntur verò à nobis duæ versiones in istud caput: & licet eadem sit materia, aliquo tamen discrimine modus loquendi differt in duabus istis (versionibus.) Sed quia una earum translatio est Rabbi Samuelis Tibbon, b. m. æquum erit, ut eam sequamur, propter summam ejus eruditionem, atque insignem in versionibus præstantiam. En autem recensionem fundamentorum: quæ ibi adducit Rab, sunt ista, prout ejus verbis commemorabo.

Atque idcircò oportet istud hîc indicare; est enim locus hic appositus ad explicandum, tredecim esse radices atque fundamenta legis nostræ.

Fundamentum primum est, * Existentia creatoris excelsi, *quod nimirum existat ibi perfectus omni modo perfectionis, & sit supra quælibet existentia, atque ab eo perpetuitatem eorum esse. Et si concipias illum non existere, cessabit existentia cujuslibet entis: sin verò tibi imagineris, nulla inveniri existentia præter illum solum, tum ille solùm existet, neque desinet aut deficiet existentia Dei, quia ipse in existentia sua non opus habet alio præter seipsum, sed quicquid præter illum est, sive sint intelligentiæ separatæ, sive orbes, aut quod infra illos, istud necessariò dependet ab ejus existentia. Hoc autem primum fundamentum discimus ex dicto:* Ego sum Dominus Deus tuus; *& hoc est præceptum adfirmativum.*

* מציאות

Exod. xx. 2.

Secundum fundamentum est, Unitas ejus: *quod vid. sit unus: non est autem unus tanquam species generalium; neque unus ut species particularium; nec*

אחדותו

etiam unius instar compositi : hoc enim dividitur in plures unitates ; neque instar corporis simplicis : hoc enim unum est numero suo, atque accipit divisionem in infinitum. Sed Deus est unus unitate, cui nulla similis est. Hoc autem fundamentum secundum discimus ex eo, cùm dicitur : Audi Israel,

Deut. VI. 4. Dominus Deus noster, Deus unus est : *atque hoc est praeceptum adfirmativum.*

בטול הגשמות. *Fundamentum verò tertium est*, Remotio corporalitatis, *quod nimirum unus iste Deus non sit corpus, neque potentia in corpore, neque accidens ad corpora spectans, ut e. c. est motus & quies, non in substantia nec accidente. Et jam ab eo separarunt compositionem & divisionem. Atque hinc ait*

Esa. XL. 25. *propheta :* Cui assimilabis me, & aequalis ero. *Quod si esset corpus, haberet similitudinem cum aliis corporibus : quicquid autem in sacris libris occurrit de attributis corporum, veluti sessionis, stationis, atque id genus alia, omnia ista dicuntur more humano ; quemadmodum dixêre sapientes cel. mem.* Loquitur lex humanâ linguâ. *Plurima autem dixerunt de hoc negotio omnium aetatum sapientes. Atque tertium hoc fundamentum discimus ex isto:*

Deut. IV. 15. Non vidistis ullam imaginem : *q. d. nulla occurrit in eo figura ; quoniam ipse, uti diximus, non est corpus, neque est potentia in corpore.*

Fundamentum quartum est, quod iste unus sit verè aeternus, *ac nihil praeter illum aeternum, si comparemus eum cum alio, & multae de hac re probationes occurrunt in libris. Hoc verò fundamentum quartum discimus ex eo:*

Deut. XXXIII. 27. Deus aeternus, & infernè brachia aeterna, &c.

Fundamentum quintum est, quod oportet solum Deum S. B. colere, magnificare, celebrare, atque extollere voce laudis, neque tale quid praestandum esse ulli existenti, praeter illum ; sive angelis, sive stellis, vel orbibus aut elementis, aut cuiquam ex iis conflato : quia omnia ista ordinata sunt propter operationes suas, neque inest iis potentia aut voluntas, nisi amor Dei : neque decet

* אמצעים. *constituere * mediatores inter Deum S. B. & homines ; sed omnes cogitationes in eum dirigere & segregare ab alio extra illum. Hoc verò fundamentum discimus ex praecepto nobis lato, ne videl. serviamus idolis, atque plurima sunt de hoc negotio dicta legis.*

Sextum fundamentum est Prophetia, *quod conveniat scire in isto genere hominum plurimas deprehendi virtutes, atque eximias perfectiones, & reddi animam eorum puram, usque adeo, ut accipiat formam intelligentiae, & postea etiam jungatur intellectus humanus agenti, à quo emanat in illum eximius*

† אצילות. *† influxus : & hi ipsi sunt prophetae. Hoc autem est prophetia, ejusque negotium. Accurata autem hujus rei explicatio nimis prolixa foret ; neque nobis propositum fuit adducere demonstrationem super quodlibet fundamentum, aut explicare ejus veritatem : hoc enim omnem eorum complecteretur scientiam;*

sed

ſed tantùm nudè vel ſimpliciter ea commemorabimus ; multùm autem verſus legis de prophetis teſtantur.

Fundamentum ſeptimum eſt prophetia Moſis Mag. n. *(ſuper quem pax,) quod nimirum oporteat credere , ipſum eſſe patrem omnium præcedentium prophetarum, qui ante , & ſubſequentium, qui poſt illum fuère ; illos omnes infra eum (poſitos eſſe) quoad excellentiam ; atque eum ſolum elegiſſe Deum ex omni genere humano ; & majori notitiâ apprehendiſſe Deum, quàm ullus homo qui inventus fuit, aut intervenietur. Et ipſe, ſuper quem pax, ſumma ſequeſtratione ſeparatus fuit ab homine , adeò ut, cùm apprehenderet aliquid, ceſſarent in eo potentia imaginationis ac ſenſûs atque accidentia eorum, ut ſolus relinqueretur intellectus. Idcircò enim dicitur, quod locutus fuerit cum Deo ſine * interventu Angeli :* Ore ad os loquar cum eo. *Declararem autem ſtupendum hoc negotium, niſi ſcirem eſſe materiam hanc valdè ſubtilem, atque idcirco opus eſſe ſimplici expoſitione, problematibus & comparationibus. Nam priùs exponenda eſſet exiſtentia angelorum, & variatio graduum eorum à creatore : inſuper declarandum eſſet negotium animæ, ejuſque potentiarum ; atque fusè tractanda eſſet revelatio formarum, quæ aptos reddunt prophetas coram Deo ; atque continetur in hac materia * menſura altitudinis vel ſtaturæ ejuſque negotium, neque perficiet totam hanc materiam, etiamſi quis componeret compendioſiſſimè centum foliis : idcirco ſuperſedebo iſti, ut adducatur ſuo loco, in libro concionum, quem promiſi ; vel in libro prophetiæ, quem conſtitui concinnare ; aut in libro peculiari, in quo complectar iſta fundamenta. Redibo autem ad fundamentum hoc ſeptimum, atque aſſero, prophetiam Moſis Mag. n. ſuper quem pax, diſtinctam eſſe à prophetiis reliquorum prophetarum, quatuor iſtis rebus.*

* אמצעות׳ Num. XII. 8.

* שיעור קומה׳

*Prima eſt, quod illi prophetarint ope * mediatoris; Moſes autem M. n. ſuper quem pax, ſine mediatore, juxta id quod dicitur:* Ore ad os loquar cum eo. Num. XII. 8.

* אמצעי׳

Secunda eſt, quod nulli prophetæ prophetarint, niſi cùm dormirent, viſione nocturnâ vel diurnâ, poſtquam ſopor obruiſſet prophetam, & ceſſarent ſenſus, atque quieſceret inſtar dormitantis : negotium autem hoc dicitur viſio, vel contemplatio : Sed Moſes Mag. n. ſuper quem pax, accedebat loquens de die, atque conſiſtebat inter duos Cherubim, quemadmodum promiſerat ei Deus bened. Et revelabor tibi ibi &c. *Atque dixit Deus :* Si fuerit propheta veſter Dei &c. Non ita ſervus meus, &c. Ore ad os, &c. Num. XII.

Tertia eſt, quod, poſtquam prophetis obveniſſet prophetia, etiamſi eſſet in viſione, tamen naturæ eorum debilitarentur, atque contremiſcerent membra corporis illorum, ac valde perterreſierent, ut verè eſſent veluti deſcendentes ad portam mortis; ſicut apud Dan. Non fuerunt reliquæ in me vires ; ſed decor meus mutatus eſt me ad corruptionem, & ſopore obrutus fui. Dan. X. 8. Ibid. verſ. IX.

Sed Moses M. n. super quem pax, non fuit hoc modo (constitutus,) siquidem accedebat Deum sermocinans, neque languescebat aut tremebat; atque hoc est,
Exod. XXXIII. 11. *quod ait:* Locutus est Dominus ad Mosen facie ad faciem, quemadmodum alloqui quis solet amicum suum: *q. d. Sicut homo non formidat aut trepidat à colloquiis socii sui; ita Moses non erat perterrefactus aut turbatus à sermone [Dei;] quia conjunctus erat intellectui.*

Quarta est, quod nullus propheta quolibet tempore, quo desiderabat, prophetarit; nisi cùm beneplacitum esset Deo bened. potest enim quis multis annis manere propheta, & tamen non prophetizare: Sæpissimè etiam precibus flagitabit, ut prophetet, & post aliquot dies obveniet ipsi quidem, sed non revelabit ipsi prophetia hæc istud, quod petierat: jam verò esse potest inter illos, qui diligenter perscrutatus fuerit, atque perspexerit cogitationes suas; sicut fecit
2. Reg. III. 15. *Elisah, cùm diceret:* Iam adducite mihi fidicinem, qui pulset citharam, &c. *Si ita se res habebat, non inerat illis virtus prophetandi omni tempore, quo cupiebant; sed Moses Mag. n. super quem quies, prophe-*
Num. IX. 8. *tizabat quolibet tempore pro beneplacito suo; prout dicitur:* Consistite, & audiam quid præcipiat Dominus, &c. *Atque ait:* Dicas Aaroni
Lev. XVI. 2. fratri tuo, ne accedat quolibet tempore ad sanctuarium. *Itaque Aaron non veniebat quolibet tempore; Moses autem semper accedebat.*

Fundamentum octavum est, Legem esse è cœlis, *atque hoc oportet credere, tam istam legem, quam hodie habemus, esse legem traditam Mosi, atque totam esse ex ore omnipotentis: h. e. quod integram hanc hauserit ex ore Dei bened. per apprehensionem, quæ dicitur (אמירה) prolocutio, per modum translationis vel transportationis sermonis (העברה הדבור:) nec quisquam cognovit istam comprehensionem; atque consignavit istud, quod ipsi dictatum fuit de historiis, seu rebus gestis, ac de negotio legis ejusque præceptis; atque idcirco vocatur Legislator (super quem pax.) Non est autem discrimen inter versum* Filii Cham,
Gen. X. 6. Chuz & Mizraim; *atque inter:* Ego Dominus Deus tuus. Audi
Deut. VI. 4. Israel Dominus Deus tuus; *omne hoc ex ore Potentissimi est, atque tota lex Dei est perfecta, pura, sancta & vera: sed distinctio fit penes omnem abnegatorem; eò quod existimet, in lege esse fructum vel nucleum & corticem; atque in ea esse res, quibus nulla insit utilitas, quatenus sint à Mose Mag. n. (super quem pax.) Atque hoc ipsum est, legem non esse à Deo. Asserunt sapientes cel. m.* Credens totam legem esse ex ore Omnipotentis, excepto
Cheleck. fol. 99. unico versiculo, quem non locutus sit Deus benedictus: sed Moses suo ore, iste est ex genere istius: Quod verbum Domini vilipendit:
Num. XV. 31. exaltetur verò Dominus verbis abnegatorum: *Sed quælibet vocula habet in se miraculum sapientiæ apud eum, cui Deus dederit sapientiam atque scientiam, & licet non comprehendat quis perfectionem ejus sapientiæ;* Longior men-

mensura ejus terrâ, *neque est in homine: tamen efflagitandum à Deo bened.*
est, quod David unctus Dei Iacobi: Retege oculos meos, ut intuear *Ps.* CXIX. 1.2.
mirabilia in lege tua. *Sic etiam expositio legis, quæ est Thalmud, est ex*
ore Dei; atque hoc, quod hodie nos conficimus formam tabernaculi, & opus
palmæ, peniculamenti atque frontalium, atque alia id genus, est exemplar
istius ipsius, quod dixit Deus Mosi, & quod ipse nobis indicavit; & ipse fuit
fidelis in administratione legationis suæ. Probatio autem hujus fundamenti
octavi est istud, quod dixit: Eo cognoscetis, quod Dominus miserit
me, &c.

Fundamentum nonum est radix exstirpationis; *atque est, quod hæc* עקר
lex Mosis Mag. n. (super quem pax,) non exterminabitur aut mutabitur, הנסיחה·
neque ventura sit alia lex præter hanc à Deo; neque futurum sit in ea addita-
mentum aut diminutio, vel in scriptura, vel in explicatione; juxta quod dici-
tur: Non addes ad eam, neque demes ab ea. *Et jam exposuimus in prin-* *Deut.* XII. 31.
cipio hujus syntagmatis, quod opus erat declarare super hoc fundamentum.

Decimum autem fundamentum est, quod Deus cognoscat omnes actiones
*hominum, & quod in iis non sit * negligens, quemadmodum isti opinantur, qui* *מתקרסל·
ajunt, Reliquit Dominus terram: *Sed juxta verba prophetæ dicentis:* *Iezec.* VIII. 12.
Magnus consilio, & amplus actione, quia oculi tui aperti spectant *Ier.* XXXII. 19.
in omnes vias hominum, &c. *Sic quoque dicit:* Et vidit Dominus, *Gen.* VI. 5.
quod multa esset malitia hominum in terra, &c. *Et dicitur:* Cla-
mor Sodomæ ac Gomorrhæ, quia multus erat, &c. *Atque hoc do-* *Gen.* XVIII. 20.
cet de fundamento hoc decimo.

Fundamentum undecimum est, quod Deus retributurus sit bonam merce- 11
dem observanti præcepta ejus, & puniturus sit eadem violantem, & qui non
præstiterit ea; atque retributionem maximam esse futurum seculum, & pœnam
gravissimam exterminium. Et jam declaravimus in hoc capite, quantum
isti sufficit. Docet autem versus de hoc fundamento, qui est: Et jam si re- *Exod.* XXXII. 32.33.
putaveris peccata eorum: *& si non,* dele me quæso è libro tuo,
quem scripsisti. *At respondit ei Deus:* Eum, qui provocaverit me
ego delebo ex libro meo. *Atque hæc est probatio de præmio justi &*
& pœna impii.

Fundamentum duodecimum, dies Messiæ, *quod oporteat credere,* illum
certissimò venturum, neq; moraturum, & si cunctatus fuerit, exspecta *Habak.* II. 3.
eum: *Non decet autem aliquem supputare tempus, aut curiosè elicere ex*
versibus, ut cognoscatur tempus adventûs ejus; quemadmodum dixêre sapp.
cel. m. in cap. Chelek. Illaqueetur animus supputantium terminos. *Ne-*
cesse autem est commemorare liberationem & amorem Dei, atque efflagitare
ab eo juxta id, quod venit per manus uniuscujusque prophetæ, à Mose mag. n.
(*super*

(super quem tranquillitas) usque ad Malachiam (super quem pax.) Quisquis autem dubium de eo movet, aut vile reddit ejus negotium, is falsitatis arguit legem, quæ testatur de eo in Parasah vel Sectione : Bilham, &c, Vos stabitis hodie. : *Comprehendit etiam hoc fundamentum, quod non sit rex in Israele nisi ex Davide & tantùm è semine Salomonis. Quisquis autem contradicit regno hujus familiæ, is negat Deum & verba prophetarum ejus.*

Num. XXIV.
Deut. XXII.

Articulus decimustertius est, resurrectio mortuorum*: jam autem exposuimus hoc ejus negocium atque mysteria. Cùm autem homo omnes istos articulos animo complexus fuerit, iisque crediderit, aggregatus est communioni Israelis; atque debemus eum amore prosequi, & erga illum clementiâ uti, atque exercere erga eum, quod præcepit Deus unicuique præstare fratri suo ex amore & * fraternitate. Et licet commiserit omnia peccata, quæ sunt in mundo, ex concupiscentia atque appetitu, ac prædominio naturæ suæ deficientis, erit quidem ex prævaricatoribus Israel, & plectetur secundum peccatum suum, sed nihilominus habebit partem in futuro seculo : si autem homo non crediderit istis omnibus articulis, prout decet, is jam exclusus est è consortio (Israelis,) & negat fundamentum, atque vocatur hæreticus ac Epicureus, & plantarum excisor; atque tenetur homo eum odio prosequi, atque oportet eum abominari ac perdere; & de hoc dicitur :* Annon osores tuos odi Domine ? *Iam verò prolixior fui in sermone, & longiùs digressus sum ab intentione syntagmatis mei, sed hoc feci, quia eximia huic inest utilitas & fidei confirmatio; & complexus sum hîc res utiles atque dispersas per multos insignes libros. Quapropter comparato tibi eas, & benè cedet; ac sæpissimè istas relege, ut intelligas præstantiam earum : quod si decipiat te animus tuus, ut cogites, te hæc posse primâ decimâve vice assequi, scias te valdè errare; & idcirco ne præcipites in eo quod tibi videtur; quia non composui hoc, prout se obtulit occasio, sed post sedulam immorationem & cognitionem librorum, ac perscrutationem atque considerationem opinionum tam verarum, quàm falsarum; & quicquid conducit ad eas intelligendum, atque videndum rationes ac demonstrationes pro toto hoc negocio. A Domino autem efflagitabo, ut dirigat me in rectam semitam.*

*האחוה.
Psal. CXXXIX. 21.

Præterea invenies apud eximium istum Rab recensionem istorum articulorum in lib. Hammadah, tract. de fundamentis legis; quemadmodum ait, cap. 1. *Fundamentum fundamentorum & columna sapientiæ est, cognoscere, esse ibi primum existens &c.* atque dicit : *Cognitio hujus rei est præceptum adfirmativum; sicuti dicitur :* Ego Dominus Deus tuus. *Quisquis autem sibi imaginatur esse alium Deum illic, præter hunc ipsum, is violat præceptum negativum; prout dicitur :* Ne sint tibi Dii alii coram me. Sic quoque in eodem cap. adducit fundametum unitatis : atque ait, hoc esse præceptum adfirmativum : ac remotionem

Exod. XX. 2.
Ibid. vers. 3.

tionem corporeitatis, de qua non asserit, quod sit præceptum: in reliquis autem capitibus adducit partem articulorum commemoratorum, neq; ait, quod sint præcepta. Sic quoq; deprehendimus ipsummet Rab in lib. Minjan Hammitzot, quem fecit, adferre præceptum primum de existentia Dei, & secundum de unitate ejus. Et probat, quod, *Ego sum Deus tuus*, sit præceptum ex eo, quod dixerunt sapientes l. m. in tract. Maccoth fol. 23. *Sexcenta & tredecim præcepta Mosi in Sina dicta esse*; Vnde hoc constat? תורה *legem præcepit Moses.* Difficultatem autem movent, quod (vocabulum) תורה in Geometria tantùm valeat 611? Sed respondent: *Ego sum Dominus Deus tuus: Neque sint tibi dii alii coram me*, *ex ore Omnipotentis audivimus*, cum quo etiam quadrat istud, quod scripsit in lib. Hammadah. Atque hæc est recensio opinionis magni istius Rab de fundamentis illis in commentario Mischnæ, ac in libro Hammadah, atque in lib. ejus Minjan Hammitzoth.

Exod. xx. 2.
Deut. xxxiii 4.

CAPVT II.

De sententiis reliquorum sapientum, qui secuti sunt eum in materia articulorum.

CErtè Rab Chasdai in libro suo, Or Adonai, alia ratione constituit articulos seu fundamenta: ipse enim scribit, quædam esse fidei legalis capita ac fundamenta in omnibus præceptis, & principia in quolibet præcepto, atque initia in omni fide; uti sunt: *Existentia Dei*; sub qua comprehenduntur alii fidei articuli; qui sunt: *Vnitas ejus*, & quod non sit *corpus, neque potentia in corpore*: Alia autem capita legalia esse fundamenta legis, quia si concipiatur privatio unius ex iis, collapsura sit (lex) in generalitate; sunt autem sex. *Notitia Dei de existentibus. Providentia ejus circa ea. Potentia ejus infinita. Prophetia. Liberum arbitrium. Novissimus dies.* Sunt denique quidam fidei articuli, quibus credendum est; qui autem unum eorum negat, vocabitur hæreticus; quia sunt articuli fidei non dependentes à præceptis specialibus; & sunt isti octo *Creatio mundi.* † ὑπόληψις *animæ. Præmium & pœna. Resurrectio mortuorum. Æternitas legis. Eminentia prophetiæ Mosis. Quod fiat Sacerdoti responsum per Vrim & Thummim. Messias.* Sunt denique quædam fidei dogmata quibus credendum est; qui verò negaverit unum eorum, appellabitur hæreticus; quia dependent à præceptis particularibus; & sunt tria. *Precatio & benedictio sacerdotum. Vtilitas resipiscentiæ. Principium anni, ac quatuor temporum † distinctiones.*

† הסארות׳
† פרקי׳

Sanè R. Ioſeph Albo cel. m. in libro ſuo Hikkarim, plurimum ſcrutatus eſt in iis articulis, atque conſtituit eos in tribus, quia ex ejus ſententia ſunt ſumma genera reliquorum articulorum, atque ſunt: *Exiſtentia Dei*: ſub qua continentur *Vnitas & Remotio corporeitatis*. Secundum autem eſt, *Legem eſſe è cœlis*; ſub qua comprehenduntur *Prophetia* atque *Excellentia prophetiæ Moſis mag. n.* (ſuper quem pax.) Tertium eſt: *Præmium & pœna*: ad quam reducuntur, *Scientia Dei*, *Providentia*, *Meſſias* atque *vivificatio mortuorum*.

Et certè iſti homines integri in opinionibus ſuis de fundaumetis diſcedunt à ſententia magni iſtius Rab, propter dubia, quibus viderunt obnoxiam eſſe ſententiam Rab: & prout apparet ex verbis eorum, reſultat numerus 20 dubiorum, quæ ambo iſti moverunt contra ſententiam Rab, quorum alia manifeſtò adverſus illum moverunt, alia verò ex conſequentia verborum inferuntur: ego autem unum poſt aliud commemorabo, ut inveniatur numerus, atque primò erit recenſio dubiorum, quæ fecerunt contra articulos; deinde dubiorum, quæ moverunt contra articulos, quos numeravit Rab in genere præceptorum: non recenſebo in ſpecie unumquodque ex iis, quænam videlicet collegerim ex verbis Rab Chaſdai, aut quænam ex verbis autoris Hikkarim: denique etiam commemorationi eorum ſuperaddam alia dubia, quæ mihi viſum eſt movere in hoc diſcurſu contra verba Rab, quæ commemorati ſapientes adverſus eum non adferunt.

CAPVT III.

De dubiis quæ movent contra articulos.

SI, inquiunt, vocabulum עקר uſurpatur de re, quæ firmat aliam rem, & cujus firmitas dependet ab ea, neque habet ſtabilitatem extra eam; ſicut in arbore, cujus ſtabilitas dependet à radicibus ejus, tum difficultas movebitur, quare conſtituerit Rab Moſes fil. Maiemon omnia iſta 13 fidei dogmata, quæ commemoravit, in claſſe radicum & capitum, ex quibus tota lex dependeat? Nam licet hoc verum eſſet de fundamento primo, ſeu Exiſtentia Dei, & de prophetia; tamen alia, quæ recenſet, non ſunt radices & fundamenta legis, ut concidat ob everſionem eorum; atque iſtud ſpeciatim apparet ex radice ſecunda, quæ eſt de Vnitate, atque ex 3 radice, quæ eſt de Remotione corporeitatis; quia, etiamſi ſit vera fides, tamen non corruet tota lex, neque ceſſabit obſervatio præceptorum, ſi contrarium eorum credatur: atque idcirco maxima laborat difficultate

tatē, cur duos iſtos articulos recenſuerit in genere radicum. Atque hoc eſt dubium primum.

Dubium II. eſt in eo, quod numeraverit Rab fundamentum 5, oportere Deum colere; cùm hoc fundamentum ſit præceptum ſpeciale, prout dictum eſt: *Servite Domino Deo veſtro*, atque ait: *Colendo eum ex toto corde veſtro.* Dixerunt autem ſapientes l. m. Deut. XI.13.
Quis eſt iſte cultus cordis? Eſt precatio. Idcirco etiam ait Rab in hocce fundamento: *Æquum eſt, attollere vocem ad ejus laudem atque exaltationem*, atque hoc difficultate laborat, quod numeraverit in genere articulorum; quia non convenit, ut numeret articulum, aut conſtituat radicem præceptum aliquod ſpeciale legis: ſi enim ita ſe res haberet, eſſet numerus articulorum juxta numerum præceptorum.

Dubium III. eſt etiam de iſto articulo 5, cùm ſtatuit Rab, Deum ſolum colendum eſſe, atque nemini præter illum hoc præſtandum eſſe; & quod non conveniat conſtituere mediatores inter Deum atque homines; & hoc difficultate laborat: quia, cùm quis credit Deum eſſe veracem, ejuſque legem veram, ſed preces dirigit ad Angelum Gabrielem, aut Raphaelem, ut intercedant pro ipſo apud Deum, quomodo corruet idcircò tota lex, & quare interdictum de mediatoribus erit radix aut fundamentum?

Dubium IV. de articulo nono, qui eſt, legem Moſis mag. n. ſuper quem pax, non exterminatum aut mutatum iri, neque aliam à Deo venturam legem, præter hanc ipſam; nec futurum in ea additamentum aut diminutionem, prout dicitur: *Non addes ad eam, neque demes ab ea.* Expoſuit autem Rab negotium hujus articuli in libro Moreh, cùm ait: Legem divinam eſſe perfectam abſolutiſſimâ perfectione; quemadmodum dicitur: *Lex Domini perfecta eſt.* Res verò perfecta non recipit additamentum neque diminutionem, atque ob id ajo, quod nullo tempore variabitur. Atque eô concidit non exiguum dubium, videl. quod etiamſi non variabitur lex ex parte dantis, neque in ſeipſa juxta perfectionem ſuam, tamen fieri poſſe, ut cadat in eam mutatio ex parte accipientis; ut Deus aliquando augeat, diminuat & mutet legem, vel totam, vel ex parte, pro ratione iſtius, quod convenit recipientibus: Nonne videmus eum primò tradidiſſe præcepta peculiaria, neque conceſſiſſe eum veſci carne? At Noacho dedit alia præcepta, atque carnem conceſſit; & Abrahamo tradidit mandatum circumciſionis; atque Moſi ſuperaddidit alia multa præcepta. Quare ſtatuta divina variantur pro ratione temporum, atque prout conducit accipientibus: quemadmodum

Deut. XII.32. Pag.2. c. 39. Pſal. XIX. 8.

medicus expertus infirmo morbi initio tenuem præſcribit diætam, deinde cùm remiſit ſe morbus, illud quod antea prohibuerat jam permittit, neq; hoc eſt vitium in præſcriptione medici, ſed magna prudentia. Simile quid videtur in ſtatutis legis ejuſque præceptis: non enim abſurdum eſt, ut in ea cadat mutatio atque variatio pro ratione recipientis & temporis neceſſitate. Atque hæc etiam probatio, quam adfert Rab, ad declarandum hunc articulum ex verſu: *Non addes ad eam, neque diminues ab ea*, non venit, ut de æternitate legis admoneat, ſed de modo agendi, ne vid. diſcamus ab idololatris modum colendi; nec faciamus additamentum aut diminutionem in præcepto legis, quemadmodum docet de eo literalis ſenſus. Et ſi hoc negotium ſit juxta verba ejus; quomodo aſſerunt ſapientes l. m. cap. 3. Berachot fol. 20. *Domus ſenatûs docet exſtirpare aliquid è lege, cùm dicatur: Ne facias.* neque dubium eſt, quin non delinqueret adverſus hoc: *Non diminues ab ea.* Sic etiam ajunt Salomonem inſtituiſſe lotionem manuum, (ante cibum) dicemusne Salomonem peccaſſe contra *Non addes?* Atque in Vaikra Rabbah affirmant omnia ſtata feſta ceſſatura eſſe præter feſtum Eſtheris & diem expiationum. Similiter quoque interrogarunt: *Quare vocatur nomen ejus* חזיר *porcus? Quia Deus reducturus eſt*, (שעתיד הק"בה להחזיר) *ad Iſraelem.* Etiam diebus Hezræ mutarunt nomina menſium; qui vocantur in lege *primus*, *ſecundus* ac *tertius*; atque hoc modo omnes iſtos; & appellarunt eos *Niſan Iiar* &c. atque iſthoc eſt everſio præcepti. Et quamvis concederemus explicationem: *Non addes ad eam, neque diminues ab ea*; juxta verba Rab, tamen non erit in eo loco probatio de æternitate legis; quia Scriptura non monet niſi ne nos addamus aut demamus ex noſtra ſententia; ſed quid impedit, quò minus Deus additurus aut demturus ſit ab iis? Et jam fusè egit autor libri Ikkarim multis verbis de hoc in 13. ac 14. & cap. 16. atque 20. in tract. 3. libri iſtius. Vid. ibi.

Iruvin. Cap.2.fol.23.

Dubium V. eſt in articulo 12, quod numeret Rab adventum Meſſiæ articulum; quia, etiamſi vera eſſet fides, tamen non erit hæc fides fundamentum, ut ob ejus everſionem concidat lex: & ſanè invenimus in cap. Cheleck fol. 98. dicere Rabbi Hillel: *Non habent Meſſiam Iſraelitæ, quia jam eo potiti ſunt temporibus Chizkihu:* neque convenit dicere, Rabbi Hillel excluſum eſſe à communione legis, atque negaſſe legem; cùm in Gemara appellitent eum Rabbi, atque dicant traditonem ex ore ejus: atque hoc docet, non eſſe articulum.

Dubium VI. in fundamento ultimo, quod eſt vivificatio mor-

mortuorum; quia etiamſi hæc ſit vera fides juxta traditionem atque legem, non tamen congruit, ut ſtatuatur articulus legis; quia cùm creditur, retributionem divinam eſſe in hoc ac futuro ſeculo, non autem reſurrectionem corporum poſt mortem, ideone tota lex propter hoc concideret, ejuſque præcepta everterentur?

Dub. VII. Si juxta mentem Rab verus ſit articulus, legem non mutatum iri aliquo tempore vel totam vel ex parte; neque etiam diebus Meſſiæ: quomodo, (ſi ita ſe res habet) numeravit in claſſe articulorum adventum Meſſiæ, atque reſuſcitationem mortuorum, cùm ſint res futuræ, ac poſtea demum eventuræ, atque in actum deducendæ? certè tunc neceſſariò duo iſti articuli, atque juxta mutationem eorum lex ex una parte variabitur; quia ſunt pars ejus. Et jam demonſtratum fuit, non poſſe hanc mutationem dari.

Dub. VIII. Quod ſi dicamus, Rab non conſtituiſſe articulos juxta ſignificationem vocabuli עקר *radicis*, ſed numeraſſe inter articulos primaria fidei dogmata, tum difficultas oritur, ſi ita ſe res habeat, quare non poſuerit fundamentum; quod deitas per medium legis habitat אמנעות in Iſraele; cùm ſit felicitas ultima, quam promeritus fuit Iſrael.

Dub. IX. Quare non numeraverit *Creationem mundi* in genere articulorum? cùm ſit fides, quam oportet firmiter tenere omnem filium Iſraelis: ſicuti exponit Rab cap. 25. par. 2. lib. Moreh: & cùm conſtituat articulum creationem mundi.

Dub. X. Cur non poſuerit, fide amplectenda eſſe omnia miracula, quæ extant in lege, juxta literalem eorum ſenſum? Cùm ſit fundamentum magnum, & radix è qua omnia dependent: & hoc modo alia ſpecialia fidei dogmata, quæ oportet credere omnem poſſeſſorem legis Moſis; (ſuper quem pax) & in ſpecie, ſtationem in monte Sinai.

Dub. XI. Quare non numeraverit *Traditionem*, quod oporteat hominem ſequi traditionem Patrum? cùm ſit articulus univerſalis de omnibus divinis legibus, neque poſſit concipi exiſtentia earum abſque illa.

Dub. XII. Quare non recenſuerit *Liberum arbitrium?* cùm ſit arti- הבחירה culus eximius; nec poſſit apprehendi aliqua exiſtentia legis abſque eo; atque ipſemet Rab illud vocarit articulum in lib. Hammadah tract. Teſchuva. cap. 5.

Dub. XIII. Quare non commemoret Rab in genere articulorum, Deum eſſe efficientem liberum? Cùm hæc fides præcedat fidem de productione miraculorum & prodigiorum, atque ſit magna colum-

ma, à qua historiæ legis atque præcepta ejus, præmium & pœna, ac reliqua capita dependent, istique superstructa sunt: quia si statueremus Deum non operari liberè, (quod absit) non haberet omne hoc locum, neque prophetia prophetarum, nec eminentia prophetiæ Mosis, & legem à Deo esse, neque adventus liberatoris aut vindicis, nec resuscitatio mortuorum: sed cùm sit efficiens liber, credere oportet omnes istos articulos. Hoc autem dubium non moverunt contra eum isti sapientes, sed quidam ex posterioribus.

Dub. XIV. Cur non posuerit in classe articulorum, Deum vivere; vel, esse æternum; aut, esse sapientem; vel, omnipotentem, & quæ præterea sunt attributa, quæ de eo oportet credere. Et quare sit numerus articulorum 13? Num videl. sint pro numero 13 perfectionum Dei ben. aut juxta 13 regulas, quibus exponitur lex? Certè (si hoc ita est) non erit in articulis, quorum meminit Rab, convenientia & similitudo cum istis numeris.

Dub. XV. Quare non recensuerit in genere articulorum finem hominis, & fidem de animæ immortalitate, sicut fecit R. Chasdai, qui finem commemoravit inter capita legalia atque fundamenta legis: Si enim concipiatur unius privatio ex istis, concidet tota lex; atque hoc modo commemoravit immortalitatem animæ inter articulos fidei. Qui autem negat unum eorum, vocabitur hæreticus.

Dub. XVI. Cur non commemoraverit in serie articulorum responsum per *Vrim* ac *Thummim*, quemadmodum fecit Rab Chasdai, qui in classe verorum dogmatum (oportet enim iis credere, & qui negaverit unum ex iis, appellandus est hæreticus) adfert, solere Sacerdotem per Vrim & Thummim responsum accipere.

Dub. XVII. Quare non recensuerit inter articulos *precationem*, & *benedictionem Sacerdotis*, ac *utilitatem resipiscentiæ*, uti & *principium anni*, & *diem expiationum*, atque *quatuor anni discrimina*, prout fecit R. Chasdai, qui adduxit ea in classe fidei articulorum? (oportet enim eos credere, & qui unicum eorum negaverit, dicendus est hæreticus:) quia dependent à præceptis specialibus. En ista 17 dubia collegi ex verbis sapientum, quæ movent adversus articulos Rab.

CAPVT IV.

De tribus dubiis, quæ R. Chasdai movet contra Rab super articulos, quos numeravit in classe præceptorum.

INsuper urget R. Chasdai tria alia dubia contra eum, eò quod constituat articulum primum & secundum præcepta.

Dubium

Dubium primum eſt, cùm inquit circa initium libri ſui: (neque dubium eſt, quin hoc dixerit contra Rab, etiamſi non commemoret nomen) *Craſſè erravit is, qui ſtatuit, Ego Dominus Deus tuus, eſſe præceptum: quia præceptum eſt ex * relatis, nec abſq; Deo præcipiente poteſt concipi; atque ideo, cùm ſtatuitur fides exiſtentiæ Dei eſſe præceptum; jam conſtituetur fides exiſtentiæ Dei ante fidem exiſtentiæ Dei; atq; ſic procederetur in infinitum; ac erit aliquid principium ſui ipſius; quod omne eſt valde vanum atque abſurdum.* *המצטרף

Dub. II. Quare (cùm jam appareat, nomen *Præcepti* atque definitionem ejus non cadere niſi in res, quæ ſunt ab electione & libero arbitrio, ut ſtatuit hic idem ſapiens in tract. 2. cap. 5. libri ſui, quod nim. in fidei articulis & opinionibus non habeat locum electio atque liberum arbitrium: quia fides & opinio nihil aliud ſit, quàm * apprehenſio rei intelligibilis, quæ extra animam eſt, quaſi eſſet in anima; & fieri nequit, ut credens non ſentiat coactionem ſive * neceſſitatem, vel ex parte rationis intellectualis, vel ex effecto ſigni aut miraculi, ad credendum illud, quod credit) evincitur vocabulum *Præcepti* ejuſq; definitionem non cadere in aliquid ex fidei articulis ac opinionibus: atque idcirco errat, cùm exiſtimat exiſtentiam Dei ejuſque unitatem eſſe præceptum affirmativum. גדר *ציור מוסכל *חיוב הכרח

Dub. III. in eo, quod conetur Rab probare, dictum, *Ego ſum Dominus Deus tuus*, eſſe præceptum ex verbis Rabbi Schamlæi, quæ adfert circa finem Gemeræ tract. Maccoth fol. 23. prout extat cap. 1. Et ſcribit R. Chaſdai, nullo jure hoc ipſum ſtatuiſſe; quia cùm *Ego Dominus Dus tuus. Neque ſit tibi Deus*, oportet intelligere totum ſermonem ſubſequentem uſque ad: *Diligentibus & obſervantibus præcepta mea:* quia ſtatim duo iſta præcepta connectuntur per * phraſin primæ perſonæ: cùm dicitur: *Ego Dominus Deus tuus. Coram me. Diligentibus atque obſervantibus præcepta mea.* Et certè reliqua verba occurrunt in phraſibus *tertiæ perſonæ: *Quia non impunitum relinquet Dominus. Quoniam ſex diebus fecit Dominus. Sabbatum egit & quievit.* Atque idcirco ſtatuunt, quod, *Ego ſum Dominus Deus tuus, Neque ſit tibi*, audiverint ex ore Dei: ideo etiam autores, qui enumerant præcepta, conſtituunt: *Non facies tibi ſculptile: Neque incurvabis te iis*, duas admonitiones. Sed ſi numeretur, *Ego*, præceptum, tunc erunt tria præcepta, quæ audiverint ex ore Dei; & ſi ita res habeat, reſultabunt 614 præcepta: Si autem conſtituatur, *Ne ſint tibi dii alii*, admonitio de non mutanda *divinitate, ſicuti ſcribit Rab, tum exſurgent 635. Vnde neceſſariò etiam conſequitur, non intendere Rabbi Schimlæum, מדבר בעדו נסתר האלהות

cùm

cùm ait, quod, *Ego ſum, Neque ſit tibi, audiverint ex ore Dei,* unumquodque ex iis dictis eſſe præceptum ; Sed duo eſſe præcepta in ſententia, *Ne ſit tibi*, nimirum hæc : *Non facies tibi ſimulachrum* , & *Non incurvabis te coram illis:* quia *Ne ſit tibi*, non annumeratur præceptis , ut ſit fides : in ea enim non habet locum electio aut liberum arbitrium. Itaque erit vocula, *Ego*,radix & principium omnium præceptorum,non quod per ſeipſam ſit præceptum.

CAPUT V.

De octo aliis dubiis, quæ ego movi contra verba Rambam.

PRæter ea dubia viſum mihi fuit etiam alia dubia movere, quæ non moverunt recentiores contra magnum Rab, cùm ſcripſit in lib. Hammada, & in comment. Miſchnæ de materia articulorum atque præceptorum eorum;

Dubium I. eſt , quare in lib Hammada in tract. Ieſode hattorah adducat Rab partem fundamentorum, quæ commemoravit in comment. Miſchnæ, ac partem eorum omittat : nam cap. 1. recenſet *Exiſtentiam Dei ejuſque unitatem* atque *remotionem corporeitatis* , quæ ſunt tres primi articuli : cap, autem 7. adfert *exiſtentiam prophetiæ* , & *eminentiam prophetiæ Moſis*, atque *legem è cœlis eſſe*, quæ ſunt tria alia fundamenta : cap. verò 9. atque aliis cap. adducit *æternitatem legis,* En tibi 7 fundamenta, quæ recenſet in lib. Hammada ex illis 13. articulis, quos commemorat in comment. Miſchnæ, & relinquuntur hoc modo ſex articuli reſidui ; quorum non meminit in iſto tractatu libri Hammada ; atque ſunt *Deum ſolum eſſe æternum* ; *eum eſſe colendum* ; & *præſcientia divina* ; *præmium & pœna* ; *adventus Meſſiæ* atque *reſuſcitatio mortuorum* ; quos etiam in Comment. Miſchnæ adducit Rab in genere fundamentorum ; non verò recenſet eos in tract. Ieſode hattorah libri Hammada,quod eſt valdè alienum , cùm fundamenta legis atque articuli ſint unum idemque.

Dub. II. in eo eſt,quod Rab in medio tract. Ieſode hattorah lib. adducat res alias ; ut e. c. de amando Deum , de timore ejus ad ambulandum in viis ejus ; de reverentia Sanctuarii ; atque multa alia ex ſcientia phyſica ac metaphyſica, quæ commemorat ibidem. Alterutro modo ſe expedire debet ; aut dicendum erit, fidem illarum rerum non eſſe è genere fundamentorum legis aut articulorum, atque ideo Rab non retuliſſe ea ad claſſem articulorum in commen. Miſchnæ ; at nihilominus difficultas in eo manebit ; quare adduxerit

tit ea in lib. Hammada, in recensione fundamentorum, cùm non sint commemorata ibi alia præcepta. Vel dicendum est, omnia ista, quæ recensuit Rab in iis tractat. libri Hammadah, esse fundamenta legis; & tum difficultas erit, (si ita se res habet) quare non commemoret ea in classe articulorum in Comment. Mischnæ; atque hoc modo erunt 20 aut 30 articuli legis juxta numerum præceptorum illorum & scientiarum, non 13, uti Rab scripsit.

Dubium III. est, quod nullum ex 13 articulis ac fundamentis legis, quæ recenset, in serie præceptorum numeret, cùm tamen scribat Rab de duobus prioribus, vid. Existentia Dei ac unitate: *Et cognitio hujus rei est præceptum adfirmativum*; sicuti etiam enumerat ea in libro suo Minjan hammitzvot; reliquos autem articulos non refert ad genus præceptorum vel adfirmativorum vel negativorum; atque hoc valdè alienum est; cùm omnes isti sint articuli & fundamenta legis, quæ tenemur credere: Quomodo dicemus, Deum ben. de fide eorum non præcepisse? Et si fides istorum non sit præcepta, erit arbitraria: at hoc evertitur eo, quod diximus, vid. nos obligatos esse ad credendum istos articulos. Neque dicendum nobis est, non numerasse ea præcepta, quia sint fidei dogmata, (cùm nomen *Præcepti* ejusque definitio juxta sententiam Rabbi Chasdai in ea non cadat) siquidem ipse Rab scribit, existentiam & unitatem Dei esse articulos atque precepta. Quod si dicamus, idcirco non enumeratas esse omnes radices præceptorum, eò quod non occurrant in lege versus, qui eas commendant; tum nihilominus de articulo tertio seu remotione corporalitatis integer versus extat, atque est probatio, quam adducit Rab de eversione corporalitatis scil. *Valde custodiatis animas vestras, quia nullam vidistis similitudinem*: atque ex- Deut.4.15.
tat in traditionibus sapientum cel. m. *Observa particulis* פן non, ne *designari præcepta negativa.* Quare autem (si ita se res habet) hunc articulum non posuit Rab præceptum?

Sic etiam articulus, *Deum esse æternum, & nihil præter ipsum esse æternum*, (si comparetur cum alio) comprehenditur sub articulo de *creatione mundi*; quemadmodum planum faciam cùm deventum erit ad expositionem versûs: *Quia sex diebus fecit Deus cœlum & terram*, &c. Hoc etiam modo articulus, quod deceat eum colere, extat in versu: *Et servietis Domino Deo vestro, eumque coletis.* Articulum autem de æternitate legis probat Rab ex versu: *Non addes ad eam, neque diminues ab ea.* Et quænam ratio est, (si ita se res habet) cur istos articulos non numeraverit in classe præceptū juxta versus, qui de iis oc-

currunt, cùm in enumerandis aliis præceptis, non adeo manifeſtis, nitatur verſibus?

Dub. IV. Quare in lib. Hammadah ſcribat Rab de radice prima: *Fundamentum fundamentorum, & columna ſcientiarum?* cùm æquum fuiſſet dicere unum ex fundamentis, non verò, *fundamentum fundamentorum.* Et quid noſtri intererat ſcire, utrum hoc fundamentum ſit columna ſcientiarum aliarum, quæ non ſunt inter filios Iſraelis, nec ne? neque hac phraſi loquitur in Commen. Miſchnæ; neque in lib. ſuo Minjan hammitzuot.

Similiter quoque difficultate premitur, quod ibidem poſt expoſitionem fundamenti dicat, his verbis: *Idcirco non eſt veritas ejus tanquam veritas aliqua eorum.* Non enim opus erat hoc dicere; & verſus, quos adducit Rab, non demonſtrant iſtud, quod intendit:
Ier. 10.10. dicit enim: *Et Dominus Deus veritas:* quomodo negabit veritatem eſſe in omni alio exiſtente? quemadmodum voluit Rab ex eo argu-
Deut. 4.35. mentari; neque etiam verſiculus, *Non amplius præter illum ſolum*, quem ad hoc adduxit Rab, meminit ibi veritatis.

Dub. V. in eo eſt, quod ſcribat Rab peragrapho 3 ejuſdem cap. 1. hæc verba: *Iſtud ens eſt Deus mundi, Dominus univerſæ terræ, qui orbem circumagit,* &c. Sed hæc ſententia, quod nim. ſit cauſa prima movens ſupremum orbem, non propriè evincit, Deum eſſe neceſſariæ exiſtentiæ. Et varia eſt apud ſapientes opinionum conſideratio: atque etiam in verbis Rab in lib. Moreh de hac quæſtione inveniemus verba contradictoria; quemadmodũ aſſignavi in lib. Etheret hekanim quem in juventute mea cõpoſui. Quare autem magnus Rab hanc opinionem incertam conſtituit in expoſitione hujus primi articuli ſeu fundamenti, cùm de ea non ſcripſerit in commen. Miſchnæ nec in lib. Hammitzot? Deinde etiam, quia hæc opinio, quæ probat atque demonſtrat exiſtentiam Dei per medium perpetui motûs orbis, ſuperſtructa eſt æternitati mundi, quod abſit ut de Rab credamus. Et difficultate laborat, ſi ita ſit, tum diſcrepare iſtud, quod ſcripſit in lib. Hammada ab eo, quod in aliis libris conſignavit hac de re, ſive quatenus eo non opus habuerit, ſive quatenus ſejungit iſtud à radicibus legis.

Dubium VI. eſt in eo, quod probat Rab in iſtis conſtitutionibus articulum unitatis Dei ex eo, quod majori difficultati involutum eſt; quia probat iſtum articulum per medium remotionis corporalitatis, atque etiam demonſtrat eum ex motione orbis; quæ eſt illa ipſa demonſtratio, quam adduxerat pro articulo exiſtentiæ Dei. Et difficultas

cultas ampliùs augetur, quare non potius verſiculum *Et non amplius præter illum ſolum* pro unitate, quàm pro exiſtentia Dei adduxerit, neque dubium eſt, quin hic verſus magis faciat ad demonſtrationem unitatis quàm exiſtentiæ. Deut. 4.35.

Hac etiam ratione difficultatem parit, quod ſcribit in lib. Hammada, expoſitione primi fundamenti, his verbis: *Quiſquis ſibi imaginatur eſſe alium Deum præter illum, is violat præceptum negativum*; prout dicitur: *Ne ſit tibi Deus alius:* & certè hoc interdictum revera eſt contra præceptum adfirmativum de unitate; at convenientius fuiſſet, ut adduxiſſet eum Rab poſt recenſionem præcepti de unitate, non verò in expoſitione primi fundamenti de exiſtentia. Si enim eſſet articulus primus præceptũ adfirmativum, ut credamus Deum exiſtere, certè ejus negativum præceptum erit, ne iſtud credatur, nimirum: *Dicit ſtultus in corde ſuo, non eſt Deus*; non quod ſit alius Deus præter Pſal. 14.2. illum ipſum; hoc enim procul dubio eſt negativum de unitate.

Dubium VII. in eo eſt, quod conſtituat Rab fundamentum primum, *Deum eſſe neceſſariæ exiſtentiæ*; ac numeret articulum 2, quod *ſit unus*; & 3 *remotionem corporeitatis*, atque articulum 4, *eum ſolum eſſe æternum:* jam verò manifeſtum eſt ex metaphyſica, ex proprietate neceſſariæ exiſtentiæ ſequi, ut ſit unus, nec corpus neque potentia in corpore, atque ſempiternus; ſine iſtis enim non poterit de eo dici, quod ſit neceſſariæ exiſtentiæ. Vnde neceſſariò colligitur, ſub articulo primo, Deum eſſe neceſſariæ eſſentiæ, contineri tres articulos ſe invicem ſequentes, qui ſunt, *unitas* ejus, *æternitas* atque *remotio corporeitatis*. Et quare numeravit Rab eos articulos ſeparatim? cùm comprehendantur ſub articulo primo, eique neceſſariò ſint annexi; cujus connexionis nec ipſe meminit in reliquis articulis.

Dub. VIII. inde eſt, quod adducat in comment. Miſchnæ inter articulos fidei *reſurrectionem mortuorum*; atque hanc rem deſumpſit ex iſto Miſnæ, ubi dicitur: *Et illi non habebunt partem in futuro ſeculo, qui aſſerunt, reſuſcitationem mortuorũ non eſſe ex lege:* idcirco etiam juxta iſtud Miſnæ non erit tantùm articulus fidei reſuſcitatio mortuorum, ſed etiam quod extet in lege: atque idcirco gnaviter adlaborarunt ſapientes in Gemara, ut elicerent reſurrectionem ex verſibus legis, quemadmodum exponitur ibi in cap. Chelek. Difficultatem autem parit contra Rab, quomodo abſolutè dicat, articulum fidei eſſe reſurrectionem mortuorum, cùm oportuiſſet dicere, articulum eſſe, ut credatur, reſuſcitationẽ mortuorum extare in lege, juxta Miſnæ

 phraſin

phrasin. En ista sunt omnia dubia, quæ in hanc incidunt quæstionem; atque reducuntur omnia ad numerum 28 dubiorum, & signum eorum est: כ"ח *potentiam operum suorum indicat populo suo.* Ad solutionem autem dubiorum commemoratorum atque declarationem verborum Rab visum mihi fuit præmittere propositiones, quæ docebunt nos perfectioni intentionis ejus atque sapientiæ in articulis, quos constituit, insistere.

Psal. 111.6.

CAPVT VI.

De prima propositione, quæ necessaria est in hac quæstione.

PRima propositio est: *Vocabulum* עקר *radicis non tantùm usurpari de eo, quod denotat nomen* השרש והיסוד *radix & fundamentum.* Nam certè vocabulum השרש dicitur de principio plantæ, & initio ejus essentiæ, & quod arboris rami ab ea dependeant atque originem trahant, prout dicitur: *Erit similis arbori plantatæ juxta aquas, & mittenti juxta fluvium radices suas.* Sic dicitur: *Infra radices ejus exaruerunt.* Hoc etiam modo nomen, יסוד, accipitur de fundamento, super quo structura stabilitur, quemadmodum dicitur: *Omnino destruite usque ad fundamentum*, atque dicitur: *Retegentur fundamenta mundi.* Hoc enim dicitur de puncto intermedio, quod est verum *centrum in globo fundamenti terræ; atque idcirco adducitur phrasis נגלו, quia absconditum est in reliquis omnibus terræ partibus; & dicitur: *Fundamenta cœlorum commoventur.* Vbi intentio est de toto globo terræ, & vocavit eum *fundamenta cœli*, quia, ut jam expositum est in physica, in nullo motu circulari fieri potest, ut sit absque centro, super quo circumagatur. Certè, si ita sit, nomen יסוד & שרש *radix* & *fundamentum*, non dicetur nisi de ea re, ex qua stabilitas & firmitas alterius rei dependet, neque habet soliditatem nisi ab ea. Licet autem vocabulum עקר sæpissimè in ea † significatione propriè usurpetur, ut cùm dicitur: *Verùm, עקר, stirpem radicum ejus in terra relinquite*; atque hoc sensu (accipiunt Rabb.) cel.m. *Projice virgam in aerem, cadet in radicem suam.* & ajunt: *Res hæc in lege habet radicem; vel non habet:* nihilominus tamen præter hanc significationem utuntur præterea eo de re magis eximia atque * essentiali in sua specie, etiamsi alterius rei soliditas ac firmitas ab ea non dependeat: reperies in verbis Sapp.l.m. eos multis in locis dicere. *Hoc est* עקר *radix*; ubi non significat radicem alterius rei. Sic ajunt: *Benedicens super* עקר, *non obstringitur ad benedictionem *accessorii ejus*: q. d. primariæ rei, cui intentus, est

Ier. 17.8.
Iob 18.16.
Psal. 137.7.
Psal. 18.16.
מרכז
2 Sam. 22.8.
המשום
Dan. 4.15.
עצמי
הטפלה

est animus ejus, ut faciat ex ea principale convivii. Et in Berachot cap. 6. f. 41. dixerunt de fructibus Genosar: *Piscis salitus est* עקר *radix*; & hoc asserunt, eò quod sit præstantior. Et ibid. fol. 12. *Non extirpabis exitum ex Ægypto è suo loco, nisi subactio regnorum fuerit* עקר, *& exitus Ægypto accessorium.* Simile huic rei est: *Non dicetur nomen tuum amplius Iacob: non quod exstirpandum sit nomen Iahacob é suo loco; sed nomen Israel sit* עקר *h. e. principale, & Iacob accessorium.* Gen. 32. 28.

En vides tuis oculis, vocabulum עקר sæpissimè usurpari de re præstantiori, etiamsi non sit radix alterius rei. Et juxta hanc significationem dicitur: *Non scientia* עקר *h. e. præcipuum est, sed opus.* Et mirum *Avoth* est de sapiente R. Ioseph Albo, quomodo cap. 3. tract. 1. scribat; *Vocabulum* עקר *usurpatur de re, quæ stabilit aliam rem, & à qua ejus firmitas dependet, neque habet stabilitatem nisi ab ea:* atque controversiam quæsivit, ut difficultatem ac dubium moveret adversus eximium Rab, cùm ait: quod in articulos, quos recensuit Rab in comment. Mischnæ, non quadret nomen עקר ejusque definitio. Et hoc ipsum est, quod in tract. 3. libri ejus difficultatem peperit; cur vid. constituat, legem esse è cœlis radicem, & prophetiam ramum; cùm potius sit contrarium, h. e. prophetia radix, & lex cœlestis ramus; sed responsio ejus est, legem cœlestem non esse radicem, atque providentiam ramum; cùm existentia prophetiæ ac confirmatio ejus dependeat ex lege, ac providentia ex retributione & pœna; neque vocantur articuli propter istam considerationem, nisi quod lex sit finis prophetiæ, & præmium ac pœna finis providentiæ; atque propter excellentiam istius fidei constituit ea articulos. Sanè, si ita se res habet, quomodo difficultatem movet hic sapiens contra magnũ Rab, cùm scribit, עקר non dici nisi de materia aut forma? Siquidem apud seipsum formans objectionem, dicat, עקר usurpari de fine rei. *Et veritas manifesta est, vocabulum* עקר *dici de istis tribus, vid. de materia rei, forma atque fine ejus, eò quod sit pars magis perfecta, quam habet.* Atque hinc facilè intelliges verba magni istius Rab, quæ scribit in comment. Misnæ initio articulorum, his verbis: *Convenit exponere 13 esse articulos & fundamenta legis nostræ, &c.* ubi sensus Rab est, quosdam ex istis 13 articulis, quos recensuerat, esse fundamenta & radices essentiales, uti sunt: Existenta Dei; Lex cœlestis: Scientia divina: Præmium & pœna: alios verò, licet sint in classe fundamentorum, nihilominus tamen esse radices h. e. eximia fidei dogmata, * essentialia & radicalia; & sunt reliqua omnia, quæ commemorat. Et denique post istam explicationem proponit, quænam

Cap. 12.

* עקריות, עצמיות

quænam ex iis ſint עקרים, neque magnoperè laboravit de notatione vocabuli יסוד aut עקר : locus enim ille in comment. Miſnæ non erat appoſitus ad perſcrutandum, quodnam ex iis eſſet radix aut fundamentum; quia ibi ſcopus fuit, animos diſcipulorũ radicare in veris fidei articulis, non in alia re : atque contentus fuit initio verborum ſuorum conſtituere ac declarare, quinam eorum eſſent articuli, & quænam fundamenta, ut tolleret hoc pacto contentiones filiorum Iſrael.

Præterea videbis, iſtos articulos & fundamenta, quæ recenſet Rab, non tantùm eſſe articulos & fundamenta legis; ſed intendit iis
יהדות Rab, quod ſint articuli *Iudaiſmi; ut qui credat iis, ſit in communione Iſraelis, ſiquidem de iis ait Miſchna : *Omnis Iſraelita habet partem in futuro ſeculo*, ac ſi ipſe dixiſſet : Iſti articuli ſunt fundamenta, quibus ſuperſtructa & impoſita eſt hæreditas fut. ſecu. ſpiritualis, uniuſcujuſq;, qui vocatur nomine Iſraelis : & credimus illud, quod, etiamſi quis commiſerit multa peccata, & propter rebellionem ſuam ſit pœnam accepturus, nihilominus habiturus ſit partem in fut. ſec. atque extra hanc fidem & articulos nullus homo poterit hereditare fut. ſec. Vide verba Rab, quæ ſcribit ſub finem articulorum his verbis : *Et poſtquam homo ex animo crediderit omnibus iſtis articulis, tum aggregatus eſt Eccleſiæ Iſraelis; & oportet iſtum amore proſequi, ac miſericordiâ erga illum uti, atque cum eo agere omne iſtud, quod unicuique Deus præcepit præſtare proximo ſuo amicè atque fraternè. Ac licet quis perpetraverit omnia peccata mundi per concupiſcentiam, appetitum & naturæ ſuæ prævalentis defectus, manebit eum pœna juxta peccatum ſuum, nihilominus tamen habebit partem in futuro ſeculo. Atque eſt ex prævaricatoribus Iſraelis, qui non credit cuilibet iſtorum articulorum, prout æquum eſt, & jam excluſus eſt communione Iſraelis, atque negat radicem, & vocatur hæreticus aut epicureus atque exciſor plantarum; ac tenetur homo ejuſmodi odio proſequi, ac abominari atque perdere iſtum. Et juxta*
Pſal. 139. 21. *hoc dicitur : Nonne oſores tuos odi Domine?* Hactenus verba ejus. En aperit hìc Rab, ſe non conſtituiſſe fundamenta & radices iſtas, ac ſi lex caſura ſit uno illorum everſo; ſed intentionem ejus eſſe exponere iſtud Miſchnæ, cùm ait. *Omnes Iſraelitæ habebunt partem in futuro ſeculo* : atque dare ſignum ac definitionem, unde intelligeremus & cognoſceremus, quiſnam ſit vel non ſit appellandus nomine Iſraelis,
Hab. 2. 4. ac *juſtificatus cum fide ſua vivet*; & eò reſpexit Miſna, atque ait Rab, quod, cùm quis credit 13 iſtos articulos, quos recenſuerat, vocandus ſit Iſraelita, ac futurus filius futuri ſeculi, & licet aliquid aliud è tota lege non intelligat, tamen ſufficere ipſi, ut fide apprehendat ſpiritualem perfectionem iſtorum articulorum. Idcirco etiam quilibet Iſraelita

elita

elita ac proselitus inter illũ, qui venit ut recipiatur sub alis divinitatis, ubi dixerit: *Doce me legem, ut fiam filius futuri seculi*, tantùm opus habet ut addiscat 13 istos articulos, & propter istos merces ejus cum ipso erit, atque extra illos non appellandus est nomine Israelis, neque commerebitur vitam futuri seculi. Cur autem Rab non selegerit alios articulos præter istos, postea explicabitur.

CAPVT VII.

De expositione secundæ propositionis, quæ necessaria est in hac quæstione.

Propositio 2 est in declaratione primi fundamenti juxta opinionem Rab. Articulum autem primum, quem statuit magnus Rab, docuit ex versu: *Ego Dominus Deus tuus.* Atque hoc est præceptum primum, prout scripsit in lib. suo Minjan hammitzvot, de fide divinitatis. Hoc etiam modo adducunt eum sapientes, qui illum consecuti sunt. Sed quomodo convenit, ut intelligatur hic esse articulus? cùm magna de eo incidat controversia inter sapp. Nam sanè autor libri Mitzvot agadol scribit hujusmodi verbis: *Præceptum adfirmativum est, credere illum, qui dedit nobis legem in monte Sinai per manus Mosis m.n. super quem pax, esse, qui eduxit nos ex Ægypto; atque hoc est, cùm dicit: Ego Dominus Deus tuus, qui eduxit te.* Hactenus verba ejus. En statuit hoc præceptum virtute sua continere fundamentum octavum, quod affirmat, Legem esse à Deo.

Autor verò libri Amode goleh scribit in hunc sensum: *Præceptum primum est, cognoscere, quod ille, qui creâvit cœlum ac terram, solus sit dominator superiùs, inferiùs, atque in quatuor mundi plagas, prout dicitur:* Ego Dominus Deus tuus. *Ac scriptum est:* Et cognosces hodie, &c. *etiam in aere, ad refutandum philosophos, qui asserunt, mundum gubernari per seipsum cum astris suis: Sed Deus ben. totum regit mundum spiritu oris sui, & ipse eduxit nos ex Ægypto, neque homo intornavit digito suo hoc inferius; & hoc pacto contra illud proclamant è cœlo, Q. D. A Domino gressus viri statuuntur, &c.* Hactenus verba ejus. Sanè, si ita se res habet, ex ejus sententia, virtus hujus articuli erit, ut credamus providentiam Dei, qui est articulus 10, quemadmodum exponam.

Rabbi autem Abraham filius Hezræ explicavit: *Ego Dominus Deus tuus:* ut cognoscat & diligat illum ex toto corde, neque timor ejus recedat ab eo: atque hic est modus alter. Erit autem virtus hujus articuli fides articuli 5, quod deceat eum colere & celebrare.

R. verò

R. verò Moses fil. Nachman in expositione legis, & in libro Animadversionum suarum contra Rambam hunc in modum explicavit, *Ego sum Dominus Deus tuus*, ut complectatur omnes istas opiniones, quas recensui; aitque hujusmodi verbis: *Præcepit eis, ut cognoscant ac intelligant Deum esse, eumque esse æternum, à cujus voluntate ac omnipotentia sit hoc universum, atque ipsum esse Deum illorum, ad quem colendum sint obligati; ait enim:* Qui eduxi te ex Ægypto; *quia educendo eos inde, significavit voluntatem ac existentiam cum omniscientia atque providentia sua; atque etiam denotavit ortum mundi; (qui si esset æternus, nihil mutaretur in ejus natura) inde etiam colligitur potentia, & potentia declarat unitatem, &c.* Certè conjungit in hoc discursu multitudinem fidei articulorum, etiamsi de iis non doceat versus. Et huic affine scripsit Rabbi Levi ben Gerson.

Ac R. fil. Chasdai scribit initio libri sui, sensum, *Dominus Deus tuus*, esse; *quod ille Deus, qui hoc modo vocatur, sit Dominus & Dux, qui eduxit nos ex terra Ægypti.* Sanè non alium hic constituit articulum quàm de fide providentiæ.

R. autem Nesim, & autor lib. Ikarim, qui consecuti sunt istos, quos recensui, etiamsi nihil dicant de nomine autorum, atque sententias eorum sibiipsis applicent, tamen R. Nesim exposuit illud sicut R. Moses de Kotzi; qui præcipit credere, legem à Deo esse. Autor verò lib. Ikarim explicavit istud de fide providentiæ, juxta sententiam autoris Amodegole & R. Chasdai.

Iam vidisti oculis tuis variationem opinionum istarum, & quomodo unusquisque eorum ad suam respiciat rationem in exponendo versum atque scopum præcepti.

Sic quoque de intentione magni Rambam in hoc articulo variant opiniones: Nam R. Chasdai initio libri sui scribit his verbis: *Manifestò erravit, cùm numerat præceptum adfirmativum, credere existentiam Dei ben. &c.* Neque dubium est, quin hoc dixerit contra magnum Rab; atque indicat, se hoc intelligere de verbis Rab in lib. Hammadah, quod præceptum primum sit fides existentiæ Dei: q.d. ipsum tantùm existere, cujus oppositum est, ipsum privationi obnoxium esse.

Et fortassis idem etiam sibi persuasit de isto, quod scripsit Rab cap. 33. par. 2 lib. Moreh. in materia de statione in monte Sinai, ad verba illa: *Ego sum Dominus Deus tuus*, & *Non habebitis deos alienos, audiverunt ex ore Dei omnipotentis*, ait hujusmodi verbis: *Quia duo ista religionis capita videl. Existentia Dei & ejus unitas intellectu humano apprehendi queunt, &c.* Existimat autem R. Ribbi Chasdai, magnum Rab in lib. suo Minjan hammitzot eodem modo illud præceptum intelligere; atque idcirco scribit

ſcripſit his verbis: *Atque de hoc reſpondit Rambam, l. m. in libro ſuo Mitzoth; ubi primum præceptum numerat, ut credamus in deitatem, h. e. ut credamus, eſſe ibi cauſam ſupremam Deum, qui operetur in omnibus exiſtentibus, atque hoc dicit: Ego ſum Dominus Deus tuus.* Certè explicat ibi, deitatem eſſe cauſam efficientem omnium exiſtentium; & juxta hoc erit, *Qui eduxi te ex Ægypto*, tanquam ſimile probationis de hac fide: atque ut idcirco innitamur potentiæ Dei; etenim omnia exiſtentia ſunt ad ejus comparationem tanquam gleba in manu figuli. Sanè, ſi ita eſt, exiſtimavit hic ſapiens verba Rab non conſentire in duobus illis locis, ſcil. in lib. Hammada, & in lib. Minjan hammitzvoth, ac ſi in lib. Hammada exiſtimaſſet præceptum primum eſſe, Deum ſolùm exiſtere; at in libro Minjan hammitzot, præceptum primum eſſe, credere, Deum eſſe cauſam efficientem mundi ejuſque creatorem. Sed bono & æquo adhibito examine, non videtur ita eſſe; nec enim cogitavit ſcribere in libro Hammada præceptum primum eſſe, credere, Deum exiſtere: neque ſimiliter judicavit in libro Minjan hammitzot præceptum primum eſſe, quod Deus fecerit mundum, eumque creaverit: Sed intentio magni Rab in omnibus verbis ac libris eſt; primum articulum ac præceptum eſſe, ut credamus, Deum Ben. exiſtere exiſtentiâ præſtantiori ac perfectiori, quam ulla eſt in omnibus exiſtentibus; quia non eſt *contingens ex ſeipſa, ſicuti eſt reliquorum *אפשר
exiſtentium, ſed * neceſſaria ex ſeipſa. Et jam expoſitum eſt in Me- *מחוייב
taphyſica neceſſarium ita comparatum eſſe, ut, ſi imagineris hoc non exiſtere, tunc reliqua omnia entia non ſint habitura exiſtentiam, & ſi concipias nulla entia præter illud ſolum exiſtere, tum illud ſolum exiſtet; neque ceſſabit exiſtentia ejus, (quod abſit;) quia illud ad exiſtentiam ſuam non opus habet alio præter ſeipſum: quicquid autem præter ipſum eſt, neceſſariò in exiſtentia ſua dependet ab eo: quod enim neceſſariam habet exiſtentiam ex parte naturæ ſuæ, iſtud etiam exiſtentiam aut ſubſiſtentiam largitur omnibus entibus, & nihil omnino ab iis accipit.

Et jam expoſuit Rab, hanc fuiſſe ejus intentionem, cùm ſcriberet in Comment. Miſchnæ tract. primi articuli, his verbis: *Fundamentum primum eſt, Exiſtentia creatoris excelſi, & quod ibi exiſtat perfectus omni genere perfectionis, & ſit cauſa exiſtentiæ omnium entium, atque ab eo perpetuitas eorum ſit. Qui autem ſibi imaginatur illum non exiſtere, is evertet exiſtentiam omnium entium: & ſi concipiat quis, nulla entia præter illum ſolum exiſtere, tum ille ſolus exiſtet, neque ceſſabit exiſtentia ejus, (quod abſit;) quia Deus non opus habet ad ſuam exiſtentiam alio præter ſe, ſed quicquid*

 præter

præter ipsum est, necessariò in existentiâ sua dependet ab eo. Atque hoc fundamentum discimus, cùm *dicitur: Ego sum Dominus Deus tuus.* Hactenus verba ejus. Ecce non dicit Rab, articulum primum esse Deum existere tantùm; sed ut credamus, non posse perfectiorem dari existentiam ejus existentiâ: cùm necessaria existentia non sit contingens.

Atque hoc ipsum intendit Rab in libro Hammada, cùm inquit his verbis: *Fundamentum fundamentorum, & columna sapientiæ est, ut cognoscamus, esse ibi primum ens, & quod illud fecerit existere omne ens: & omnia in cœlo & terra existentia, & quicquid intra illa est, non existit nisi ex veritate ejus existentiæ.* Hactenus sermo ejus. Hîc vides, quod non dicat, ut solùm cognoscatur, Deum existere; sed ait, Deum esse primum ens, ac perfectum in omni modo & gradu existentiæ: & cùm ait, ipsum existentiam tribuisse omni existenti, &c. docet de stabilitate ejus existentiæ, atque propterea ait: *Si concipias, illum non existere, nihil poterit existere. Et si imagineris nulla entia præter illum solum existere, ipse solus existet, neque ipse cessabit propter illorum eversionem; quia omnia entia necessariò ab eo dependent; ipse autem Deus non habet necessitatem ab iis, &c.* quia hoc signum est necessariæ existentiæ.

Huic etiam simile scripsit in libro suo Minjan hammitzot, his verbis: *Præceptum primum, quod nobis datum est de fide in deitatem, est, ut credamus ipsum esse supremam causam efficientem omnium entium; atque hoc ipse Deus ait: Ego sum Dominus Deus tuus.* In hoc autem dicto intendit illud idem, quod ipsemet in aliis locis, quos recensui, asseruerat, vid. fidem divinitatis esse, ut credamus, existentiam ejus esse summè perfectam & necessariam, non autem contingentem. Indicatur verò necessitas existentiæ eô, quod sit forma mundi, efficiens atque finis; quemadmodum ipse Rab scripsit in lib. Moreh. Et in Metaphysica exponuntur 12 requisita, pertinentia ad necessitatem existentiæ, neque

Par. 1. c. 69.

potest unum ex iis negari, inter ea quoque est, eum non dependere ab alio. Atque propter hanc ‡ dependentiam, quæ est de natura necessariæ existentiæ, ait Rab in isto lib. Minjan hammitzot, Deum exc. esse supremam causam efficientem omnium entium. Sed hæc dependentia, (quam habent entia à Deo, quatenus est illorum causa efficiens,) aut perpetua est, non cessavit vel cessabit juxta sententiam Philosophi; vel facta in aliquo tempore post * privationem absolutam; sicuti nobis implantavit lex divina: Sanè nihil Rab locutus est de ea in fundamento atque præcepto primo. Quomodo enim esset articulus primus de creatione mundi, & secundus de unitate Dei, ac 3 de remotione corporeitatis, atque 4 de æternitate ejus? cùm notum

‡ התמכות

* האפס המוחלט

notum ſit, unitatem Dei & remotionem corporeitatis atque æternitatem eſſe res, quæ dicuntur de †eſſentia Dei: & convenit ſcientiam iſtorum præponere ſcientiæ operum ejus, inter quæ etiam eſt creatio mundi. Et ſi numeravit inter articulos legis, unitatem ejus, & remotionem corporeitatis, quæ ſunt attributa primæ cauſæ, atque res ei *eſſentiales, quomodo perſuadebis tibi, Rab non conſtituere articulum de exiſtentia Dei perfecta & neceſſaria? cùm ſit articulus, ex quo omnes dependent. Sed hic error eſt manifeſtus, quia fundamentum atque præceptum primum eſt fides deitatis, h.e. quod Deus ſit ens perfectum conſummatæ perfectionis & neceſſariæ exiſtentiæ à ſeipſo.

† עצמות

* עצמיים

Huc etiam reſpexit in libro Moreh cap. 33. par. 2. commemoratâ, cùm ait: *Ego ſum Dominus Deus tuus*; Item *Non habebis deos alienos*, duo eſſe fundamenta vid. Exiſtentiam Dei, ejuſque Vnitatem. Neque eſt ejus intentio, cùm vocat exiſtentiam Dei, quaſi ipſe ſolus exiſteret, ſed ut credamus, exiſtentiam ejus eſſe neceſſariam & non contingentem; & non poſſe dari perfectiorem exiſtentiam. Eſt autem hoc fundamentum (ſicuti de eo ait in libro Hammada.) *Fundamentum fundamentorum & columna ſcientiarum*; ad indicandum, hoc fundamentum de neceſſaria exiſtentia non eſſe in æquali gradu cum reliquis fundamentis, ſed eſſe fundamentum & radicem omnium iſtorum: quia iſta huic innituntur, hoc autem non fulcitur iis; atque hoc vocavit *Fundamentum fundamentorum*, quemadmodum etiam poſtea explicabo.

En expoſita hîc eſt omnis veritas primi fundamenti atque præcepti, quod eſt, ut credamus Deum eſſe exiſtens perfectum ſummæ perfectionis & neceſſariæ exiſtentiæ. Atque hæc eſt propoſitio ſecunda.

CAPUT VIII.

De expoſitione tertiæ propoſitionis, quæ neceſſaria eſt in hoc inſtituto.

PRopoſ. 3. Quemadmodum ſub articulo primo complexi ſunt duas ſententias: Prima eſt, non poſſe perfectiorem eſſe exiſtentiam quàm Dei; & ſecunda duas alias doctrinas continet, una eſt, quod ſocium vel ſecundum non habeat in deitate; altera verò eſt, in Deo nullam omnino eſſe rerum compoſitionem & multitudinem: Sic etiam ſub fundamento tertio de remotione corporeitatis, comprehenderunt duo dogmata: primum eſt, quod non ſit corpus, vel ex compoſi-

positis,vel simplicibus. Secundum est, quod non sit potentia in corpore, non respectu formarum ‡ accidentalium vel naturalium.

המקריות

Eodem quoque modo in fundamento 4 occurrunt duæ sententiæ: Prima est,Deum esse æternum h.e.non habere initium. Secunda, quicquid præter illum est, non esse æternum, si cum alio comparetur, h.e. omnia, præter illum, esse facta & creata, neque quicquam ex iis posse dici æternum. Ex hoc autem manifestum est, sententiam Aristotelis de æternitate mundi atque Platonis opinionem non esse veram, atque hoc fundamentum evertere illas; quemadmodum nobis implantavit Deus, quod ipse solus sit æternus, & nihil præter illum esse æternum, sed creatum, quemadmodum postea exponam.

Similiter quoque sub fundamento 5 continentur duo fidei dogmata. I. est, quod oporteat Deum colere & celebrare voce laudationis; quia in eo deprehenditur potentia infinita, & ipse liberè ac voluntariè operatur; idcirco etiam ad eum dirigendum esse cultum & celebrationem, non autem ad orbes vel stellas, aut superioris regionis principes; cùm potentia eorum sit finita, limitata ac determinata, neque habeant dominium, & voluntatem aut libertatem; ideo etiam nihil proderit eorum invocatio,cùm non queant malum immittere,aut bonum largiri. Et licet sapientum opinio sit, intelligentias separatas à materia voluntariè ac liberè operari; uti etiam corpora cœlestia esse viva intelligentia, quæ ex amore moveant,tamen non est dubium, illis non inesse liberum arbitrium ad operandum extra id quod agunt; quia opera eorum sunt ordinaria, nec possunt extra illa operari. Secundum, quod non æquum sit mediatores constituere inter Deum ac homines: quia Deus est verus dux in populo nostro, *Iacob hæreditas ejus*; idcirco etiam ex hoc fundamento promanat interdictio omnis idololatriæ.

Psal.78.71.

Sic quoque in fundamento 6, de prophetia, occurrunt duæ doctrinæ juxta expositionem Rab in lib. Moreh. Vna est, necessitas dispositionis naturalis & intellectualis ad inveniendum prophetiam. Secunda, quod eam non impediat Dei voluntas; & propterea ait Rab in explicatione hujus fundamenti his verbis: *Et postea conjungitur intellectus humanus intellectui agenti, unde promanat ad eos excellens influxus, qui non esset, si impediret eum Dei voluntas.*

Ita quoque sub fundamento 7 de prophetia Mosis mag. n. (super quem pax) comprehenduntur duæ doctrinæ. Prima est, quod perfectus sit in gradu temperamenti sui, & perfectio intellectûs ejus superet omne genus humanum. Altera est, quod in gradu prophetiæ excellat

excellat ſuper omnes prophetas, adeo ut de eo ſcribat Rab in lib. Moreh: Dicendum eſt, nomen prophetiæ de Moſe & reliquis anologicè vel ambiguè prædicari: Vnde etiam promanant quatuor diſcrimina, quæ commemoravit Rab, inter prophetiam ejus ac reliquorum prophetarum. Non autem viſum mihi eſt particulatim ea declarare; cùm fuſius de hoc ſermone egerim in lib. meo Machaſeh ſchadai. Par. 2. 36.

Simili quoque modo in fundamento 8, quod eſt, legem eſſe à Deo, extant duæ ſententiæ. Vna eſt, totam legem ſcriptam, quæ hodie in manibus noſtris verſatur, eſſe legem traditam Moſi ab Omnipotente, h. e. quod contineat omne ex ore Dei profectum cum apprehenſione vocatâ מאמר i. e. *pronunciatio*. Altera fides eſt, expoſitionem legis traditæ ſeu Thalmud etiam eſſe ex ore Dei, & Moſen eam accepiſſe in monte Sinai, atque docuiſſe eam filios Iſraelis ore vel vivâ voce; idcirco etiam vocatur, *lex ore tradita*.

Sic etiam ſub articulo 9, de æternitate legis, continentur duo alia dogmata. Primum eſt, quod hæc lex nunquam ſit exterminanda aut mutanda in gente noſtra h. e. quod non mutabunt eam filii Iſrael ex ſeſe. Secundum, quod non veniet alia lex à Deo, vel quoad totam, vel quoad additionem aut diminutionem partis ex ea.

Eadem quoque ratione ſub articulo 10, de ſcientia divina, comprehenduntur duæ doctrinæ. Prima eſt, Deum ben. cognoſcere omnia opera hominum h.e. ſpeciales eorum actiones. Secundam autem exponit Rab, cùm ait: *Quod non ſit negligens in iis*: q.d. Deum non avertere oculos ab iis rebus; ſed providentiâ ſuâ iis intentum eſſe. Et ſanè probatio hæc, quam adducit, comprehendit has duas ſcientias; ut cùm dicitur: *Magnus conſilio, & multus opere; quia oculi tui aperti ſunt ſuper vias hominum*; exponit negocium divinæ ſcientiæ; atque præterea ait: *Retribuit unicuique juxta viam ſuam, & ſecundum fructus operum ſuorum*: loquitur de negotio providentiæ atque judicii. Sic etiam reliqui verſus, quos Rab in explicatione hujus fundamenti adduxit, docent ſimul de duabus iſtis rebus videl. ſcientia & providentia. Ier. 32. Ier. 17. 10.

Eodem quoque modo in fundamento 2 occurrunt duæ doctrinæ. Vna eſt, quod Deus ben. ſit retributurus bonam mercedem obſervantibus præcepta ejus, & pœnam inflicturus eadem tranſgredientibus. Secunda eſt, maximam retributionem eſſe vitam futuri ſeculi, & maximam pœnam exterminium animæ: atque cognitio hujus fundamenti eſt, quod *omnes viæ Domini ſint juſtitia, neque iniquè agit ipſe juſtus ac rectus*. Quid autem ſit futurum ſeculum atque exciſio animarum, ex- Deut. 32. 4.

 ponitur

ponitur in tractatu Tzedek holamim, quem de iis composui.

Simili etiam ratione in fundamento 10 continentur duo documenta: Primum est; quod oporteat credere regnaturum Messiam; prout testati sunt de eo prophetæ: *Veniens sine dubio veniet, & si tardaverit, exspecta illum.* Secundum, quod, cùm jam venerit, non regnaturus sit in Israel nisi rex è domo Davidis, & tantùm è semine Salomonis. Quisquis autem controversiam movet de præstantissimo hoc regno istius familiæ, is negat Deum & verba prophetarum ejus: quia hoc omnes prophetæ de eo prædixerunt; uti cùm dicitur: Et *servus meus David principatum obtinebit in eos semper.*

Habac. 2. 3.

Ezech. 37. 25.

Sic quoque in ultimo fundamento seu 13 de resurrectione mortuorum (etiamsi Rab de eo nihil exponat in comment. Mischnæ, tamen innitebatur isti, quod scripserat in exordio Mischnæ & in capitis Chelek præfatione; uti etiam in epistola de resurrectione: atque de hoc ait his verbis: *Et jam exposuimus materiæ mysterium:* uti nim. scripserat in ista epistola) occurrunt multæ doctrinæ, sed duas ex iis commemorabo. Prima est, quòd mortui victuri sint corpore & animâ. Secunda, quod resurrectio mortuorum sit futura tantùm de justis, & conservabuntur cum sensibus suis, ac vivent atque morientur, sicuti nos hodie.

Ecce exposui intentionem Rab de istis fundamentis; neque habes in iis fundamentum aut articulum, in quo non occurrant ad minimum duæ doctrinæ, & in quibusdam sunt plures duabus; sed procul dubio non sunt pauciores in quolibet articulo quàm duæ. Atque hæc est propositio 3.

CAPUT IX.

De explicatione quartæ propositionis, necessariâ ad hoc institutum.

THesis IV. *Nullum esse dubium, quin, si fundamenta atque articuli isti expendantur juxta naturam veræ investigationis atque rectæ rationis, deprehendatur, partem horum revera contineri sub parte illorum.* Sub fundamento enim primo, Deum esse necessariæ existentiæ, comprehenduntur reliqui articuli, vid. ipsum esse unum, æternum, non esse corpus; quia omnia ista propria sunt necessariæ existentiæ, quemadmodum exponitur in Metaphysica. Sic etiam remotio corporeitatis continetur sub articulo unitatis, prout explicavit Rab in 1 lib. Hammada.

Ita

Ita quoque invenies ſub fundamento, legem eſſe à Deo, contineri reliquos articulos; uti ſunt: Exiſtentia prophetiæ, quæ eſt radix legis: atque Eminentia prophetiæ Moſis, datæ per manus ejus: atque etiam Æternitas legis, poſtquam lata fuit è cœlo in tanto conventu, & per manus principis prophetarum.

Sic quoque animadvertes ſub fundamento Præmii & pœnæ comprehendi cæteros articulos, nimirum, Scientiam ac Providentiam divinam; Adventum Meſſiæ atque Reſurrectionem mortuorum: quæ omnia ſunt ſpecies retributionis cultorum, ac pœnæ peccatorum animis (infligendæ). Et licet magno Rab viſum fuerit omnes iſtos articulos & unumquemque ſeparatim recenſere, tamen, quia conſtituit iſtos articulos non tantùm pro ſapientibus atque ſcientiæ peritis, ſed etiam pro quolibet populi ſtatu, à puero uſque ad ſenem, tantò magis hoc opus fuit in Comment. Miſchnæ; idcirco etiam in ſpecie enumeravit omnem præſtantiorem fidem, ac ſeparatim conſtituit articulum; quia ipſi propoſitum erat perfectos reddere viros ac fæminas, qui non perfecti fiunt perſcrutatione ſcientiarum. Deinde, quia etiam animadvertit ſapientiam in numero horum articulorum, quemadmodum commemorabo. Atque hæc eſt propoſitio 4.

CAPVT X.

De explicatione quintæ propoſitionis, neceſſariâ ad hoc inſtitutum.

THeſis V. *Eximium Rab in numerum fundamentorum ac fidei articulorum, quos recenſet, non caſu quodam aut fortuitò incidiſſe, neque ut inſtitueret conſenſum ejus cum numero vel* 13 *attributorum Dei, vel cum regulis, quibus exponitur lex; ſed attendiſſe in numero eorum ad unam ex tribus ſapientiis atque eximiis conſiderationibus; vel tres ſimul.*

Sapientia prima, quam intendit elicere ex iſtis radicibus, eſt; verum Dei ſervum non repudiatum iri, ſi conſtituerit finem cultûs ſui in conſideratione excellentiæ divini præcepti ejuſque perfectionis; & juxta hanc intentionem adducit 5 priores articulos, videl. non poſſe perfectius dari ens Deo; cùm ſit neceſſariæ exiſtentiæ ex ſeipſo, & propter exiſtentiæ ejus perfectionem æquum eſſe, ut colatur. Secundus eſt; quod ſit unus: juxta hoc autem ſimili quoque ratione convenire, ut ametur, eique adhæreatur; cùm non ſit alius Deus præter illum: ſic etiam Dominus noſter Moſes, poſtquam indicaſſet

unitatem

unitatem in verſu: *Audi Iſrael Dominus Deus noſter Deus unus eſt*, ſtatim ait: *Et diliges Dominum Deum tuum*, q.d. cùm Deus ſit unus, æquum eſt, ut ſummâ perfectione ei deferatur amor atque adhæſio ex toto corde & tota anima. Articulus tertius de remotione corporeitatis idem quoque de ejus perfectione indicat: quoniam res ſpirituales ſunt ſublimiores & perfectiores corporalibus. Et articulus 4, quod ſit æternus, & omne præter illum factum, hic etiam de præſtantia exiſtentiæ ejus docet: quia antequam formaſſet ullam creaturam, Deus ſolus erat, ejuſque nomen unicum: & quod ille creaverit mundum, atque exiſtentiam atque bonitatem illam conceſſerit omnibus creaturis. Articulus 5, quod ipſum ſolum oporteat colere, docet de tribus fidei dogmatibus, quæ ſunt, potentia ejus infinita, quam habet; &quod liberè ac voluntariè operetur; ac quod gubernet gentem noſtram abſque mediatore. En, iſti ſunt 5 articuli de conſideratione ſummæ Dei perfectionis. Secunda conſideratio eſt, ex parte præcepti h.e. ipſius legis; & juxta hanc adducit 4 alios articulos, qui ſunt: Exiſtentia prophetiæ in omnibus omnino prophetis; atque exiſtentia ejus in ſupremo gradu in Domino noſtro Moſe. Quod omne docet de præſtantia legis traditæ per ejus manus; & quod tota lex, quæ hodie in manibus noſtris verſatur, atque expoſitio ejus accepta, ſit à Deo data: ac ne cogitaremus, datam eſſe ad tempus determinatum, quod mutationi obnoxium foret, hinc adduxit æternitatem legis, nihil de ea mutatum aut variatum iri. Ecce iſti ſunt articuli ex conſideratione ipſius legis. Tertia autem conſideratio eſt de retributione, atque de ſpe præmii & metu pœnæ: multi enim homines obſervant legem propter nudam mercedis acceptionem, etiamſi non ſit nomine (legis). Et juxta hanc conſiderationem adduxit articulos de Scientia ac Providentia divina, atque de Præmio & Pœna. Hæc enim docent de judicio Dei; quod vid. benefacturus ſit bonis & rectis corde, & impios è terra exciſurus. Et quia hic locus eſt dubitandi de malis, quæ obveniunt juſtis, & bonis ac proſperitatibus impiorum, ideo ad ſolvendum hoc adduxit articulum 12 de adventu Meſſiæ, & 13 de reſurrectione mortuorum; quod præmium verum ſit futurum ſervis ejus, filiis Iacobi electi ejus, & pœna vehemens
Dan. 12. pro gentibus mundi; *Illis ad vitam æternam, his ad æternam ignominiam & probra.* Atque ex hoc etiam manifeſtum eſt, duos poſtremos articulos, de adventu Meſſiæ & reſurrectione, eſſe ſpecies ac ramos ex articulo 2: ſunt enim partes retributionis ac pœnæ univerſalis. Non ſunt autem enumerati ſpeciatim inter articulos, niſi ad ſolvendum dubia,

bia, quemadmodum dixi, & postea etiam amplius expositurus sum. En explicavi tibi numerum 13 articulorum, & primam sapientiam, quam in numero eorum Rab intendit.

Doctrina secunda, quam intendit Rab in numero istorum articulorum, est, quod tres priores articulos philosophus cum omnibus suis partibus ac radicibus confiteatur. Sunt autem, articulus primus de existentiæ Dei perfectione ac necessitate: & artic. 2. de unitate, h.e. quod non habeat socium neque secundum in divinitate; nec ei insit compositio aut multiplicatio rerum: atque artic. 3. quod non sit corpus, nec potentia in corpore. Certè tres istos articulos agnoscit philosophus cum qualibet eorum parte; quia sunt prædicamenta, quæ apprehunduntur per demonstrationem intellectualem: Sed 3 hos posteriores sequentes articulos partim confitetur, & ex parte negat. Nam sanè cùm dicimus in fundamento 4, Deum esse æternum, neque habere initium, fatetur illud Philosophus; sed cùm asserimus, nihil præter ipsum esse æternum, sed creatum; tum negat illud. Sic quoque, cùm dicimus in fundamento 5: quod illum solum deceat colere, cùm præditus sit potentiâ infinitâ; agnoscit illud de eo philosophus: Sed ubi dicimus, quod gubernet, atque providentiâ regat populum nostrum sine mediatore, istud falsi arguit philosophus. Ita etiam, cùm affirmamus in fundamento 6, existentiam prophetiæ veram esse juxta perfectionem virtutum tam intellectualium quàm moralium animæ; admittit hoc philosophus: sed cùm asserimus, prophetiam jam impeditam esse propter voluntatem Dei, sanè istud negat. Ista sunt fundamenta, quorum unumquodque partim fatetur, ac partim negat.

Postea simili modo adducit Rab tria alia fundamenta, quæ non fatetur philosophus; non enim apprehendit, aut capit ea intellectu suo: neque etiam negat, quia illi non sunt impossibilia. Sunt autem fundamentum 7, quod Moses ma. n. excelluerit in puritate temperamenti sui & in gradu prophetiæ super reliquos omnes prophetas: ac fundamentum 8, quod lex, quam hodie habemus, sit ordinatio Dei, apprehensa per prophetiam: atque fundamentum 9, quod hæc lex non variabitur neque mutabitur. Existentia autem trium istorum fidei capitum non est necessaria, neque implicat contradictionem juxta scrutamen intellectuale, & humanam considerationem.

Denique adducit etiam 4 alios postremos articulos, quos philosophus cum omnibus suis partibus negat, iuxta modum suæ investigationis; sunt autem: Quod Deus cognoscat res particulares, easque

providentiâ gubernet; & retribuat bonam mercedem justis pro ratione operis præcepti, quod fecerunt; ac graviter puniat impios, si non fecerint atque observaverint præcepta legis: & quod Messias venturus sit, ut confirmet præmium ac pœnam hanc; & in fine dierum dormitantibus in pulvere terræ obventuram esse excisionem. Isti autem 4 fidei articuli cùm sint præmium Dei speciale, quod daturus sit juxta præcepta, & ad ea relaturus, hinc negat istos philosophus. Sanè ita esse docuit nos Rab in 13 istis articulis: quorum 3 priores manifesti sunt per intellectualem investigationem, atque perfectè juxta omnes eorum partes: Ex aliis autem posterioribus apprehendit intellectualis scrutatio partem unam, non verò alteram: tres enim eorum possunt esse juxta investigationem nec necessarii, neque impossibiles. Quatuor autem postremi sunt impossibiles secundum scrutationem philosophorum, isto modo, quem commemoravi: sed sunt omnes isti fidei articuli veri juxta legem; & secundum hanc veritatem fides eorum conveniens ac necessaria est; & propter excellentiam istorum constituti sunt omnes isti fidei articuli.

Doctrina 3, quam intendit Rab in numero istorum articulorum, est, quod fides, quâ credit fidelis legi divinæ, non sit distincta, sive sit fides dependens à Deo, sive ab ejus operibus: cùm nihil sit in mundo præter Deum ejusque opera. Sanè veritas, quam oportet credere de Deo, est, eum esse necessariæ existentiæ, & perfectum extremâ perfectione; etiamsi nos lateat modus formandi & apprehendendi perfectiones ejus, nisi per modum * negativum, non † adfirmativum: quia non potest describi Deus ullo attributo adfirmativo; quemadmodum exposuit Rab in lib. Moreh. Atque jam admonuit de eo Salomo in libro Eccles. cùm ait: *Ne festines ore tuo ac corde ad altum, nec præcipites proferre aliquid de Deo: quia Deus in cœlis est, & tu in terra; propterea sint verba tua pauca*: q.d. ne sit præceps in verbis suis aut investigatione sua, ad tribuendum Deo attributum affirmativum. *Quia ille in cœlis est* h.e. extremâ occultatione à nobis absconditus; atque summâ separatione existentia ejus remota est à nostra existéntia, juxta distantiam cœli à terra; idcirco etiam non sunt attributa ejus tanquam attributa nostra, sed variant summo discrimine; ideo etiam non debemus alium modum ei tribuere, quam juxta attributa negativa; atque secundum hoc ait: *Sint verba tua pauca* h.e. humilia ac negativa. Atq; propterea adduxit Rab 3 articulos vid. secundum, tertium & quartum; quia consideratio atque vis eorum est vis negationis: qui sunt; quod sit unus, & sine corpore atque æternus: sensus autem trium istorum est;

* שלילה
† חיוב
Cap. 5. 1.

eſt; Deum non contineri ſub aliqua re, & circumſcribi : quia determinatio dicitur de uno ex tribus modis. Primus eſt, tanquam numeratum in numero; quia numerus ambit eum, & redundat in eo, quatenus eſt numeratum. Secundus eſt, circumſcriptio in loco, uti corpora, quæ circumdantur locis ſuis. Tertius eſt, limitatio in tempore, quæ eſt in rebus generabilibus ac corruptibilibus: quia tempus redundat in iis ex duabus eorum partibus; atque notum eſt, rem determinatam ab aliqua iſtarum limitationum eſſe imperfectam. Idcirco poſtquam Rab conſtituiſſet articulum primum (qui eſt fundamentum omnium iſtorum fundamentorum) de Deitate Excelſi, accedit etiam, ut ab eo exſtirparet omnes iſtas tres limitationes: quia, cùm aït in articulo 2, quod ſit unus, exponit eum non cadere ſub aliorum numerum; cùm exponat, eum non eſſe unum * numeri- *מנוי״
cum, vel † genericum, vel * ſpecificum. Cùm verò ait, eum non eſſe †סוג״
corpus, indicat, eum non eſſe circumſcriptum in loco: quia, quod *מני״
non eſt corpus, non eſt in loco. Cùm autem dicit, eum eſſe æternum, declarat, eum non cadere ſub tempus, neque eo limitari: nam idcircò vocatur Deus antiquitatis; atque ob id videtur eſſe ſine defatigatione; quia defatigatio eſt revera ex parte limitata. En expoſitum eſt de 4 prioribus fidei articulis, quos oportet credere de Deo ejuſque perfectione infinita.

De operibus autem ejus eſt in articulo 4; ubi exponit primum opus generale, quod fecit atque patravit, videl. creationem mundi. In articulo verò 5 declarat potentiam ejus eſſe infinitam, atq; opera ejus eſſe libera ac voluntaria, non ex natura, ſicuti opera reliquarum creaturarum. Duas autem iſtas propoſitiones oportet credere eum, qui tuetur ſententiam creationis poſt abſolutā privationem; idcirco etiam diviſit opera Dei in quatuor claſſes, ut ſint *opera generalia præterita*; ſicuti eſt creatio mundi, quam adfert in articulo 4: & opus miraculorum, quod innuitur articulo 5: atque exiſtentia prophetiæ, quam adducit in articulo 6. Vel *opera ſpecialia præterita*, quæ tantùm pertinent ad noſtram gentem; & ad hanc ſpeciem refert in fundamento 7 fidem de Moſe mag. n. (ſuper quem pax) quod fuerit ſupra omnes prophetas: atque in fundamento 8 legem eſſe à Deo: ac in fundamento 9, æternitatem legis h. e. quod data ſit quoad naturam ac eſſentiam ſuam æterna ſine mutatione. Vel etiam *opera generalia*, quæ *perpetua* ſunt omni tempore; ad quam ſpeciem retulit præſcientiam ac providentiam divinam in fundamento 10, ac præmium & pœnam in fundamento 11: quia iſta omnia communia ſunt omnibus homini-

 bus,

bus, & perpetuò futura omni tempore. Vel *opera ſpecialia futura*; ut adventus Meſſiæ, quem adducit in articulo 12. Dicitur autem reſurrectio articulus ſpecialis juxta expoſitionem ſententiæ Rab l. m. quia in Comment. Miſchnæ circa initium ſcribit : reſurrectionem mortuorum tantùm de juſtis futuram; cum quibus conſentit opinio antiquorum l. m. cùm ajunt: *Vtilitas pluviarum communis eſt juſtis & impiis, ſed reſurrectio eſt tantùm juſtorum.* Sanè, ſi ita ſe res habet, aptè numerus articulorum adducitur: quia alii originem trahunt ab ipſo Deo; & quidam pertinent ad opera ejus univerſalia præterita; vel ad opera ejus ſpecialia præterita, quæ magis ſpectant ad legem; vel aliqui concernunt opera univerſalia perpetua; quidam opera ſpecialia, quæ futura ſunt. Atque hinc manifeſta fit tota ſapientia Rab in numero iſtorum articulorum.

Iam verò invenitur in tract. Tahanith de Rab Eleazar fil. Pereth, cùm interrogaret: *Quidnam mihi erit paratum in futuro ſeculo?* Reſponderunt ei. *Dabimus tibi è cœlo 13 fluvios mixtos oleo balſami, & iis te oblectaberis:* quo myſticè indicarunt, illum futurum æternum & ſtabilem cum ſolida oblectatione, propter 13 articulos fidei, quos crediderat. Sic etiam cùm ingreſſus eſſet R. Ioſua fil. Levi in paradiſum, & proclamaſſet Elias ante eum, *Parate locum filio Levi*, invenit Iochai Rabbi Iehoſuam incubantem 13 ſaccis פיזי h.e. auri Vphas vel præſtantiſſimi; qui dixit ei: *Tune es filius Levi?* reſpondit ei; *Ego ſum:* atque regeſſit ei: *Viſane eſt iris diebus tuis?* reſpondit, *Non:* ſed non ſic erat; hoc autem dixit, ne videretur nimis tenaciter retinere felicitatem animæ ſuæ; prout adducitur in tractatu Cetuvoth cap. 17. fol. 74. Certè 13 ſacci auri puri, quibus incumbebat Rab. Ioſua, procul dubio ſunt 13 fidei articuli, quos in vita ſua crediderat, quemadmodum conſtituit Rab: quia enim credíderat iſtos, ideo præmium ſuum habuit, & opera ejus coram eo fuêre. Ad reliquas autem partes hujus diſcurſûs explicandum, non eſt hic locus appoſitus. Atque hæc enim prop. 5.

CAPVT XI.

De expoſitione quatuor aliarum propoſitionum, neceſſariâ ad hoc inſtitutum.

PRopoſ. VI. eſt: *Legem divinam diſtinctam eſſe in præcepta practica, quæ ſunt in gradu materiæ: & præcepta fidei † theoretica; quæ ſunt in claſſe formæ: atque quædam ex fidei dogmatibus eſſe in conſideratione finis; uti adventus Meſſiæ & reſurrectio mortuorum.* Iam verò articulos fidei non oportet

† מדעיות

tet desumere ex præceptis activis sive generalibus, sive specialibus; quia, qui violat unum præceptum, is quidem est in genere prævaricatorum Israelis, & convenit ei pœna in lege consignata; sed non idcirco excludendus est è communione legis, aut numerandus in classe apostatarum, qui non habent partem in futuro seculo, nisi cùm in dubium vocat, annum sit divina; quia tum est in classe, legem non esse à Deo; siquidem omnia præcepta legis in eo conveniunt. Atque hoc pacto numerus articulorum erit juxta numerum præceptorum. Sed desumendi sunt articuli ex fidei dogmatibus idcirco, quia manifestum est ex Philosophia, quod, etiamsi materia & forma, unumquæque earum vocetur עצם i. e. substantia, tamen nomen עצם magis conveniat & appositum sit formæ quàm materiæ: quia subsistentia rei revera est in forma ejus; idcirco etiam debent esse articuli ex præceptis fidei † finalibus: quia perfectio rei consistit in fine ejus; & sæpissimè finis ingreditur definitionem, propter præstantiam suam. Atque hinc non est amor Dei articulus, neque etiam amor proximi, ut cùm dicitur: *Diliges proximum tuum sicut teipsum*; neque etiam: *Facite rectum & bonum*; uti nec: *Ne odio habeto fratrem tuum in corde tuo*; & id genus alia: quia etiamsi sint præcepta generalia activa, (sive hoc opus sit in corde situm, sive in reliquis membris) tamen cùm actio contineatur, non oportet eum constituere articulum; sed ista sunt fidei dogmata, quæ sunt columnæ & fundamenta legis divinæ. Hinc etiam non erunt omnia præcepta, quæ occurrunt in constitutionibus de idololatria, articuli, etiamsi comprehendantur sub articulo primo; quia ista sunt præcepta specialia & practica.

† התכליתיות

Atque difficultatem propter hanc propositionem movit autor libri Hikkarim, tract. 1. cap. 14. quia existimavit, ideo magnum Rab errasse, quod recenseat inter articulos, oportere nos Deum colere: cùm sit præceptum speciale. Idcirco etiam non oportet nos dicere, aliquem occurrere inter articulos ex decalogo, cùm iste constet præceptis specialibus, articuli autem non sint præcepta specialia.

Atque hæc est propositio VI.

Propos. VII. est: *Articulos legis divinæ oportere esse proprios divinæ, quatenus est divina; neque connectendos esse cum lege alia, quæ sit ex legibus naturalibus vel positivis*: quia articuli sunt in gradu specificarum differentiarum: atque idcirco per fidem illorum perficitur fides legis divinæ: Sin autem isti legi non sint proprii, tum non necessario sequitur ex fide eorum fides legis divinæ, cùm ei non sunt proprii, in quantum est lex divina. Atque hinc est, quod evertit autor libri Hikkarim

ſundamenta, quæ conſtituit Rab Chaſdai l. m. quia licet pars eorum ſint articuli generales ex lege divina ; ut non poſſit concipi exiſtentia ejus extra illos ; tamen non neceſſariò ſequitur, ut poſitis iis ponatur lex divina : nam hoc idem eſt,ac ſi diceretur : poſitâ facultate nutritivâ & ſenſitivâ , ponitur homo, quod non rectè infertur : nam exiſtente homine exiſtet quidem potentia nutritiva ac ſenſitiva ; ſed non contrarium ſequitur , ut poſitâ tantùm facultate nutritivâ & ſenſitivâ ponatur homo , ſi iis etiam non addas potentiam rationalem : & dicendum eſt, quod poſito corpore nutritivo, ſenſitivo ac rationali ponatur homo ; & hoc rectè infertur. Atque hæc eſt propoſ. 7.

Theſis VIII. *Articulos,quos conſtituit Rab ad fundandam domum Dei, eſſe omnes fides de nomine Dei ejuſque operibus :* reliqua autem theoretica de natura exiſtentiæ , etiamſi ſint res veræ atque rectæ ſcientiæ ; tamen non oportuit ea referre ad claſſem articulorum : quia ſunt propoſiones naturales, non verò articuli proprii legi divinæ ; idcirco etiam non recenſuit in genere articulorum Rab, videl. hominem præditum eſſe animâ ; neque animam eſſe formam abſque commixtione corporis, nec quod poſt mortem maneat æterna , nec corrumpatur propter corruptionem corporis ; aut orbes eſſe viventia intelligentia,quæ moventur ad ſervitium Dei : licet enim hæ ſcientiæ , atque his ſimiles, ſint veræ propoſitiones intellectuales,ex veritate eductæ ; non tamen ſunt articuli legis divinæ : quia articuli ac fundamenta ſunt ejuſmodi res , quas oportet credere de Deo ejuſque operibus, liberè ab eo proficiſcentibus,non ex alia re. Atque hæc eſt prop.8.

Propoſ. 9. *Fidem delabi in cor atque animam hominis uti formæ naturales conjunguntur & inhærent ſuis ſubjectis.* Et quemadmodum in generatione naturali neceſſariò requiruntur diſpoſitiones præcedentes, quæ aptæ ſunt ad inducendum formam convenientem , ſive ſit in re-
איכות * rum * qualitate, ſive † quantitate ; ut e. c. cùm dicitur, aqua, ut reci-
כמיות † piat formam aëris , neceſſe habet , ut calefiat, & acquirat majorem
quantitatem ; atque ideo diſponitur iſta materia ad recipiendum
אוירית * formam * aëream , neque recedit prædominium caloris à forma
מימיות † † aquea, quæ relinquitur , uſque dum perficiatur potentia ejus, & extrahatur forma aquea, atque adſumat formam aëream ; ſed iſta forma accedit ſuo tempore poſt diſpoſitionis conſummationem : Eodem modo ſe res habet in fide : quia in ea neceſſariò præcedet cognitio rerum, quibus ad eam ejuſque inveſtigationem deducimur ; ſive ſint opera miraculoſa ac portentoſa, quæ fidem in anima producunt ; ſive etiam ſint diſciplinæ naturales & demonſtrationes intellectuales, quæ ad

ad eam deducunt. Sanè, si ita se res habet, scientia, doctrina, & scrutatio experimentorum, eorumque examinatio, atque ministeria sensuum ad fidem devenire faciunt: ista sunt dispositiones & antecedentia, quibus ad fidem deferimur. Nullum autem dubium est, quin investigatio harum dispositionum sit opus voluntatis atque liberi arbitrii; & istæ acquirantur in tempore: sed postquam illas dispositiones sibi aliquando anima comparavit, & cùm perfectæ sunt redditæ, tum incipit forma fidei, quæ in hominis corde ac anima ex iis producta est: quia necessariò credet juxta generationem procedentem ex scrutatione, scientia, examinatione atque horum experientia; atque ista fides ilicò oritur sine arbitrio ac voluntate, licet acquisitio dispositionum & rerum præcedentium fidem, sit opus liberi arbitrii ac voluntatis, & in anima cum tempore incipiat.

En hinc apparet, in negocio fidei universalis partem esse ex libertate & arbitrio, quæ in tempore comparatur; uti est investigatio experimentalis atque scientia, quæ sunt dispositiones ac res antecedentes fidem: atque inveniri in eo partem necessariam, sine tempore acquisitam; quæ est forma fidei ejusque perfectio, quæ exoritur in anima ex scientiis atque investigationibus, quæ fidem antegressæ sunt: In hanc etiam partem, quæ est voluntatis & arbitrii, & in tempore advenit, cadit præceptum fidei; & conjunctam sibi habet præmium vel pœnam, non respectu fidei formæ, quæ ultimò accedit, sed respectu scientiæ, scrutationis ac reliquarum rerum, illam antecedentium, quæ agere debet homo, ut ad perfectionem ejus deveniat; prout etiam fusius egi de hac expositione in lib. Machase schaddai, quem composui. Atque hæc est propos. ultima.

Postquam autem Deus omnes istas propositiones tibi notas fecit, ecce ad te cum * rudi Minerva revertor, ut respondeam ad 28 dubia, quæ movi contra articulos Rab ejusque fundamenta atque præcepta, quæ inter ea numerat: novem autem istis propositionibus, quas præmisi, solventur omnia illa dubia, prout dicam.

* בעב עיוני.

CAPVT XII.

De solutione trium priorum dubiorum.

AD dubium I. quod est: Quare numeret Rab Vnitatem Dei & remotionem corporeitatis inter articulos, cùm tota lex non corruat, etiamsi contrarium eorum credatur?

Respondeo ac dico, (prout jam expositum est in propositione I.) quod

quod vocabulum עקר non tantùm dicatur de eo, quod denotat nomen שרש & יסוד *radicis & fundamenti*; videl. de re quæ ſtabilit aliam rem, & cujus firmitas ab ea dependet, neque habet ſtabilitatem niſi ab ea; ſed etiam uſurpatur de re præſtantiori in ſpecie ſua. Sic etiam in negocio fidei numerat Rab in recenſione articulorum fidei dogmata eximiæ dignitatis ac perfectionis, atque præſtantiora in ſpecie ſua: ex hac verò parte eſt *Vnitas Dei & remotio corporeitatis*, articuli valdè neceſſariæ fidei ad definitionis perfectionem. Atque jam dixit Philoſophus: Exiguum iſtud, quod novimus de rebus divinis, majoris eſt præſtantiæ ac æſtimationis, quàm plurimum illud, quod ſcimus de rebus inferioribus; atque hoc magis hîc locum habet, cùm ſit hæc ſcientia de eſſentia Dei, veluti eſt materia unitatis ac remotionis corporeitatis: de iis enim Moſes Dominus n. cum longa admonitione ait: *Audi Iſrael, Dominus Deus tuus Deus unus eſt:* quia hoc evertit fidem omnis idololatriæ. Sic etiam remotio corporeitatis, cùm de ea vehementi ſolicitudine admoneat: *Et valde obſervetis veſtras animas; quia non vidiſtis ullam imaginem.* Atque jam commemoravi in propoſitione 5; quod duo iſti articuli indicent, Deum non contineri & limitari vel loco vel numero. Et ſanè Rab Ribbi Abraham fil. David ſcribit in notis ſuis, quas fecit contra Rab: Qui aſſerit Deum ben. eſſe corpus idcirco, quia educitur ex literalibus ſcripturarum ſenſibus, is non eſt hæreticus. Ait verò Abraham hujuſmodi verbis: *Licet ſit articulus fidei, tamen, qui credit eum eſſe corpus (quia apppehendit iſtud ex phraſibus ſcripturarum, juxta literalem ſenſum) non decet vocare hæreticum.* Atque hoc confirmatur ex eo, quod referunt de Eliſah fil. Aboujæ: *Revertimini*
Ier. 3. 9. *filii averſi, præter Eliſah alienum, qui, poſtquam cognoverat Deum noſtrum, intendit ſe ei opponere:* Ex qua expoſitione apparet; quod iſte, qui cognovit veritatem, eamque intendit falſitatis arguere, ſit è claſſe impiorum, quem non oportet per converſionem recipere; ſed, qui non cogitat rebellare, aut declinare à via veritatis; neque negare aliquid, quod extat in lege, nec mendacem reddere traditionem; ſed cum integritate educit aliquid è literali ſcripturarũ ſenſu, etiamſi exponat illud cum mutatione veritatis, non tamen hæreticus aut apoſtata eſt. Sic quoque ſcribit autor libri Ikkarim.

Sed iſtud ſi attentè conſideretur, manifeſtus eſt error: quia juxta verba eorum quilibet, qui omnem articulum non negat cum intentione, particeps erit ſeculi futuri; atque ſic etiam fides * cùm accipiunt verba legis atque prophetarum juxta literalem eorum ſenſum, atque exiſtimant ſcopum in iis eſſe iſtum, quem illi intelligunt, non erit

Nazaræorum vel Chriſtianorum.

erit ſegregata à vera felicitate; neque eſſe dicendum, eos eſſe apoſtatas aut hæreticos. Et ſecundum hoc fieri poterit, ut quis inveniatur, qui nullum credat articulum & nullam fidem legis, & tamen non vocandus ſit hæreticus aut apoſtata, ſi ad hoc deduxerit eum ignorantia vel cæcitas vel ratiocinium ejus, non intelligens ſcopum legis. At omnia iſta non admittit fides legalis atque recta ratio: quia ſententia falſa, cùm eſt de aliquo fidei articulo, tùm avertit animam à vera ſua felicitate, neque deducet eam ad vitam futuri ſeculi, etiamſi non faciat iſtud cum intentione rebellandi. Quemadmodum enim venenum, cùm comedit iſtud homo, ſpiritum ejus abſumit, atque ab eo animam divellit, etiamſi dicamus, quod comederit illud, exiſtimando eſſe ſanum cibum: Sic etiam comparata eſt apoſtaſia ac falſa fides in negotio articulorum legis; quia conturbat animam hominis, & procul dubio eum arcet ab hæreditate futuri ſeculi.

Quod autem de Eliſah fil. Aboujæ adferunt, quod cognoverit Dominum ſuum, atque intenderit adverſus eum rebellare; ſanè apoſtaſia talis hominis magis impia eſt, quàm ulla alia: quia propter malignitatem temperamenti ſui atque incontinentiam ad appetitus corporales quærebat ſophiſticas rationes, contradicentes veritati, apud nos formatæ; atque idcirco erat abnegatio ejus valde magna. Qui autem credit falſas opiniones de ſtatuto legis, quia vel contemplatio ejus ad iſtas eum deduxerit, vel eas acceperit ab errante magiſtro, non dubium eſt, quin talis ſit apoſtata & hæreticus; cùm iſte fide ſua evertat articulos legis: Sed majorem habet excuſationem in omni hoc quàm Eliſah fil. Aboujæ, quia hic voluntariè ſectabatur mendacia.

Cauſa autem in negotio hujus negationis ex inveſtigatione duplicis eſt ſpeciei. Prima eſt, quam efficit ſtupiditas & abſentia veræ intelligentiæ; ut ſi quis extrahat alienum ſenſum ex ſcriptura, vel alium modum. & juxta hoc dicitur: *Revertimini filii refractarii*, q.d. quod ſint rebelles ac apoſtatæ, ſed ſi revertentur cum pœnitentia, corrigendo opinionem ſuam juxta veritatem prophetiæ, liberabuntur animæ eorum à perditione. Secunda ſpecies abnegationis eſt ex cauſa rebellionis atque maligni affectûs, ut in Eliſah, cujus abnegatio fuit cum rebellione ac prævaricatione: nam agebat opera cum impietate, ad contendendum adverſus veritatem, eamque negandum; idcirco etiam portæ reſipiſcentiæ pro eo clauſæ erant; quod ipſum indicant iſta: *Præter Eliſah, qui cognovit Dominum ſuum, atque intendit ei rebellare.* Atque idcirco filii rebelles & negantes ex ignorantia, atque Eliſah

Ier. 3. 9.

poſt-

postquam abnegavit ex rebellione, ac similes omnes iis, dum credunt erroribus ac falsæ fidei, sunt hæretici ac apostatæ, neque habent partem in futuro seculo: sed differunt in hoc, quod filii rebelles sint corrigibiles, cùm sit ignorantia eorum privatio ad corrigendum perversitatem eorum, faciendo resipiscentiam, perficiendo se studio legali juxta veritatem. Elisah verò non habuit eam spem & aptitudinem; quia jam radices egerat in abnegatione consummatè voluntas atque intellectus ejus. Sic oportet intelligere verba Rab in istis articulis. Atque idcirco sub finem istius dicti præcipit, ut attentè consideremus sensum ejus verborum atque expositionem superadditam; quia non sint facilia intellectu, ita ut ad istos articulos atque numerum eorum accesserit post longam atque abstrusam scrutationem; atque ideo non decet eos leviter ire eversum, iisque obstinato ratiocinio contradicere.

Ad dubium II. Quare constituat Rab in classe articulorum 5 articulum, quod non oporteat ponere mediatores inter Deum ben. ac hominem. Respondeo ac ajo, quod jam commemoraverim in prop. 5, sub hoc articulo comprehendi sublimia fidei dogmata. Primum est, Deum operari liberè, non autem sicuti reliqua existentia, vel angeli, vel orbes, aut astra, aut elementa, vel quicquid ex iis compositum est; quia omnia ista ordinata sunt ad sua opera, neque inest iis delectus aut voluntas ad operandum, quod agunt: Sed Deus ben. operatur ex beneplacito atque libertate; idcirco etiam ei convenit cultus, cantio, laus atque celebratio.

Fides 2 est: quod præditus sit, potentiâ infinitâ; atque hoc ipsum innuit, cùm ait: *quia omnia ista ordinata sunt ad sua opera*, h. e. opera atque potentiæ eorum limitatæ atque determinatæ sunt ex ordinatione, ac virtus eorum finita est, nec transcendit ordinem, inter eos constitutum; sed Deus ben. facit quicquid vult, prout ait psalmista:
Psal. 135. 6. *Quicquid vult Deus, facit in cœlis ac in terra*; atque idcirco convenit ei
Ier. 18. 6. cultus: *Omnia enim in manu ejus, tanquam lutum in manu figuli, neque est qui dicat ei: Quare hoc fecisti?*

Fides 3 est: quod omnes populi ac nationes subjectæ sint regimini superiorum, in eas dominantium (atque hoc modo dicitur: *Princeps regni Græciæ*, & *dux regni Persici*,) præter populum Israeliticum, qui non est subjectus gubernationi stellæ aut principis, sed solius Dei; &
Deut. 4. 19. juxta hoc ait Dominus noster Moses. *Ne tollas oculos tuos versus cœlum, ut aspicias solem, aut lunam, aut stellas omnis exercitûs cœlestis, & impellaris, ut incurvans te iis, colas ea, quæ impertitus est Dominus Deus tuus reliquis populis*

pulis sub universo cœlo. Vos enim adsumpsit Dominus, atque eduxit vos è catino ferri ex Ægypto; ut essetis ei populus hæreditarius, sicut hodierno die. Et scripsit Rab Abraham fil. Hezra his verbis: *Res comprobata est, quemlibet populum habere certam stellam aut astrum, atque sic etiam quamlibet civitatem; sed Deus in Israele constituit excelsum gradum, ut sit Deus & gubernator, neque habeant stellam, & sit Israel hæreditas Dei.* Hactenus ille. De hoc etiam ajunt in Pirke Rabbi Eliezer. *Septendecim principes jecerunt inter se sortes super 17 populos, & quilibet princeps super quemvis populum sortem jecit, & cecidit sors Dei ben. super Israelem; prout dicitur: Quia sors Domini populus ejus, & Iacob hæreditas ejus.* Voluit ibi dicere: quod, ista sors, quam habet quilibet princeps in populo suo, sit, quatenus gubernet sine interventu alterius principis, eandem habeat Deus super populum Israelis, quatenus eum regat non intercedente alio duce, vel stellâ, aut astro: atque hinc elicitur remotio omnis idololatriæ. Quod autem dicitur de Israele: *Michael dux eorum*, non quod constitutus sit super illos; sed quod sit bonus internuncius pro illis coram Deo: atque idcirco non vocatur *princeps Israelis* eo modo, quo dicitur *Dux regni Græciæ, ac princeps regni Persici*; sicuti etiam scripsi in lib. Etheret Sekanim. Atque ideo ait in articulo his verbis: *Non decet constituere mediatores inter Deum ac homines, sed dirigendæ sunt omnes cogitationes in eum, & longissimè ab altero removendæ*: non autem dicit, quod sit hic articulus, videl. non constituendos esse mediatores (est enim præceptum practicum h. e. præceptum speciale negativum) sed ait Rab, ex hoc articulo istud præceptum deduci, q.d. ex articulo, quem commemoravi, oportet hominem non constituere mediatores inter se ac creatorem suum, juxta id, quod propheta ait: *Si reversurus es Israel, dictum Domini, ad me revertere.* q.d. & non ad mediatorem. Hoc etiam modo commentati sunt sapp. l. m. super versum: *Quia Dominus Deus noster apud omnem, qui invocat eum*: ad eum tu clamabis, non ad Michaelem vel Gabrielem, &c. Ier. 4. 1.

Non autem oportet difficultatem in eo movere, quod Iacob adoraverit Angelum, cùm ait: *Angelus qui liberavit me*: est enim precatio ad Deum, quemadmodum cùm dicit: *Patres mei ambulaverunt coram Deo, qui gubernat me*; & angelus missus erat ex providentia, ad liberandum eum; atque ideo ait: *Angelus liberavit me ex omni malo.* Opera enim Dei in rebus fortuitis necessariò fiunt per manus mediatoris, etiamsi Dei actio providentiâ influat in istud opus: atque hoc modo exposui istud in tract. peculiari Etheret Sekanim. Et huic convenit, quod invenimus de Abrahano, cùm dicit: *Dominus* Gen. 48. 16.

Deus cœli, qui ſumpſit me è domo patris mei, &c. Iſte mittet angelum ſuum coram te. Vbicunque autem reperitur invocatio ad Angelum, ibi intenditur precatio ad Deum, qui miſit angelum ſuum legatum, ad expediendum iſtud negocium. Et jam illud ipſum expoſuerunt ſapp. l. m. pro ſua ſcientia in ſectione: *Ecce ego mitto angelum meum coram te*, dixerunt: *Ne muter cum illo, Non mutabis me cum eo*: q. d. non exhibendus ei cultus eſt, quia cultus convenit Deo, neque alteri exiſtenti præter illum.

Quod autem legimus Ioſuam ſe incurvaſſe coram angelo, poſſumus dicere, quod incurvaverit ſe coram Deo: quia commemorat benignitatem ac fidelitatem ejus erga domum Iſraelis in mittendo angelum ſuum coram ea, ut poſſideret terram: vel proſtraviſſe ſeipſum coram angelo, ad exequendum ejus mandatum, per modum inferioris, ut coram eo humiliaret ſe, quia major erat illo.

Et ſanè videtur ex hac ſententia Rabb. l. m. eſſe, quod etiamnum hodie inter nos moris ſit, expandere ſe ſuper ſepulchra mortuorum, ut pro nobis miſericordiam efflagitent; & juxta hoc ait propheta:
Ier. 31. *Rachel flet ſuper filios ſuos, &c.* Certè hoc fit ex una duarum cauſarum; vel ut deprimamus animos noſtros coram Deo excelſo; vel ut tanquam mortui coram eo cenſeamur. Atque hæc eſt mens Sapientis, dicentis in reſponſione ad quæſtionem: *Quare tēpore anguſtiæ eximus ad ſepulchra?* reſpondet: *ad indicandum, nos eſſe tanquam mortuos, atque hoc fit propter humiliationem.* Iſtud etiam reſponderunt ad negotium de indumento ſacci, nos videl. eſſe inſtar beſtiarum. Vel ut preces effundamus ad Deum, ut noſtri memor eſſe velit propter illorum innocentiam ac juſtitiam, quæ ſemper permanſura eſt. Atque hoc intendit alius ſapiens, cùm ait in reſponſione ad (commemoratam) quæſtionem. *Vt efflagitent mortui commiſerationem pro nobis.*

Sanè ad iſtum modum & huic ſimiles oportet intelligere ſententiam Rabb. cel. me. non quod illi (ſuper quos pax) introduxerint mediatores in ſuis precibus, cùm de eo nos admoneant, atque ab eo nos dehortentur. Nam in tract. Minchot fol. 110. ait Raba fil. Rab Iſach: *A Tyro uſque ad Carthaginem cognoſcent Iſraelem & Patrem ejus, qui in cœlis eſt: & à Tyro verſus occidentem, atque à Carthagine verſus orientem non cognoſcent Iſraelem neque Patrem ejus, qui in cœlis eſt.* Objectionem
Mala. 1. 11. movet Rab Schimi; *Attamen ſcriptum eſt: Quia ab oriente ſolis uſque ad occidentem magnum nomen meum in gentibus, in omni loco, &c.* Reſpondet ad hoc Rab Simi: *Ibi invocabunt Deum deorum.* Certè expoſuerunt hoc dictum de parte mundi habitabilis, quod cognoſcent Deum ejuſ-

que

que fidem, poſtquam agnoverint fideles Iſraelitas; quia per iſtos mediatores cognoſcent Deum, qui in cœlis eſt: Sed in aliis locis, quia non agnoverunt Iſraelem, etiam non cognoſcent Deum ben. Rab autem Simi ex verſu conſtituit difficultatem in hoc: *Quia ab ortu ſolis uſque ad occaſum ejus; apparet enim ex eo, in omni loco ac populo notum fore Deum*; & reſpondet: *quod introduxerint mediatores ac interceſſores, eoſque invocarint, ut patroni pro illis eſſent apud Deum excelſum, atque hoc eſſe, quod invocabunt Deum deorum.* Non eſt autem dubium, quin hic ſit ſurculus ex ramis idololatriæ, qui inſerti ſunt propter majeſtatem Dei; atque hinc eſt, quod preces dirigunt ad mediatores. Hæc verò ſententia ſuperſtes permanſit in manibus hominum; atque etiamnum hodie manifeſtò apparet in fide *: nos verò non ſic judicamus; ſed preces ad Deum Dominum noſtrum dirigimus, ſemper eum invocamus.

* *Nazaræorum vel Chriſtianorum.*

Ad dubium III. Quare numeret Rab, Deum colendum eſſe, inter articulos? cùm ſit præceptum ſpeciale, uti cùm dicitur: *Et ſervietis Domino Deo veſtro* Reſpondemus ac dicimus: autorem lib. Hikkarim, qui movit iſtud dubium, non intellexiſſe intentionem Rab in hoc articulo. Non enim dixit Rab, quod articulus ſit, Deum eſſe colendum: quia cultus Dei eſt præceptum activum. Et ſi per illum cultum intelligitur precatio, juxta dictum ſapp. cel. m. *Et coletis eum ex toto corde veſtro: Quiſnam eſt cultus cordis? eſt precatio*, certè tum eſt præceptum ſpeciale practicum Atque jam expoſuimus in propoſ. 6. quod nullum præceptum ſpeciale legis oporteat numerare inter articulos: quia omnes articuli ſunt præcepta theoretica, non practica; veluti eſt iſtud, quod in hac prop ..tione occurrit. Sed ſcopus Rab in hoc articulo eſt; quod oporteat credere, Deum excelſum propter excellentiam atque potentiam ſuam eum eſſe, quem deceat colere, atque extollere laudibus ac hymnis: hoc verò non eſt præceptum cultûs, neque mandatum precationis; (quia cultus ac precatio conſideratur in opere vel facto) ſed tantùm fides eſt de Deo excel. quod videl. ille colendus ſit, & non alius. Atque idcirco interdictum idololatriæ huic articulo ſuperſtructum eſt, ideo etiam ait Rab in expoſitione iſtius articuli, his verbis: *Hocce autem fundamentum ſ diſcimus ex præcepto, quod datum nobis eſt, ne colamus eum cultu idololatrico,* h. e. ex iſto interdicto legis, de colendis aliis deis, diſcimus principalem & veram fidem; videl. *quod deceat colere Deum, & celebrare ac laudare, atque extollere voce exultationis; neque tale quid præſtandum eſſe alteri.* En manifeſtum eſt, non eſſe hunc articulum, ut Deum actu colamus,

 aut

aut ad eum preces fundamus : quia omne hoc continetur ſub articulo, quod ad Deum pertineat cultus atque laudatio ; & notum eſt, cauſam eſſe extra effectum. Atque hoc modo articulus hic eſt cauſa ; cultus autem ac precatio ſunt præcepta ſpecialia, atque ſub eo continentur.

CAPUT XIII.

De ſolutione dubii quarti.

AD dubium 4. Cur numeraverit Rab æternitatem legis inter articulos. R. ac dico : quod mag. noſt. Sehadia Gaon in lib. ſuo Haamunoth multa verba fecerit de æternitate legis, atque recenſuerit argumenta, quæ contra eam confecerunt perverſi, ſive ex parte rationis atque argumentationis, ſive ex parte ſcripturarum; reſpondet autem ad eas frivolis reſponſionibus ; prout manifeſtum eſt. Non eſt verò intentio mea ejus verba hîc exſcribere, ſed validiorem quærere probationem pro æternitate legis ſufficientem, prout eam voluit facere R. Chaſdai demonſtrationem pro æternitate legis, dicendo : Legem noſtram divinam perfectam eſſe conſummatâ perfectione, atq; hoc edocere æternitatem ejus : quia ſi variaretur in aliam, id fieret vel ad gradum inferiorem in perfectione ; ſed hoc abſurdum eſt : cùm Deus propter perfectionis ſuæ naturam etiam perfectum fecit omne aliud, quantum fieri poteſt ; atque idcirco non poterit dici ; quod lex ejus variabitur in aliam legem iſtâ inferiorem. Vel mutaretur in legem perfectiorem illâ ; at tunc, ſi ita ſit, non eſſet lex divina, quam hodie habemus, perfecta extremâ perfectione, cùm poſſit eſſe alia lex illâ perfectior : vel denique mutaretur in legem æqualem in gradu perfectionis ; ſed iſta mutatio ac variatio eſſet opus vanum, nihil ei conducens ; neque concipere debes hoc de ſtatuto Dei. Hæc eſt ejus ratio.

*המעיינים Sed jam difficultatem contra eum moverunt poſteriores * theorici. Quia, etiamſi ex claſſe impoſſibilis ſit mutatio in legem perfectiorem, propter ejus rationem, nihilominus tamen fieri poſſe, ut mutetur in æquè perfectam, neque inde neceſſariò conſequi abſurdum, quod exiſtimat : quia iſta perfectio, quæ acquiritur per medium hujus legis, eveniet per multa media. Iam verò fieri poteſt, ut iſta, quæ deducunt ad hujus perfectionem, mutentur in alia, & illa, per quæ mutantur, adferant ipſammet perfectionem : atque neceſſitas hujus mutationis erit pro mutatione eorum, qui hac lege gubernantur, ac quærunt

runt,ut ad eam perfectionem pertingant; quia juxta mutationem eorum,necesse etiam est ista media variari. Atque non erit hæc mutatio ac variatio opus vanum atque inutile, sed necessarium atque utile.

Iam verò excogitarunt homines facere aliam demonstrationem pro æternitate legis,videl. cùm hæc lex divina statuatur perfecta consummatæ perfectionis, & præscriptio extremæ perfectionis non tantùm sit propria certo tempori vel loco, sed semper & ubique; sanè in seipso manifestum est, ejusmodi legem nullo modo aut tempore posse mutari. Adferunt autem pro isto probationem à *directione vel consilio medico, quod non efficitur verum per experientiam in isto homine ac tempore; sed utile est omni homini, tempore ac loco. Et quantò magis hoc valet in lege divina, quæ à Deo perfecto extremæ perfectionis profecta est; cùm in ea sit excitatio ad amorem & conjunctionem Dei, qui est finis in ea intentus: atque manifestum de ea est, quod perficiat singulos perfectos atque deficientes juxta naturam ac necessitatem eorum. Itaque, si ita se res habet, nullo respectu poterit mutari.

* הנהגה רפואית

Sed contra hanc etiam rationem adducunt impugnationes ac dubia. Primum est; cùm dicimus, rem perfectam extremæ perfectionis non posse mutari aliquo tempore aut loco; istud intelligendum esse de perfecto consummatæ perfectionis * absolutè; at verò hoc non habet locum nisi in Deo ben. nihil enim aliud complectitur omnem perfectionem præter illum; quia Deus est causa, & omne præter eum effectus; nec potest variari ullâ specie mutationis. Sed jam dici potest aliquid perfectum extremâ pefectione * respectivè, quemadmodum dicimus speciem humanam perfectiorem omnibus speciebus, etiam respectu corporum cœlestium; quia est perfectior omnibus corporibus. Sic quoque affirmatur de Domino nostro Mose, quod fuerit summâ perfectione præditus, quæ excogitari potest in specie humana: Eodem etiam modo legem nostram divinam perfectam dici extremâ perfectione h. e. quæ concipi potest in statutis ac legibus. Et juxta hanc considerationem fieri posse, ut mutetur ac cesset; quemadmodum Dominus noster Moses in seipso corruptus atque mutatus est, etiamsi perfectior esset omnibus prophetis.

* בהחלט
* בקשור

Insuper etiam, quia lex est in prædicamento relationis,atque actionem denotat, ex qua recipitur doctrina, at cùm istud, quod cadit sub * relationem, possit variari juxta mutationem † correlati; etiam hoc modo legem, etiamsi in seipsa sit perfecta summâ perfectione, nihilo-

* הצטרפות
† המצטרף

nihilominus tamen posse mutari propter mutationem accipientium; quia ad eos refertur absque defectu legis. Et sane, quod dictum est, legem hanc excitare hominem, ut pertingat ad amorem & conjunctionem Dei, verum est; sed quid impedit, quò minus hic finis per alia media atque præcepta acquiratur?

Quod autem negotium legis comparatur cum præscripto medico est ratio erronea, idque ideo, quia in præscripto medico est dependentia à rebus naturalibus, quorum principiorum natura non ordinatur ad duo contraria: non enim erit eodem tempore calor recludens & frigus obturans, vel eodem tempore contrarium. At verò lex, & in genere omnis præscriptio, dependet à rebus, quæ respiciunt voluntatem ac liberum arbitrium; quia in iis possunt ordinari duo contraria; quod enim hodie vult homo, id alio tempore respuit: idcirco etiam necesse est, ut illud sit mutabile pro mutatione rerum, quæ ab iis dependent, ut sunt voluntas atque natura: & ob hoc omne intulerunt acutiores debilitatem hujus argumenti.

Propterea magis videtur hæc via apposita ad veram reddendam æternitatem legis, quæ desumpta est ex parte ferentis ac dantis eam: quia existentia hujus quoad totam ac partes est opus Dei excel. ordinatum per sapientiam ejus, qui operatur omnia cum fine, sibi noto. Si verò nos graviter istud ferimus, sanè Deus est, qui sapientiâ suâ ista ordinavit, ut stabiles essent ac firmæ res postea creatæ juxta bonitatem suam erga eas. Sic omni viventi ex eo cibum ordinavit, quod ab illo est; ita quoque omni creaturæ, tam superiori quàm inferiori, dedit, quo conservaret existentiam, & continuaret tempus iis limitatum juxta id, quod divina sapientia decernit. Et certè, quemadmodum corpori hominis ordinatum est alimentum cum rebus necessariis, sine quibus non subsistet; sic constituit cibum animæ cum rebus necessariis, quæ extant in lege. Et quemadmodum cibus corporis humani nunquam mutatur neque transit, eò quod ordinaverit eum Deus ben. sic lex divina, quæ cibus est animæ, non mutatur; quia duos istos cibos ordinavit Deus eadem sapientiâ atque uno opere.

Neque est, quod difficultatem moveas de lege Adami ac filiorum Noach: istæ enim leges non perfecerunt animam humanam; sed tantùm ordinatæ fuerunt ad conservandos cætus hominum pro natura temporum, in quibus fuerunt constitutæ; atque sunt in classe legum judicialium vel civilium. At verò lex divina, quæ dirigit animam ad ultimam suam perfectionem, non est alia præter legem Mosis mag.

mag. no. quia eſt cibus neceſſarius animæ ad poſſidendum vitam, & à morte liberandum.

Nec ſcrupulum debet inijcere ſi eveniat neceſſitas, ut aliquid in ritibus legalibus pro certo aliquo tempore mutetur: non enim idcirco mutabitur natura panis, ne ſit cibus corpori humano conveniens, ut e. c. caro ac vinum, ſi aliquando corpori ægroto non ſunt appoſita: quod enim per accidens mutatur, redibit neceſſariò ad ſubſtantiam ſuam; quia accidens non perpetuò durat. Atque etiamſi incidit neceſſitas, ut pars præcepti mutetur, veluti illud, cùm dicitur, quod exitus ex Ægypto diebus Meſſiæ non commemorabitur; iſtud tamen non appellandum erit mutatio in hac lege: quemadmodum non eſt variatio in eo, ſi quis non det decimas, qui non habet agrum vel vineam; quia præcepta colliganda ſunt cum aliis rebus, quarum ſtabilitas atque æternitas conſiſtit in rerum iſtarum exiſtentia; & iſta rectè præcepta eſſe deprehendetur: ac licet iſtæ res actu non exiſtant, tamen præcepta omni modo fixa manent in ſuo loco. Atque hoc modo dicimus de conſilio medico, quod dependeat à morborum exiſtentia; non, quaſi cum privatione morborum ceſſaret ars medica, (medicina enim ſemper fixa eſt;) ſed quod firmitas ejus, exiſtentibus ægrotis, faciat, ut iſta medicamenta iis proſint. Atque hac ratione, etiamſi neceſſitas incidat, ut commemoretur liberatio, eventum non antegreſſa, lex tamen ſemper ſtabilis erit: quia æquum eſt commemorare exitum ex Ægypto, uſque dum fiat conveniens præparatio ad hanc inveniendam; quia non reperitur major liberatio, quàm iſta. Hinc jam ſequitur concluſio, quod, ſi concipiatur variatio in iſtis rebus, iſta non ſit mutatio in ſtatuto earum; quia ex parte iſtius non mutantur: ſed eſſe mutationem extra eas, nec evertere iſtud, quod lex ſit æterna. Oportet autem in genere noſſe, iſtud, quod cadit ſub demonſtrationem de æternitate legis, eſſe aliquid diſpoſitum in ordine ad ſubſtantiam ejus, quia hæc tota non mutatur, ut ſit cibus animæ humanæ, ordinatus per ſapientiam Dei, quemadmodum non mutatur cibus corporis humani, etiamſi per accidens mutetur.

Et quia etiamnum manere poſſet dubium inter nos, quiſnam indicaverit nobis, illud, quod in lege occurrit, eſſe proprium cibum animæ; quia fortaſſis poterit eſſe alia res, vel præſtantior eâ, quæ ibi extat, vel minor eâ: idcirco opus fuit ad ſtabiliendam æternitatem legis, ut prophetia Moſis mag. n. excellentior eſſet omnibus prophetis, atque ſine potentia imaginativa eſſet; cùm nullum apud nos relinquatur dubium, quin hic, qui aſſeruit Deum voluiſſe, ne veniret

propheta ad augendum verba ejus, cognoverit Deum à facie ad faciem; omnes verò præter eum per mediatores. Quomodo enim quis audiet à Deo, loquente ſecum per internuncium, qui non audiat ſermocinantem eum ſecum abſque mediatoribus? Atque hoc omne ſcriptura exponit, cùm ait: *Et non ſurrexit amplius propheta ſicut Moſes. &c.* Et ſi ita ſe res habet, non eſt dubium, quin propheta de ſuo addet; & propterea ſuperiùs dicitur: *Et Iehoſua filius Nun plenus erat Spiritu,&c.* h. e. Ioſuam plenum fuiſſe influxu ſapientiæ, quem acceperat à mag. n. Moſe (ſuper quem pax). Itaque hoc totum provenit ex ejus virtute; atque audiverunt ab eo omnes filii Iſraelis, ſicuti præceperat Deus Moſi.

Deut. 34.10.

Nullum itaque hoc pacto relinquitur dubium ex omnibus iſtis dubiis,quæ aſſignaverunt. Cùm enim hoc ordinatum ſit à Deo, non inquirendum eſt, cur hoc ſit neceſſarium ad cibum animæ, non verò illud. Sic quoquè non interrogandum eſt, quare panis ſit cibus hominis, non verò aliud: Reſponſio enim ad duo eſt; quod ſit cibus aptus nutritioni, & illud ipſum ſit, quod per iſta acquiritur à Deo, ordinante omnia ſine nobis, juxta naturam ſuæ ſapientiæ, licet rationes ejus hîc occultæ ſint; quemadmodum nobis abſconditæ ſunt rationes ſapientiæ in creatione hominis cum hac figura, & non aliâ, atque ſic reliqua omnia. Ad omnia autem iſta ſufficiens reſponſio eſt, quam diximus,videl. unumquodque productum eſſe juxta naturam ſapientiæ Dei, atque nos ignorare rationes hujus ſapientiæ. Et quamvis apprehendamus ſummam utilitatem in figura hac ſic compoſitâ, atque idem quoque intelligamus in negotio de duobus cibis hominum; tamen omnia iſta non adſequimur, & ne unum quidem ex tot millibus. Et ſi hactenus (prout jam teſtati ſunt philoſophi ac medici) non niſi exigua particula de rationibus ſapientiæ in hominis creatione apprehenſa eſt, quantò magis in cæteris rebus.

En per hoc omne expoſitum eſt, hanc legem divinam, quam hodie habemus, æternam eſſe, & nullo tempore poſſe mutari: quia Deus qui tulit eam, atque fecit exiſtere, juxta infinitam ſuam ſapientiam vidit, hanc legem appoſitam eſſe cuilibet homini ac tempori. Cognitio enim Dei non dependet à limitato aliquo tempore, ſed cognoſcit res prout convenientes ſunt ſemper, cuilibet & ubique; idcirco etiam nulla ejus opera generalia variantur abſolutâ mutatione; etſi fiat, ut mutentur pro neceſſitate temporis, juxta negocium quod fecit Elias in monte Carmel. Simile eſt huic, cùm partes exiſtentiæ in miraculis mutantur propter temporis neceſſitatem, pro ratione temporis

ac

ac loci, ubi fit miraculum: forma enim existentiæ (mundi) est secundum modum formæ divinæ legis: atque omnia ista fuerunt data ab uno Pastore; ac quodlibet (tendit) ad finem existentiæ, atque perpetuandam mundi conservationem.

Et quemadmodum tota forma essentiæ non mutatur, sic etiam lex divina non mutabitur: & veluti forma humana separata, conjuncta est speciei humanæ è reliquis speciebus; sic lex Israelitica distincta, sociata est populo è reliquis populis. Q. D. *Et distinxi vos è populis.* Ac quemadmodum forma humana una & similis est in tota specie respectu sui ipsius, & varia deprehenditur in individuis, (quia alii sunt perfectiores in forma humana, alii autem minus perfecti) atque juxta hoc una est in omnibus, sic forma legis est una & æqualis in omnibus Israelitis respectu substantiæ suæ; sed variatur in hominibus, qui sunt in ea vel perfectiores, vel minus perfecti. Itaque est semper una in iis, neque est ulla similis illi in æquabilitate sua.

Et licet incidat casus vel morbus in homines, inveniuntur tamen in lege omnia toxica & medicamenta, quibus inest sanatio animæ, ac redit ad suam æqualitatem, atque conservatur in sua stabilitate. Et juxta hoc ajunt sub finem Pirke Avoth: *Voluit Deus ben. purificare Israelitas, ideo auxit iis legem ac præcepta* h. e. multos modos, ut posset perfectam reddere animam eorum per quemlibet istorum. Et quemadmodum videtur in eo, qui interrogavit (Avoda Sarah, fol. 17.) *Quisnam ego ero in vita futuri seculi?* & responderunt ei: *Fuitne aliquod præceptum in manibus tuis?* &c. q. d. hominem unius præcepti præstatione acquisiturum vitam futuri seculi. Atque inde difficultatem moverunt Resch Lekisch, & Rabbi Iochanan in tract. Sanhedrin cap. ultimo fol. 111. ex versu: *Idcirco expandit infernus animam suam, ac aperit os suum ei, qui sine statuto est*, & commentatus est ad illud: *Etiamsi vel unicum omiserit statutum legis:* respondet autem ad illud R. Iohannes. *Non placet Domino illorum, ut dicas tale quid: Sed sic potius; Modò observaverit unum statutum legis.* En Resch Lekisch existimavit omnia præcepta necessaria esse ad sanationem animæ & perfectionis acquisitionem; atque ideo ait, לחק h. e. gehennam dilatare os suum contra eum, qui omisit vel unum præceptum legis; R. verò Iochanan judicavit, per liberam præstationem unius præcepti vel statuti, prout decet, sanari animam perfectâ curatione. Atque sic erit multiplicatio præceptorum à justitia Dei ac insigni ejus benignitate, cùm offert hominibus multas vias ac media, ut possint perfectionem ex quolibet eorum sibi comparare.

Esa. 5.14.

Et quemadmodum accidit in ægroto, qui laborat fastidio cibi, ut medicus prudens multos similes cibos ei ordinet, unum post alium, ut comedat, ac tentet iis omnibus, quonam palatum ejus delectetur, atque ab eo recedat fastidium cibi: Sic multa præcepta constituit Deus in sua lege, ut unumquodque recipiamus, ac præstemus ea prout convenit, & si quando succedit, ut faciamus aliquod præceptum cum perfectione ac sapienti electione, per illud salvi reddamur, & quantò magis si plura quàm unum perfectè, prout decet, exequamur? Atque hinc dixerunt sapp. cel. mem. tract. Schabath cap. 16. fol. 115. *Si Israelitæ observaverint duo Sabbatha, prout convenit, ilico liberabuntur.*

Atque ex hoc toto colligitur, non posse legem mutari vel quoad totam vel quoad partes propter sapientiam dantis, atque potentiam Dei excel. Hoc intendit propheta, cùm ait: *Ego Dominus non mutor, & vos filii Israel non consumemini,* q. d. quod lex sit æterna, sine variatione, ac populus æternus. Sic etiam optimè procedent verba Rab in hoc articulo de æternitate legis. At verò de probatione, quam pro hoc adduxit Rab ex versu: *Non addes ad eam, neque minues ab ea,* scribit autor libri Ikkarim cap. 14. tract. 4. his verbis: *Atque ideo non convenit etiam hoc modo numerare radicem vel articulum; legem esse invariabilem, cùm sit præceptum speciale, quemadmodum scripsit Rab M.F.M. l. m. &c.* Videtur ex verbis ejus, quod existimaverit, sententiam Rab esse, hunc articulum esse præceptum speciale, videl. ne addatur ei aut minuatur ab ea. Sed hic error est manifestus de verbis Rab: quia præceptum speciale est, ne addamus aut minuamus; sed articulus est, ut credamus æternitatem legis, & quod Deus non addet aut minuet ab ea: non quod substantia articuli sit propriè præceptum, videl. ne addant aut minuant Israelitæ.

Mal. 3. Deut. 12. 32.

Atque hinc jam discitur, quidnam sit, quod ait Rab sub finem articuli: *Et jam exposuimus, quantum necesse erat de hoc fundamento explicare, in initio libri*; loquitur autem de eo, quod dixerat in Comment. Mischnæ, hujusmodi verbis: *Quia hic propheta est Moses mag. no. (super quem pax) cujus respectu omnes prophetæ sunt contractioris potestatis, quàm ut præstent similia ejus prodigiis: atque infixit Deus cordibus nostris fidem ejus, quemadmodum ei promiserat in lege, Atque etiam semper in te credent.* Certè indicavit nobis nomine Dei ben. non venturam aliam legem à creatore mundi; quemadmodum ait: *Non est in cœlis,* &c. ac dicitur. *Propinqua est tibi valde ista res, &c.* Insuper ait ibi, atque dehortatur nos de augenda ea vel minuenda, atque dicit: *Non addes ad eam, vel minues ab ea.* Ac ideo dixêre sapientes l. m. tract. Megilah fol. 3.

Exod. 31. 18. Deut. 30. 12. Deut. 12. 32.

Non

Non licet prophetæ aliquid innovare à tempore illo usque ad hoc. Sanè cùm ait Rab, quod Deus fidem ejus cordibus nostris impresserit, &c. tum attendit ad fundamentum sive articulum, quod videl. hæc lex non mutabitur, nec ventura sit alia lex præter istam Dei. Cùm autem dicit: *Non est in cœlis*; sanè est idem, quod postea ait, atque dehortatur nos de addendo ac minuendo, &c. Hæc est materia præcepti, atque ideo usurpat phrasin אזהרה h.e. admonitionis. En manifestum est, considerandum esse articulum extra negocium præcepti. Deut.30.12.

Cùm autem adducit Rab ad expositionem articuli versum: *Non addes ad eam, neque minues ab ea.* non tum scopus ejus est, per istum explicare veritatem articuli, h.e. Deum non immutaturum legem, aut eam innovaturum esse, cùm videl. non addet ad eam, aut minuet ab ea, (hunc enim versum ad Israelitas dixit); sed est intentio Rab, ut credamus nunquam fore in hac lege additamentum aut diminutionem: atque hinc prodiisse nobis illud præceptum, quod mandat nobis, ne addamus aut minuamus.

Quotquot autem fundamenta vel articulos docet Rab, eos eduxit ex præceptis; etiamsi alia res sit articulus, videl. fides generalis, atque alia præceptum, nim. opus speciale. Vide verba ejus sub finem fundamenti 5, ubi hoc modo ait: *Atque hoc fundamentum discimus ex præcepto, de non colendis idolis*, &c. Sic quoque ex præcepto, quod mandavit nobis Deus in lege, videl. *Non addes ad eam, nec minues ab ea*, discimus articulum generalem; nim. in lege divina non futurum additamentum aut diminutionem respectu istius, quod de hoc præcepit Deus Israelitis istud tantùm, ut credant, non fore in ea additamentum aut defectum ex parte supremi creatoris; quia hoc docetur, cùm ait: *Non est in cœlis.*

Et certè hic versus, scil. *Non addes neque diminues ab ea*, complectitur omne additamentum præceptorum, ac eorundem diminutionem; sic etiam ajunt sap. l. m. tract. Siphri sect. Raah. *Unde est, quod non addimus ad Lulab & zizit? quia versus docet, Non addes ad eam.*

Et sanè difficultatem ex eo contra Rab adferunt, quod ajunt sapp. l. m. *Senatus docet exstirpare aliquid è lege, cùm dicatur: Et ne facias.* Nam hoc modo Salomon constituit Heterogenea & manuum lotiones. An existimabimus illos transgressos fuisse illud, *Non addes eam, nec minues?* Responsionem autem hujus jam ipsemet Rab exposuit in lib. Hammadah: *Invenimus autem duos versus contradicentes sibi invicem*, videl. *Non addes ad eam, nec diminues ab ea*; atque dicunt sap. cel. me. tract. Megilah fol. 3. *Non licet prophetæ aliquid de illo tempore immutare.*

Deut. 17.11. Secundus verſus eſt: *Ne declines à verbo, quod indicaverint tibi, dextrorſum ac ſiniſtrorſum*; ac dicunt ad hoc ſapp. l. m. *Si dixerint tibi de dextro quod ſit ſiniſtrum, & de ſiniſtro, quod ſit dextrum.* Expoſuit hoc (Rab) videl. *non addes ad eam, nec demes ab ea*, contra verba legis ac fidei traditionem; neque licet prophetæ innovare aliquid. Ac idem accipiendum de re, in qua juxta literalem ſenſum videtur eſſe pars idololatriæ; ac ſic de reliquis præceptis: ut ſi dicat propheta, Deum ſibi præcepiſſe, ut augeret vel diminueret, tum non oportet iſtum audire; quemadmodum manifeſtum eſt ex verſu: *Atq; etiam in te ſemper credent.*

Cùm autem verſum *Ne declines à verbo, quod annunciarint tibi*, ſap. l. m. exponunt: *Etiamſi dixerint tibi de dextro, quod ſit ſiniſtrum*, tum loquuntur de eo, ubi non eſt pars idololatriæ; atque ut faciant propter neceſſitatem temporis, non reſpiciendo ad futura ſecula. Ex hac autem claſſe ſunt decreta, conſtitutiones ac ſepimenta, quæ fecit magnus Senatus atque ſapientes ſeculi: quia ibi non eſt mutatio legis, neque additamentnm aut diminutio; eſt enim ex ipſa legis atque traditionis ſubſtantia.

In hoc autem eluxit ſapientia divina: quia fortaſſis non ſuffeciſſet ordo legis, ut æquales redderentur conditiones recipientium atque eorum defectus; atque idcirco conceſſit poteſtatem prophetis ac magno Senatui ordinandi conſtitutiones, ac definiendi ſepimenta, atque faciendi ſepem ad legem, ac ſtabiliendi eam juxta potentiam recipientium. Neque vocandum hoc erit everſio aut mutatio legis; nec erit in genere *Non addes, nec minues*: quia additamentum & diminutio eſt, cùm ait homo: *Ecce addo ad iſtud, quod lex dicit; quia eſt imperfecta, atque ego eam perfectam reddo. Vel demo ex ea, quia eſt in ea eſt aliquid ſuperfluum & duplicatum*: Sed cùm facimus ſepem ac conſtitutiones, iſtæ ſunt ex ſubſtantia legis ejuſque obſervationibus; ut cùm ajunt:
Vid. Lev. 18. 30. *Facite obſervationem ad meam obſervationem*; atq; idcirco non erit in claſſe *Non addes, neque diminues.*

Quod autem adducit ſapiens ex Vaikra rabbah: *Omnia feſta ceſſabunt præter feſtum Eſteræ & dies expiationum,* non eſt ceſſatio hæc everſio ipſorum feſtorum; abſit hoc: ſed ceſſatio memoriæ iſtorum; quia omnia iſta ſunt recordatio exitûs ex Ægypto. Senſus autem iſtius dicti eſt: Iſraelitæ tempore liberationis ſuæ non applicabunt animum ad recordationem prodigiorum ac miraculorum, quæ pro illis patravit Deus ben. cùm educeret eos ex Ægypto, quia videndo eximia miracula, quæ coram illis Deus faciet diebus Meſſiæ, priora tradent oblivioni, neque in animum adſcendent, prout Scriptura

etiam

etiam adfirmat: *Non dicent, vivit Dominus, qui extulit vos, atque eduxit.* &c. Atque idcirco ajunt: *Præter Purim ſeu Eſtheris feſtum, & dies expiationum:* quia ſub die expiationum continentur principium anni ac decimus dies; quæ connexa ſunt reſipiſcentiæ, condemnationi atque expiationi, atque propter ſeipſa intenduntur: & feſtum Purim eſt ex miraculis, quæ fuerunt facta in captivitate.

Atq; hac ratione dicunt ſap.l.m. *Quare vocatur nomen ejus* חזיר *h.e. porcus? Quia Deus reducturus eſt*(להחזירו) *eum ad Iſraelem.* Iam expoſuerunt in Ialmedenu: iſtud dictum eſſe de * qui appellatur חזיר; quia dicitur: *Et ſuffodiat eam* חזיר h. e. *porcus ſilveſtris.* Vel quod propter bella pro certo tempore eum licitum faciet Iſraelitis; quemadmodum iis reddidit licitum tempore ſubjectionis terræ (Canaan). Et quemadmodum ajunt: *Et domus refertæ fuerunt omni bono, etiam cervicibus porcorum;* & propterea de eo reducendo locuti ſunt. Et cùm ajunt ſapp. l. m. in Ialmedenu: *Dominus licita faciet prohibita, & contra.*

* Edom. Pſal. 80. 14.

Quod autem præterea objicitur de nominibus menſium, quæ mutarunt diebus Ezræ; non eſt iſtud deſtructio neque immutatio. Quid enim prohibet, ſi nos cogamur alia uſurpare nomina menſium, modò non recedamus à numero eorum? Cùm enim quis tantùm interpretatur atque declarat nomina, quæ in Scriptura occurrunt, is non evertit ea: quia nomina legis omni modo fixa permanent in ſuis locis.

Inſuper adducit ſapiens ille (autor Ikkarim) probationem ex Midraſch chaſit, ad verſum: *Oſculetur me oſculis oris ſui,* ad declarandum, fieri poſſe, ut lex noſtra ſancta varietur; cùm dicant ſapp. cel. m. *Ait R. Iehuda: Iſtâ horâ, qua audiverunt Iſraelitæ:* Ego ſum Dominus Deus tuus: *&* Non habebis deos alienos, *infixa fuit cordibus eorum doctrina legis, & didicerunt, neque obliviſcebantur; & acceſſerunt Moſen, eique dixerunt: Moſe mag.n. Agas tu* פרוסבינן *h.e. legatum inter nos, ſic dicitur:* Loquere tu nobiſcum, & audiemus; *ut iterum diſcamus, & obliviſcamur dicti iſtius: Hic Moſes caro ac ſanguis tranſiit, etiam doctrina legis illius periit h.e. oblivioni tradita eſt. Reverſi ſunt, atq; acceſſerunt Moſen, atque dixerunt ei: Moſe utinam (Deus) ſecundâ vice nobis revelaret:* Vtinam nos oſcularetur oſculis oris ſui: *Reſpondit eis: Non jam, ſed in futuro ſeculo, ſicuti dictum eſt: Dabo legem meam in cordibus eorum.* Hactenus verba ejus. Miror autem de hoc ſapiente, quomodo adducat iſtam ſententiam, ut ex ea probet atque demonſtret, legem fore mutabilem: poſtulatum enim Iſraelitarum erat, ne oblivione ſepeliretur lex in cordibus eorum, quam per manus Moſis acceperant; non erit alia lex: abſit ac pax!

Cant. 1. 2. Cant. 1. 2. Ier. 31.

Ex

Ex reſponſione autem Moſis diſcimus, hoc idem etiam reſpondere verſum, cùm ait: *Dabo legem meam in cordibus eorum*, q. d. Hujus meæ legis, quam nunc dedi, obliviſcentur; ſed diebus Meſſiæ redibit, ut maneat in cordibus eorum; non alia lex.

Poſſumus etiam alio modo procedere in ſolutione hujus dubii; videl. quod æternitatem legis oporteat intelligere de generalitate ejus, h.e. lege ſcriptâ cum expoſitione, prout eam Moſes in Sinai accepit, ac omnibus iſtis, quæ fecerunt prophetæ atq; ſapientes omnis ſeculi, ſive pro certo tempore, ſive per modũ ſepimenti, ſive cum additamento & diminutione contra iſtud, quod perſpicuè ſcriptum eſt in lege.

Idem quoque teſtantur de mutationibus futuris diebus Meſſiæ, in ceſſatione feſtorum, & reditu חזיר (h.e. porci) atque his ſimilibus. Omnia iſta ſunt ex ſubſtantia legis, ac à Moſe fuerunt dictata & præcepta in Sinai, ut præſtarent ſuo tempore; ſive eſſet præceptum de ſpecialibus, ſive etiam de generalibus: ac ipſe, (ſuper quem pax) docuit ea per traditionem oris ab ore. Quia autem iſta ſunt è ſubſtantia legis, hinc licitum fuit Elihu offerre in altari extra ſanctuarium; ipſi enim hoc traditũ erat, ut hoc modo faceret tempore neceſſitatis, veluti tunc erat.

Hac quoque ratione Salomo conſtituit Heterogenea ac manuum lotiones, faciens hoc ſecundum iſtud, quod intenditur in expoſitione legis. Atque propterea ajunt: *Quod ſenatus poſſit aliquid exſtirpare è lege, cùm dicatur: Et ne facias*; Quia hoc etiam eſt ex ſubſtantia legis iis traditæ; atque ad hoc excitandum præcepit Deus: *Non recedes à verbo, quod indicarint tibi, dextrorſum & ſiniſtrorſum*, ac inquiunt ſapp. l. m. *Etiamſi dixerint tibi de dextro, quod ſit ſiniſtrum.* Non autem eſt ſcopus eorum, cùm iſta aſſerunt, dicere, quod ſapientum ſit eradicare aliquid è lege, & contra eam aliquid ſtatuere; quod indicat de dextro, quod ſit ſiniſtrum, contrà quàm apud nos obtinet: Sed non ita eſt; quia iſtud, quod ſtatuunt ſapientes, eſt è ſubſtantia legis ejuſque veritate, atque verè dextrum eſt in ejus expoſitione, neque eſt exſtirpatio, vel ſiniſtrum, vel variatio, aut immutatio; niſi in comparatione ad illud, quod nos opinamur de iſtis verbis legis, atque judicamus juxta hoc de literali ejus ſenſu: quia præter hoc omne extant ac præcepta ſunt omnia iſta alia in traditione, ſive per præcepta ſpecialia, ſive etiam per virtutem præcepti generalis. Quicquid autem faciemus, aut agendũ erit, iſtud omne ſit ex ſubſtantia legis, atq; ad æternam ejus perennitatem.

Deut. 17. 11.

En ex hoc toto manifeſtum eſt, legem divinam, quam poſſidemus, eſſe æternam, nec fieri poſſe, ut varietur aut immutetur. Atque hoc eſt, quod volui exponere.

NOTÆ

NOTÆ AD CAPUT XIII.

OMnibus examinandis non immorabimur, sed tantùm iis, quæ ipse Abravanel tanquam validissima producit, ad indefinitam atque æternam Mosaicæ legis durationem statuminandam; deinde etiam exceptiones præcipuas autoris ad quædam magistrorum dicta, hanc legis æternitatem enerventia, expendemus.

Argumentum unicum & palmarium ipsius autoris, hinc inde dispersum, ita in arctum cogere poterimus: *Mutatio legis, vel totius, vel alicujus partis, repugnat infinitæ sapientiæ legislatoris, omnia ob fixum & certum finem agentis.*

In hujus rationis allegatione semper præsupponitur vel reticetur unicum Κρινόμενον, ita supplendum: *Variatio legis, quam absolutè æternam atque immutabilem esse voluit Deus, adversatur ejus sapientiæ*: hoc enim pacto non amplius subjecta erit ejusmodi legislatio voluntati divinæ mutandi legem, sed in necessariam transiit; atque fundamento irrevocabilis decreti subnixa erit. Eo sensu ultrò etiam largimur, neutiquam perfectissimæ Dei sapientiæ convenire ejusmodi statuti variationem; atque huc etiam respicere Malachiam (eo fine ab autore productum) judicamus, cùm facit Deum ita loquentem: * *Ego Dominus non mutor*; licet ibi propriè Deus videatur loqui de voluntatis ac beneplaciti sui mutatione in diligendis probis ac puniendis sceleratis, uti Raschi exponit. Itaque prius demonstrandum fuisset scriptori nostro, Deum huic necessitati se adstrinxisse, nunquam legem suam vel abrogandi, vel derogandi: sed in eo vel sedulitatem vel Scripturæ suffragium ipsi defuisse, legenti integrum caput evadet manifestum.

Locum Deut. 12. 32. satis Albo enervavit, & frustra laborat Abravanel vim hujus expositionis infringere quæsitâ suâ distinctiunculâ de *articulo* & *præcepto*, istis verbis comprehenso; mandatum, ait, quidem hoc speciale Israelitis fuisse datum, ne quid verbo addant, vel quicquam imminuant; sed iis quoque hunc subesse fidei articulum, nullam omnino legis fore mutationem, *etiam respectu Dei*. Primò, ipse hoc responso evertit axioma suum, sæpius in hoc libello iteratum, scilicet: *Speciale aliquod præceptum non posse fidei articulum constituere*. Deinde, quis non animadvertit, contortam planè ac violentam esse hanc interpretationem? *Non addes, nec minues*; h. e. non addetur, aut minuetur. Orationis restrictæ conditio neutiquam tam liberam admittit extensionem. Merum itaque εὕρημα est, cùm inde conatur extundere fidei normam.

Ad locum Deut 30. 12. responsum fuit ad cap. 9. not. 3. Iesode ha-thorah; quibus addere possumus suffragium R. Iahacob Hacsæi in præfatione sua, præmissâ Seder Nesim, (Misnæ parti, de Mulieribus agenti, quam ex Arabico sermone in Hebræum transtulit,) ubi vers. 11, 12, & 13 exponit, atque verba vers. 12, *Non est in cœlis*, vult continere proverbialem loquendi modum, ad indicandum, non arduo, difficili aut impossibili labore opus esse ad legis tum intelligentiam, tum observationem; sicuti, inquit, in scientiis humanis usu venit, ubi multis thesibus, expositionibus, comparationibus atque ambagibus ingenium defatigatur: Sed cuncta hîc plana, clara intellectu, & facilia præstitu esse. Videatur ipse dicto loco, ubi fusiùs hæc diducit.

Cùm verò autor noster nulla, præter hæc duo, adferat testimonia pro legis suæ æternitate, nos etiam reliqua, ab aliis adferri solita, non ventilabimus.

Sed ut paulò pressius agamus, nihil vetare dicimus, quò minus Deus totam etiam legem (imprimis cùm pro certo tempore voluerit eam latam; ut mox de Mosaica videbimus lege) pro beneplacito immutare possit. Nam actus iste legislationis, utpote à libera ejus voluntate procedens, nihil derogat sapientissimæ ejus providentiæ, postmodum effectui dandæ; sed mutatis rebus, hanc ita immutat, ut istum attemperet earum rationi, prout ipse Albo legibus Adamo, Noacho, &c. datis illustrat. Ejusmodi itaque variatio actionum nullam arguit voluntatis divinæ vel inconstantiam vel levitatem, aut naturæ aliquam imperfectionem. Constantis est persistere in animi proposito, nisi quid inter-

* *Mal. 3. 6.*

intervenerit, cujus ratio non immeritò haberi possit, quodve in aliam sententiam flectere voluntatem jure queat. Itaque cùm mutat aliqua ratione sententiam, non mutat tamen eatenus, quatenus eam voluit esse mutabilem. Atque idem in legislatione novæ legis usu venisse, non tantùm prophetarum suggestu significavit, sed & propriis testatum fecit vel mandatis vel indultis. Unum alterumve ex rituum & judiciorum (de moribus enim nullam iis movemus litem) cumulo prodeat indicium.

Sollicitè interdictum erat Exod. 29. 33. Levit. 24. 9. Lev. 8. 31. & Num. 18. 9. ne quisquam vesceretur panibus propositionis, nisi qui ex tribu Levi esset, aut sacerdotali fungeretur munere, & nihilominus
1 Sam. 21.6. Davidi permissum fuit eos comedere; neque constat à Deo vel à propheta factum hoc reprehensum fuisse.

Novi quidem eos hîc ad fictiones confugere; sed eas nullius ponderis esse illico, vel strictim examinanti, manifestum fiet. Inter istas etiam jure recensetur, cùm volunt, facti hujus pœnas dedisse Sacerdotes, à Saule in excidio Nobi trucidatos, atque hac ratione neglectum divini præcepti justo Dei judicio in iis vindicatum fuisse. At verò hoc est culpam Davidis (si ita appellanda sit) in Sacerdotes innoxios transferre; non horum, sed illius fuit hæc petitio.

Deinde etiam posito Achimelechum saltem officii sui memorem non fuisse, quid hoc tum ad reliquos Sacerdotes? quibus vel insciis vel non præsentibus panes hos Davidi tradidit. Iniquum est culpæ unius hominis innoxios omnes implicari. Sed & nullum hîc Achimelechi crimen intervenisse satis propria Davidis indicat confessio, dicentis Eleathari: *Ego in*
1 Sam. 22.22. *causa fui in omnem animam familiæ patris tui*; ubi omnem excidii hujus culpam sibi adscribit.

Nec quicquam causæ ipsorum proderit commentum de panibus תודה *confessionis vel eucharisticis*, de quibus agi volunt, Levit. 7.13. quorum esum extraneo etiam permissum volunt, siquidem inter קדשים קלים sancta leviora reputantur. Sed ne jam examinem discrimen de קדשי קדשים *sanctis sanctorum*, & קדשים קלי, *levioribus*, quod licet admitti possit, tamen nihil cogit, ut, hi panes inter leviora sancta recenseantur, cùm in loco Num. 18. 9. omnis Korban vocetur קדשי קדשים *Sanctum sanctorum*, cui etiam in Siphre annumerant panes facierum. Et unde quæso norunt, hosce panes fuisse *Eucharisticos*, non verò propositionis? contra potius vers. 7. disertè vocatur panis facierum. Imo quis liquidò monstrabit, ejusmodi eucharisticos panes unquam fuisse? Constat quidem, in sacrificio eucharistico panem fermentatum cum collyridis fuisse adhibitum; sed tum non nisi respectu potioris partis vocabitur eucharisticus panis. Et dato etiam, in Samuelis loco sermonem esse de panibus eucharisticis, nihilominus Davidi illicitum fuisset iis vesci, ex vi legis Levit. 7.14. ubi manifestò jubetur, ut panis iste Sacerdotis sit. Quod verò alii tradunt, eos, cessante thuris suffito, (de quo Levit. 24. 6.) communis usûs esûsq; factos fuisse, atque מעילה vel consecrationem tum desiisse, & Davidem iis vesci potuisse, cùm post factam suffumigationem postulasset; eadem facilitate rejicitur, quâ adseritur; nec fidem meretur, nisi assertionis suæ proferant documentum. Tantùm verò abest ut hoc faciant, ut sole clarius contrarium, Levit. 24.9. doceatur. Ex quibus omnibus manifestum fit, nil nisi merum Κρησφύγετον esse, dum conantur ope hujus distinctiunculæ elabi. Hisce etiam addi potest de Sabbathi violatione in expugnatione Hierochuntina, prout communis fert magistrorum sententia. Vid. R. Chajiam in Iosuam cap. 1. fol. 48. Idem usu venisse ajunt in noviluniorum nunciatione, si legati longiùs urbe abessent, licebat iter ingredi, quò Curiæ indicium fieret. Vid. Rosch a-sana cap. 2, 3, 4, 5, & 9. Sic quoque ubicunque vitæ periculum evitari potest neglectu Sabbathi, permissum est ejus observationem seponere; uti ex Ioma cap. 8, 9, 6. aliisque infinitis constat locis.

Hac adstructâ ceremonialis statuti violatione, de judiciorum trangressione, expendendum venit factum ab eodem Davide profectum 2 Sam. 21. 9. ubi Gibeonitis concessit, ut septem viri septem mensibus suspensi manerent, sive à 16 Nisan usque ad 17 Marchesvan, contra disertam legem Deut. 21. 23. Hîc ex ipsorum confessione legis

legis violatio fuit : & tanquam confeſſum à R. Ieſaia & Raſchi admittitur, quorum ille ad locum Deut.31. reſpondet hoc factum fuiſſe על פי הדיבור ex mandato oraculi : Ille, conſultum fuiſſe ut יתעיקר אות מן התורה ויתקדש שם שמים בפרהסיא *eradicaretur litera ex lege, nomenque Dei publicè ſanctificaretur.* Cùm itaque ipſi agnoſcant divino vel juſſu vel permiſſu legem hanc judiciariam pro tempore derogatam fuiſſe, noſtram magnoperè firmant ſententiam, videl. Deum hoc ſimilibuſque juſſis teſtatum feciſſe, legem hanc ſe non perpetuam eſſe voluiſſe, ſed pro beneplacito ſuo poſſe ac velle derogare, mutare atque abrogare. Atque hoc nobis jam ſufficit ad infringendam legis tum ceremonialis, tum judiciariæ abſolutam & nunquam finiendam æternitatem.

Antequam excutiamus reſponſiones autoris ad magiſtrorum dicta, non abs re erit his ſubjungere eorundem confeſſa, quorum autor noſter non meminit, de legis hujus, primò totius, deinde partium, abrogatione. Sic de nova lege per Meſſiam ferendâ ajunt in Ialkuth ad Eſai. 2. 7. וה"קבה יושב ודורש הורה הרשה שעתיד ליתן על יד משיח : *Sanct. Bened. conſidet atque expendit novam legem, quam daturus eſt per manum Meſſiæ.* Idem ad Pſal. 2. 7. ubi de Meſſia etiam ſermo : עתיד אומר הק"בה עלי לכרות לו ברית הרשה : *Dicturus eſt Deus adſcende ut novum fœdus cum eo percutiam.* Quibus indicant, aliud fœdus aliamque legem Deum laturum tempore Meſſiæ : Solent iſti in voce חדש ludere, quaſi non denotetur eâ innovatio, ſed renovatio atque confirmatio, uti R. D. Kimchi ad locum Ier.31.31 inquit, ut non חדוש ſeu *innovatio*, ſed קיום *confirmatio* intelligatur : ſed prætérquam quod plane inſolens eſt hujus vocis expoſitio, etiam verbis prophetæ repugnat ; diſtinguit enim hoc fœdus ab iſto, quod Deus pepigerat cum Iſraelitis, ex Ægypto eductis, uti verſ.32. liquidò indicat ; ne alia proferam Ebræorum interpretamentum evertentia : non enim jam nobis animus eſt hunc locum pluribus excutere.

Quod ad ſpecialium præceptorum attinet abrogationem, de ſacrificiis ipſi magiſtri ſtatuunt, ea penitus abolenda eſſe, excepto euchariſtico, tempore Meſſiæ ; in hunc ſenſum ajunt in Schebahot cap. 2. & Ialcuth. ad fin. Ezræ. כל הקרבנות בטלות לעתיד לבא התודה אינה בטלה שנ אשלם תודות לך : *Omnes oblationes ceſſabunt in futuro ſeculo ; confeſſio verò, aut gratiarum actio* (vel euchariſticum ſacrificium) *non ceſſabit.* Quid manifeſtis hiſce opponi poſſit verbis non video, niſi quod generalis non ſit magiſtrorum hilcha : at nobis jam demonſtraſſe ſufficit, non defuiſſe etiam inter antiquiores ipſorum doctores, qui legis, ſaltem ex parte, derogationem agnoverint ; nec ita æternitatem ejus cum hodiernis urſerint.

Huic alia poſſunt adjungi, quæ ab autore noſtro proferuntur, ſimulque eadem conatur diluere, quàm ſolidè, jam lubet expendere. Inter iſta gregem ducit hoc ex Vaicra Rabah כול המועדים בטלים חוץ מפורים ויום הכפורים *Omnia feſta ceſſabunt, præter feſtum purim & diem expiationum.* Exceptio ad hoc dictum nimis frigida ac diluta eſt, quàm ut valeat offuſcare ejus manifeſtam veritatem. Et revera nihil adfert, cùm inquit, iſtam ceſſationem non fore ipſorum feſtorum abolitionem, ſed tantùm recordationis aut memoriæ illorum deſitionem. At verò quid eſt aliud feſtum, quàm ſolemnis celebratio memoriæ de re aliqua grata vel triſti ? Ceſſante itaque memoriâ rei, cujus gratiâ feſtus dies inſtitutus eſt, etiam feſtum abolitum eſſe meritò cenſetur : cùm præcipua atque eſſentialis quaſi pars feſti ſit ipſa recordatio ; prout ipſi quoque inter requiſita rité celebrandi feſtum primo loco ponunt recordationem, narrationem atque recenſionem factorum, miraculorum atque rerum, ob quas fuerunt ordinata. Vid. Maim, Chamatz ve-mazach cap.7. p. 1,2. Et rectè: nam ita indivulsè hæc ſe comitantur, ut unum abſque altero aut eſſe vel ſubſiſtere nequeat. Oblivio itaque miraculorum, iſtis diebus editorum, ſatis arguit, etiam feſtorum nullam habitum iri rationem.

Et cur potius feſtum Eſtheræ atque Cipurim vigebit, quàm alia ? in iis non minus occurrunt miracula, ipſo Abravanele fatente, quam in aliis. Neque enim hæc fuerunt illuſtriora quàm in deſerto aut Ægypto facta viſaque ; imo minus auguſta, ut potius inde colligendum eſſet

hæc oblivione ſepultum iri, atque penitus offuſcatum iri ſplendore miraculorum, diebus Meſſiæ edendorum. Et ſi memoria triſtitiæ atque miſeriæ delenda eſt ex animis Iudæorum, cur non etiam calamitatis atque afflictionis, ab Hamano perpeſſæ? Forſan dicet cum autore Thiphereth Iſrael cap. 53. ideo non abolitum iri utriuſque feſti celebritatem, quia הם לפני סדר עולם התחיה *ſunt* (ut loquitur) *propter ordinem mundi reſurrectionis*, ejuſque veluti typum gerunt: Vti enim reſuſcitatio homines in vitam revocabit, ſic & in feſto expiatorio peccator, antea factus quaſi piacularis hoſtia & mortis mancipium, vitæ reſtituitur. Sic quoque in feſto Purim, priùs nil niſi patibulum & gladium exſpectantes, præter & contra omnem opinionem libertate ac vitâ donantur. Sed cur idem non obtinebit in Ægyptiaca liberatione? Sanè hîc multò illuſtrius argumentum ſe offert receptæ vitæ, quàm in utroque iſtorum. Duriſſima enim & diuturna ſervitus non tam vita quàm mors appellanda eſt; imo deterior ipsâ morte cenſeri debet. Tum etiam revera ex ipſa morte non ſemel (ut factum in Hamanis excidio) ſed ſæpius erepti fuerunt; uti ab exercitu Pharaonis, inhærente ipſorum tergis, ab Amalekitis, aliiſque gentibus. At verò autor noſter cum magiſtris ſuis vult, exitum Ægyptiacum non commemoratum iri Meſſiæ tempore, ne ſcil. miſeriæ atque afflictionis iſtius recordatio obnubilet ſolidam lætitiam iſtius ſæculi. Quis verò (ut eâdem operâ hoc dictum expendatur) hîc non videt manifeſtam præcepti abrogationem? Verba jubentis (ipſorum
Deut. 16. 3. judicio) ſunt: * *Vt recorderis, vel commemores, diem exitûs tui ex Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ.* Inſulsè autem hæc: *Omnibus diebus vitæ tuæ*, extendunt non niſi uſque ad tempus Meſſiæ. Ineptior verò ratio hujus ſilentii (à R. Bitzleel in Tipheret Iſrael producta cap. 25.) eſt: quia non opus erit multiplicatione beneficiorum, aut recenſione felicitatis alterius tempore Meſſiæ. Hac ratione omnia miracula & beneficia, Iſraelitico populo præſtita, æternæ oblivioni dabuntur Meſſiæ diebus. Adde, hac recenſione aut recordatione ſublatâ, etiam ſimul tolli præcepta huic annexa, uti de mactatione agni Paſchalis, de fermenti expurgatione atque azymi eſu: Hæc enim omnia cum recordatione connectuntur, ita ut hæc plenè ac ritè fieri nequeat, uno eorum ablato. Sed ut à diverticulo in viam revertamur: Feſtum Eſtheræ cùm non nitatur aliquo inſtituto divino, ſed humano, cur hoc æternitatis privilegio præ aliis gaudebit? Certè ne gry quidem occurrit celebritatis hujus divinitùs inſtitutæ in hiſtoria Eſtheris. Autor enim hujus & primus inſtitutor traditur fuiſſe Mardochæus. Vid. Eſth. 9. 2. Imo tantùm eſt ex ipſorum ſententia inſtitutum Scribarum, vid. Maimon Megilah cap. 1. par. 1. Et hoc pacto plus autoritatis meretur humanum inventum quàm Dei juſſum. Tum, quid opus erit feſto Cippurim, jejuniis, atque mœroris ſignis, ubi cuncta gaudiis & jubilatione reſonabunt? Denique, quorſum peccatorum expiatio, divinæ iræ placatio, cùm jam Deus ſe amiciſſimum Iudaicæ genti exhibebit; ubi nihil impuri in Iſraele amplius habitabit? Deus inſculpet legem ſuam ipſorum cordibus. Quorſum tunc anniverſaria expiatio? Quæ cuncta ſatis arguunt, quàm futilis atque quæſita ſit hæc autoris noſtri reſponſio, utpote nulla vel rationis ſpecie ſuffulta.

Idem quoque judicandum eſt de reſponſo ad veterum dictum, quod videl. Deus porcinæ carnis eſum ſit Iudæis conceſſurus tempore Meſſiæ: Nàm licet pro exiguo temporis ſpatio, ut ipſe vult, ejus permittendus ſit eſus, tamen inde planè evincitur, præcepta de ciborum delectu non æterni uſûs eſſe; uti & ex eo, cùm addit, ſuillam carnem Iſraelitis indultam fuiſſe in ſubjugatione terræ Canaan; quanquam hoc tantùm ex lacunis traditionum hauſtum videri debeat.

Ad locum ex Siphre depromptum בית דין מתנין לעקור דבר מן התורה בשב ואל תעשה: *Domus judicii docet exſtirpare aliquid è lege, cùm reſpondeatur: Et ne facias*, revera nihil adfert, ſed tantùm ad familiare ipſi confugit reſponſum; ejuſmodi poteſtatem Senatûs non obſtare legis integritati, nec quicquam decedere ejus durationi, cùm iſtud etiam exercetur. At contra ſe rem habere, inde evincitur; quod hac ratione Curia Iudaica ſibi indulgeat facultatem derogandi & abrogandi legem, ſi non totam, ſaltem ex parte; inprimis ubi agitur

tur de interdictis & præceptis, quæ omnia (etiam ex ipsorum confessione) ad essentialem legis faciunt integritatem: ut eorum uno vel ablato vel cessante, statim laboret intemerata legis observatio. Iam verò Sanhedrin etiam præcepta derogare, abrogare, constringere & laxare posse, vel hoc unum abundè testatur, obvium in ipsorum scriptis: * יש רשות לבית דין לאסור דבר המותר שהרי כדי לעשות סייג לתורה אסורוהו שלא יהא איסורו מן התורה : *Domus judicii habet potestatem illicitam faciendi rem licitam; ut enim faciat sepimentum ad legem, illicitum faciunt, quod non fuisset vetitum ex lege.* Sic & R. Meir in Avodat Kodesch, part. 3. cap. 34, ad locum: **Observate observationem meam, Et tradiderunt f. m. Sapp. in expositione hujus: Facite observationem ad observationem meam;* נראה שנתן להם רשות על זה להדש גזרות אחרות זולת מה שגזר עלינו הגוזר האמיתי : *Vnde apparet dedisse* (Deum) *ipsis*, scil. Sap. *facultatem condendi alia decreta, præterquam istud, quod constituit nobis verus judex.* At verò quis non palpat, quam imbecilli fulcro tota hujus Curiæ nitatur autoritas? Vnde quæso vel levissimè deprehenditur, verba hæc tantùm Senatui Iudaico esse dicta, non verò cunctis Israelitis? Si interdicta videantur de incestu, adulterio, vagaque libidine, isto pertractata capite, nihil insulsius erit, quàm ad Israeliticam Curiam hæc restringere. Tum quo pacto extundetur ex his verbis שמרתם משמרתי *Observate observationem meam*, עשו שמרתה למשמרתי *Facite observationem ad meam observationem*? ac si hîc plena facultas concedatur Senatui, præcepta divina mutandi, augendi, derogandi vel abrogandi. Hoc pacto licebit idem commentum sequi in eadem phrasi, ut Levit. 8. 35. *Observate observationem Domini*, ubi sicut agitur de custodia templi, à Levitis peragendâ, sic & illic de observatione castæ pudicæque vitæ. Vnde manifestò liquet, quàm rata sit hæc Senatûs potestas habenda, quæ adeo peregrinis & absonis suffulta est interpretamentis.

Secunda ejus exceptio nihil in recessu habet, cùm ait, legis perpetuam durationem intelligendam esse in genere de utraque lege, scriptâ & non scriptâ, junctim sumptâ, atque de omnibus augmentis, detractionibus & glossematis, supra vel contra quàm in lege extat. Quot verba, tot ferme absurda hic profert, & ubique impingit in crassum paralogismum. Vnde enim constat, hanc perpetuitatem legi orali tribui? Num ex lege scripta? At nihil certius, quàm altum ubique ea de re esse silentium; nec aliter fieri potest, cùm nihil de hac Moses in Sinai somniaverit, nec Israelitæ tam nugax ab eo hauserint figmentum; ut passim ex cultu eorum observare licet: Quorsum enim Thummim & Vrim, cui usui repetita essent oracula, si jam omnes casus definitos, enumeratos atque decisos, Moses ex ipsius Dei percepisset institutione? Deinde, unde innotuit ipsis, omnes expositiones, interpretamenta atque annotationes doctorum in legem scriptam, Mosi fuisse in Sinai propositas atque expositas? Ad has angustias redacti, perpetuò ad Thalmudicum confugiunt subsidium: misera sanè responsandi est ratio, ubi circulatorum more ad priores recurrendum est ineptias.

*Moses Kotzi ad pracept. affirm. 364.

* Levit. 18. 30.

Forsitan dicent, insulsum esse de fidei principiis urgere velle probationem; sed traditionis authoritatem per ipsam probari Kabalam. Sed & de hoc maximè quæritur: Nam hoc principium vel judicant disjunctum esse à lege scripta; vel unum cum ea facere. Si istud, tum duo statuent principia; quod nec ipsi admittunt, cùm utramque legem simul acceptam, unicum fidei faciant principium. Si hoc, quomodo unum idemque principium sibi ipsi contrarium esse potest? cùm enim duæ sunt repugnantes sententiæ de præcepti sensu, una earum vera, altera falsa sit oportet, & nihilominus falsa etiam nixa erit verbis legis, sicuti Hillelis & Sammai rixas & altercationes (uti cap. 9. Iesod. hathora indicavimus) ajunt divino suffultas fuisse verbo. Imo, qui fit, ut quandoque etiam statuta occurrant ipsis præceptis opposita? veluti hoc, *Cælebs, si rem habeat cum soluto, non sit meretrix*; aliaque? Omnium maximè verò hanc Abravanelis explicationem enervat istud, cùm ait, sub hac legis æternitate comprehendi etiam additamenta & diminutiones על מה שכתוב בביאור בתורה *Supra, præter, vel contra id*, (sed mitiori accipiatur sensu) *quod in lege manifestò scriptum est.* Hoc enim ipse agnoscit, legem scriptam nec esse perfectam, nec perpetuò observatam. *Prius*, cùm additio-

nibus auctam fatetur; & de imperfectione ipsi lubentes fatentur, licet contra exclamet Psalmista: *Lex Domini perfecta*, תמימה. *Posterius*, cùm imminutam dicit in eo, quod perspicuè in ea consignatum erat. Iam si legis inviolata perpetuitas etiam in detractione partis alicujus sita est, cur non & hodiè licebit sapienti idem pro temporis oportunitate imitari? Nam si hoc non obest ejus æternitati, sed potius arguit legis perpetuam observationem, non culpa sed laude dignum esset, pro circumstantiarum commoditate præcepta restringere & derogare. Et quid tandem inde aliud exspectandum esset quam legis universæ πανολεθρία? Si enim in uno hoc valebit præcepto, cur non & in altero? Potestas hæc ad omnia se indiscriminatim extendet, aut numerus certorum assignandus est præceptorum. Sed, inquiet, jam in Kabala definitum est, quomodo, quando, aut in quibus casibus id fieri oporteat. Contra dicam; casus sunt fere infiniti, nec certo numero circumscribi possunt.

Psa. 119.

Tandem omnibus frustra conquisitis, in eo proram & puppim solutionis ponit, quod additiones, diminutiones, &c. etiam ex ipsa legis desumptæ sint substantia: At nihil stolidius hoc effato fingi potest; Nam (ut jam non examinem additamenta) Si legem *scriptam* hic intelligit, ubi vel mica hujus indulti; ut postulante rei aut temporis necessitate sapiens præceptum mutilet, vel deroget? Neque enim hoc indicat locus Deut. 17. 2, ab ipso productus, nam ibi non est sermo de expositionibus, assumentis & imminutionibus doctorum præter & contra legem factis, sed de sententia, ex ipso libro legis petitâ, uti proximè antecedentia apertè evincunt: *Ex præscripto legis, quam docuerunt te.* Si verò *non scriptam*, jam εἰς ἄλλο γένος transilit noster; non de imminutione legis Scriptæ quæritur, an desumpta sit ex ejusdem substantia; contra verò autor noster hoc refert ad traditiones: atque ultro etiam agnoscimus omnes doctorum imminutiones ex hac cænosa exhaustas esse lacuna; & de eo nulla ipsi lis movetur; sed tantùm de priore. Etiam ipsi largimur, de legis scriptæ desumptas esse substantia; nam istud propriè est diminuere, cùm mutilatur, ac truncatur integrum; & istud revera etiam de corpore legis hi arrogantes & superciliosi machinantur magistri. Nec quicquam ponderis apud cordatiores obtinet, quod oralis traditio istam potestatem deferat magistris: Prius demonstrandum fuisset, jure & rectè hoc fieri; sed istud neque in hoc neque in futuro suo præstabunt sæculo.

CAPUT XIV.

De solutione dubii quinti.

AD dubium V. Quomodo numeret Rab adventum Messiæ articulum? cùm, etiamsi sit vera fides, non tamen sit fundamentum, ut cum istius eversione corruat lex. Respondeo ac dico, Rab visum fuisse adventum Messiæ constituere articulum, propter rationes.

Prima est: quia adventus Messiæ est quædam species retributionis per præmium ac pœnam; quemadmodum extat in propositione 5. Cùm autem præmium & pœna sint propriè articulus, non absurdum erit, si hoc etiam modo adventus Messiæ fuerit articulus.

Secunda ratio: quia plurimi prophetarum, ac qui loquuti sunt per Spiritum S. multas effuderunt querelas super istud, quod justo malum, impio autem bonum obveniat; adeo ut multi sapientes propter istorum considerationem sustulerint providentiam divinam: at-

que

que propterea poſtquam Rab articulis inſeruiſſet Præſcientiam, Providentiam divinam, Præmium ac pœnam, ob eandem etiam rationem congruè conſtituit duos poſtremos articulos de Adventu Meſſiæ, atque Reſurrectione mortuorum; ut hoc modo ab iis removeret omne dubium ac hæſitationem, quæ ſe inſinuat animo hominis, de providentia atque judicio divino; prout etiam in 5 propoſ. commemoravi. Et propter hanc conſiderationem æquum fuit, ut conſtitueretur hæc fides articulus.

Rat. 3 eſt: Quia adventus Meſſiæ expoſitus eſt in lege, prophetis & hagiographis; Dominus enim noſter Moſes & omnes prophetæ, qui eum ſunt conſecuti, de illo teſtantur; & qui hoc modo locuti ſunt per Spiritum S. omnes illi conveniunt, prænunciant atque loquuntur de adventu regis Meſſiæ: Sicuti etiam idem probavi perfectâ atque perſpicuâ demonſtratione in tract. Schamiah Ieſchuhá, quem de adventu Meſſiæ concinnavi. Quapropter, qui negat ejus adventum, certè is negat ipſam legem, prophetas ac hagiographos; quia iſti omnes de eo teſtati ſunt. Et propter hanc probationem oportet hanc fidem numerare inter articulos legis.

Quod verò Rabbi Hillel aſſerit in cap. Chelek, fol. 98. *Non habent Iſraelitæ Meſſiam, quia eo jam potiti ſunt temporibus Hezekiæ*, jam de eo ſcripſi in lib. commemorato, non eſſe intentionem ejus negare adventum Meſſiæ (abſit.) Neque etiam eſſe Meſſiam in Iſraele ex neceſſitate verſuum: cùm omnia iſta, quæ apud Eſaiam dicuntur de Meſſia, exponenda ſint de Ezechia, rege Iehudæ: Et quod, ſi ita ſe res habeat, Hillel non crediderit adventum liberationis propter Scripturas, ſed propter traditionem; quia omne iſtud eſt alienum juxta literalem ſententiæ ſenſum. Sed revera eſt intentio ejus, duos eſſe terminos adventûs Meſſiæ: Primum tempus eſt * poſſibilitas vel contingentia adventûs ejus, videl. cùm meriti fuerint Iſraelitæ, ac fecerint pœnitentiam coram Deo: quia tunc valdè maturabit opus ſuum, atque antevertet adventum ſuum. Secundus terminus eſt, † neceſſitas adventûs ejus tempore iſto noto apud Deum, etiamſi Iſraelitæ non fuerint purgati, aut egerint pœnitentiam: quia finem determinatum ac notum apud Deum non tranſgredietur, ne in eo veniat. Atque hoc eſt, quod de eo prædixit Daniel ſub finem libri ſui: iſtud autem de duobus illis terminis expoſuêre ſapp. l. m. in Chelek pa. 98. *Ego Dominus ſuo tempore feſtinabo, ſi non promeriti fuerint: ſuo tempore, ſi commeriti fuerint feſtinabo*, q. d. etiamſi non fecerint converſionem, neque fuerit in iis puritas, tamen erit tempus determinatum, cùm *accedet certiſ-*

* אפשרות

† חוב

Eſa. 60. 22.

Habac.2.3. *certissimò, qui venturus est, neque tardabit:* Sed ubi mundi erunt redditi, ac egerint pœnitentiam, tum festinabit antevertere tempus istud adventûs Messiæ. Ad hoc etiam attendunt, cùm dicunt: *Non veniet filius David nisi ad generationem, cujus omnes vel sunt puri, vel impuri.*

Est autem sententia Rabbi Hillelis: *Non est Israelitis Messias:* q.d. non veniet Messias propter eos, h.e. propter meritum eorum ex conversione, sed tempore possibili. Atque hoc est, quod jam compotiti sint eo temporibus Hezekiæ. Commemorat autem dies Hezekiæ idcirco, quia Deus ben. anticipavit præstare Hezekiæ eximium miraculum & multam clementiam, eò quod percusserat regem Assyriorum plagâ centum & octoginta quinque millium virorum unâ nocte; cui similis non fuerat dies vindictæ Domini de inimicis suis, etiamsi seculum ejus ad hoc non esset conveniens; veluti cùm ait 2 Reg.3. scriptura: *Constitui hanc civitatem servare propter me ac servum meum David;* non autem dicit, propter familiam Hezekiæ. Atque hinc ait, istud miraculum impedivisse adventum Messiæ ad Israelitas; quia merita eorum sunt diminuta per istius miraculi atq; eximiæ benignitatis præstationem, quam erga illos exercuit: est enim è genere miraculi, quod conveniret illis præstare diebus Messiæ; sicuti etiam dicunt sap. l.m. in cap. Chelek. pa.94. *Quæsivit Deus ben. ex Hezekia facere Messiam, & Sannecheribo Gog ac Magog, q.d. Deus pugnabat in prælìis ejus, & ille in quiete; quemadmodum futurum est, ut fiat à rege Messia in bello Gog* Zecar.14.12. *& Magog, sicuti de eo dicitur.* Tabefaciet carnem cujusque, ipso stante super pedes suos, & oculi cujusque tabefient in foraminibus suis, &c. Et locuta est ex lege justitiam coram Deo, Domino mundi. *Sed Davidem, qui tot concinnavit tibi cantica ac laudes, cur non fecisti Messiam? pugnando scil. in prælìis ejus miraculoso ac prodigioso modo, sicuti futurum est, ut* Ios.11. *fiat à rege Messia; de quo dicitur:* Est in quiete gloria ejus, *h.e. gloriam sibi comparabit, cùm aget in quiete, & voluisti istud præstare Ezechiæ?* Dici- Esa.24.17. tur autem ibi: *Secretum est mihi, secretum est mihi,* quasi dicas, adventum Messiæ apud se reconditum, atque in ejus thesauris obsignatum esse.

Hinc manifestum est, existimasse R. Hillel, Deum, patrando hoc miraculum in gratiam Ezechiæ, nocuisse semini ejus, diminuendo merita ejus, ut hoc modo longiùs produceretur captivitas; & quod non venturus esset tempore possibili vel contingente, sed cùm accessisset tempus necessarium. Atq; juxta hoc ait: *Non est Israelitis Messias,* q.d. non venturus est propter eos Messias tempore contingentiæ, sed tempore necessitatis, cùm advenerit tempus definitum ac ordinatū à Deo.

Atque

Atque hunc eſſe verum ſenſum, quem hîc expoſui, inde planum redditur: quod ſæpiſſime dicitur in cap. Chelek: *Non veniet filius David*, &c. *Seculum, cùm filius Davidis veniet*: iſtis enim formulis perpetuò loquuntur. Nec R. Hillel ait: *Filius Davidis non eſt venturus, quia eum jam nacti ſunt tempore Hezekiæ*; non enim erat intentio ejus negare adventum; (abſit & melius ominare) ſed dicit: *Non eſt Iſraelitis Meſſias*; hoc eſt, non veniet Meſſias propter meritum & converſionem eorum, ſed tempore finis determinati ac ordinati apud Deum. Reſpondit autem ad illud R. Ioſeph, *Condonet Dominus hoc R. Hillel*: iniquum enim videbatur R. Ioſepho, quod negat Hillel adventum Meſſiæ de tempore poſſibili; quia Iſraelitæ non cogitabunt de pœnitentia, ſed pergent peccare, dicendo: *Periit ſpes noſtra, & licet multiplicemus precationem, non tamen exaudiet nos*; atque idcirco cum dolore remiſſionem pro eo poſtulavit à Domino.

Et ſanè ratio R. Ioſephi, quâ ait, Ezechiam fuiſſe ſub templo primo, Zachariam verò vaticinatum eſſe ſtante templo ſecundo, cùm
dicit: *Exulta valde filia Zion*, &c. *Ecce rex tuus venit ad te*, non vide- *Zach.9.9.*
tur eſſe adverſus R. Hillelem, ſed veritatis demonſtratio, cùm inquit; Zachariam prophetaſſe ſub templo ſecundo de adventu Meſſiæ: veluti cùm ait: *Ecce rex tuus venit ad te, &c.* Et poſtea ſtatim dicit:
Revertimini captivi ad munitionem vincti ſperantes. Docet autem, iſto *Zach.9.12*
ſignificari, eos reverſuros eſſe cum pœnitentia, ut veniat ad eos ſalus divina maturius, at nihil hîc eſt contra verba R. Hillelis, negantis adventum de tempore poſſibili. Et ſanè cùm dicitur: *Rex tuus venit ad te*; indicat Meſſiam venturum eſſe ad Iſraelitas propter eorum puritatem ac reſipiſcentiam. Atque, ſi ita ſe res habet, evertitur iſthoc dictum R. Hillelis: *Non eſt in Iſraele Meſſias.*

Expoſitum hoc pacto eſt, fidem de adventu Meſſiæ eſſe articulum atque eximium fundamentum in lege noſtra.

NOTÆ AD CAPVT XIV.

Nihil fere aliud hoc capite agit autor noſter, quàm ut excuſet, emolliat aut diſtinctiunculâ mitiget Hillelis dictum, quod legitur in Sanhedrin cap. Chelek p. 98. אין להם משיח לישראל שכבר אכלוהו בימי חזקיהו *Non eſt Iſraelitis Meſſias, quia jam eo compotiti ſunt tempore Ezechiæ.* Variæ hujus dicti circumferuntur expoſitiones & conciliationes, inter recentiores. R. Iuda Bitzleel hanc ait Hillelis fuiſſe mentem: Deum בעצם *per ſeipſum*, ſine operâ aut interventu Meſſiæ liberaturum Iſraelitas. Autor verò noſter, (uti hîc & cap. 3. ſparſim inculcat) Meſſiam non venturum propter merita aut reſipiſcentiam, ſeu tempore (אפשרות) *conditionato, contingenti*, ſed מוגבל *definito & determinato* apud Deum; ac ſi negaſſet Hillel adventum Meſſiæ promiſſum eſſe ſub conditione reſipiſcentiæ. Sed

multa possunt affingi autori pro cujus libet ingenio & sententia; verba ipsa si quis urgeat, nihil aliud inde apparet, quàm ipsum dubitasse, aut desperasse penitus de Messiæ adventu; & hoc videtur etiam sollicita ista R. Iosephi significare deprecatio, culpæ veniam pro ipso efflagitantis: Nos verò non censemus magnopere de ejus sensu laborandum esse, nec ejus judicio in hac causa stamus; tantùm jam præcipuè expendenda venit distinctio adventûs Messiæ sub conditione, vel definito & necessario tempore futuri; illam autor noster ut veram admittere videtur: jam si evincatur, nihil de conditionato (absolutum enim agnoscimus tantùm) adventûs tempore in sacra occurrere pagina: neque in eo Iudæorum magistros conspirare, simul quoque conciliatio hæc evanescet. atque constabit, R. Hillelem, etiam definitum & necessarium adventûs Messiæ tempus in dubium vocasse. Non proferam nunc angeli responsum de 72 hebdomadibus ex Dan. 9. 24. sed ex confessis eorū, & signis, adventui Messiæ connexis; prout ea describuntur Ier. 31. 32. (ubi de Messiæ temporibus agi ipsi urgent) ostendam, neutiquam ea resipiscentiæ aut morum in melius mutationem designare, sed contra potius corruptissimum sæculum. Nam in loco jam dicto Deus promittit se novum fœdus erecturum cum populo Iudaico, eò quod in fœdere ejus non perstitissent, sed istud fecissent irritum. Quorsum diceret Deus, se quasi motum violatione fœderis, ut istud vel mutaret, vel renovaret (accommodamus jam verba nostra ipsorum sensibus) aut ipsis denuò revocaret in memoriam, si præviâ resipiscentiâ istud observatum fuisset? aut observatum iri ante Messiæ missionem ipse Deus præscivisset? Ratio hæc non modo superflua, sed & planè impertinens fuisset: solida verò, si legirupes & rebelles Iudæi permansisse statuantur. Vt verò dicatur, novam legis suggestionem non arcere præcedaneam resipiscentiam, istud minimè in sapientem cadit legislatorem. Cui enim usui inserviret ista fœderis renovatio aut suggestio? Nam jam ante ritè atque debitè per seriam, diuturnam atque non interruptā pœnitentiam satisfactum erat fœderis istius conditionibus. Sed aliter sese rem habere manifestó indicat locus Ezech. XI. 18, 19, 20. (hunc quoque Messiæ accommodant sæculo) ubi Deus pollicetur, se remoturum ab Israelitis omnia detestabilia atque abominationes; se ablaturum cor lapideum, atque facturum ut in viis ejus ambulent: quæ cuncta arguunt, mores Iudæorum fore depravatos, eosque per Deum, vel Messiam, correctum iri, ut beneficiorum scil. sensu ducti ad saniorem revertantur mentem. Cùm itaque hæc conditio resipiscentiæ ab ipso Deo, ejusve legato expedienda dicitur, non poterit Iudæorum conversio eam antevertens hîc locum habere. Atque hoc etiam innuere videtur Malachias cap. 4, 5, 6, cùm inquit, Eliam conversurum cor patrum ad filios & filiorum ad patres, ut nimirum induant mores atque indolem sanctorum patriarcharum, ipsisque similes vitæ innocentiâ reddantur; prophetam ibi ad resipiscentiam & morum immutationem respicere, verba subjuncta dilucidè arguunt, cùm ait: *Ne fortè veniam & percutiam terram*; quibus indicatur, eos dignos fore extremo excidio atque exitio. Quàm stolida autem hæc distinctio sit de conditionato atque definito missionis tempore, inde colligere est, quod autor noster; aliique, eam sequentes, asserant, etiam non impletâ resipiscentiæ conditione nihilominus Messiam determinato atque necessario tempore venturum esse; quo penitus evertunt conditionis hujus necessitatem atque usum. Aut enim volunt, conditione hac non præstitâ, Messiam non erecturum regnum Israelis; aut eâ deficiente, nihilominus Iudæos tempore constituto apud Deum in libertatem asserturum esse. Istud ipsimet negant; hoc itaque eorum exprimit spem atque fiduciam; sed tum conditionem hanc tollunt; nisi velint dicere non esse necessariam connexionem ejus cum adventu Messiæ, sed esse minus principalem; quâ etiam absente ad finem quis pertingere potest. At quænam istæ sunt conditiones primariæ? à quibus, & quando implendæ? Nihil verò ponderis habet, cum in hoc capite asseritur, propter vitæ emendationem Deum anticipaturum tempus determinatum. Nam qui tempus

tempus dicit definitum atque deciſum, is ſimul indicat non citiùs nec ſeriùs hoc tempus adventurum, ſive intercedat reſipiſcentia, ſive non; aliâs revera non eſſet præciſè definitum; & ſi anticipari poteſt, jam fixum eſſe deſinit. Contrà verò judicant non tantùm multi alii Hebræorum, qui fixum & ſtatum liberationis terminum ponunt, ſed & autor noſter in Comment. ſuo in Daniel. pag. 136. ſub finem, his verbis: גאולתינו העתידה שאין כפק שהמהברת העצומה שנעשתה בדגים שנת חמשת אלפים ל'כד ליצירה עשתה הוראה אמתי על גאולתינו ועל פדו נפשנו מלכותינו וממשלתנו בארץ אחוזתנו : *Liberatio noſtra procul dubio futura eſt, cum fiet conjunctio efficax in Piſcibus, anno 5224 à creatione: faciet iſta veram demonſtrationem de liberatione noſtra, de redemptione animarum noſtrarum, & regno atque dominio noſtro in terra hæreditatis noſtræ* : & paulò poſt de Bilhami prophetia, prædicentis ortum ſtellæ ex Iacob, loquens, ait: כי העיר בזה על השנת המהברת שהיא ר"כר מאלף הששי *quod ibi teſtatur de anno conjunctionis, videl. 224 à milleſimo ſexto.* Sanè mirum videri debet autorem in eadem orationis ſerie paucis interjectis vocibus, tam parum ſibi conſtare, ut millenario augeat numerum ante aſſignatum; ſed nec poſſum facile in iſtam deſcendere ſententiam, ut credam tam craſſum ſphalma in hominem, aliàs ingenioſum, cadere potuiſſe: putaverim itaque in priore loco pro חמשה ſubſtituendum eſſe ששי: præſertim cùm ipſe tum nondum in rerum natura eſſet: abſolvit enim Scriptum hoc anno mundi 5255 Vide pręfat. in comm. Dan. agnoſcit quidē hanc conjunctionem non eſſe עליה ומבשר אותה ענין התשועה אבל מורה *ipſum ſalvationis negotium, ſed de eo docere, iſtudque annunciare*: ſed eodem redit, ſi modò certò præſignificent tempus liberationi deſtinatum. Idem ex prophetia Ieſaiæ cap. 24. 22. ſimilem exterebrat aſtrorum συζυγίαν, *Et colligetur collectio victi in fovea, & occludentur in clauſtro, & multos dies deſiderabuntur.* Per verba iſta, *colligetur collectio*, putans deſignari myſticè, conjunctionem Saturni & Iovis, atque ſimul exitum Iudaici populi, voce *vinctus* denotati, ex captivitatis fovea: addi verò *poſt multos dies*, quia hæc conjunctio tardius fit quàm cæteræ omnes, videl. poſt 20860 annos. Huc etiam refert Ioelis dictum: *Ponam ſigna in cœlis ac terra*: Quis non palpat, hæc Siculis gerris vaniora eſſe? Nihil in omnibus iſtis locis occurrit, quod vel minimam affinitatem cum hoc delirio habet: Nec ſanè hodierni Iudæi diffitentur, Abravanelem in calculo ſuo deceptum eſſe; cùm tempus, ab ipſo aſſignatum, jam dudum effluxerit. Ad hanc claſſem quoq; reducenda ſunt aliorum computa; ut de 85 jubilæo, in quo vindicem ſuum expectant, juxta Eliæ promiſſum in cap. Chelek Sanhedrin: אין העולם פחות משמנים והמשה יובלת וביובל אהרון בן דוד: *Mundus non eſt minor quàm 85 jubilæis, atque in ultimo jubilæo* (veniet) *filius Davidis*: hi autem Iubilæi conficiunt 4291 annos, comprobante hunc numerum libro quodam, quem narrant ibidem R. Ioſephum à milite quodam emiſſe; erat is conſcriptus literis Syriacis ſed idiomate Hebræo, fuitque repertus in theſaurario Romæ, in eo legebantur hæc ſeqq. לאחר ארבעה אלפים ומאתיים ותשעים תאחד שנה לאחר בריאהו של עולם עולם יתום מהם מלחמות חנינים מהם מלחמות גוג מגוג והשאר ימות המשיח ואין הק"בה מהדש עולמו אלא לאחר שבעת אלפים שנה: *Poſt 4291 annos à creatione mundi, abſolvet mundus in quibuſdam ex iſtis* (annis) *prælia balænarum* (aut draconum) *in quibuſdam bella Gog & Magog atque reliquos dies Meſſiæ; quia Deus non innovat mundum ſuum niſi poſt 7000 annorum.* Sed cum animadverterent nonnulli eventum non reſpondere hiſce ſupputationibus, ingenuè faſſi ſunt non poſſe aliquid certi inde colligi; ſic inter alios R. Iuda Bitzleel in Nitzeach Iſrael cap. 40 inquit: כל מה שאמרו חכמים בעניין הקץ לא שהין גוזרים שכך יהיה בוראי באותו זמן ובאותה שעה: *Quicquid ſapientes dixerunt de negotio termini, non ſtatuerunt iſtud, ac ſi certò eventurum eſſet iſto tempore & iſta hora*: Et hoc omnes, velint, nolint, admittere coguntur. Atque hæc etiam cauſſa fuiſſe videtur, cur nonnulli, aut pertæſi conjecturarum, aut veritate prophetiarum adducti, contra receptam omnium opinionem, vel regnum Spirituale ſtatuerint, & templum; vel ſpem omnem reſtitutionis abjecerint: prioris non levem fidem facit R. Moſes Elſach, magni inter Iudæos nominis, in Comment. ſuo ad Hag. II. 7, 8, 9. dicitque hoc notum

esse ex Sapp. veteribus : כי הגאולה העתידה שעמה בית המקדש השלישי רוחני מעשה אלוה אינה כגאולות הקודמות : *Quod liberatio futura, cum qua etiam domus sanctuarii tertia, sit spirituale opus Dei, non sicut priores liberationes.* Ad verba autem ista : *Et replebo* את הבית *domum hanc gloria*, annotat : הוא רוחניות וריבה במלת את כי גם הכותלים יהיו רוחניים : *Est* (gloria scil.) *Spiritualis, atque multiplicatio in vocula* את, *indicat etiam muros fore spirituales.* Et paucis interjectis : כי גם כל עצמו יהיה רוחני שגם הבנוי שהוא שני יתהפך לאחרון רוחני : *Quia etiam tota substantia ejus erit spiritualis, atque etiam ædificium secundi* (templi) *mutabitur in ultimum spirituale.* Quid manifestius dici possit ad evertendum regni terreni atque carnalis exspectationē non video : clariora hæc sunt, quàm ut exceptione aut detorsione ulla obscurari queant, atque in hoc confesso sibi astipulantes habet omnes genuinos Iesu cultores ; atque istud de spirituali templo, seu Spiritus sancti templis, passim ac sedulo inculcat. Hisce affinia promit R. Iuda Bitzleel in Nitzeach, cùm Messiam tantùm divinis rebus præfuturum statuit, penitus ab hoc mundo sejunctum ; sed non inutile erit ipsum audire loquentem, verba ejus sunt cap.36. המשיח יהיה מנהיגבדברים האלקיים לגמרי ; *Messias erit præses aut moderator in rebus divinis absolutè* : videtur tamen ibidem alium quendam monarcham statuere ipso Messia superiorem ועל כן נקרא משיח כי פלגא דקיסר יהיה קדוש והקיסר שיהיה עליו הוא קודש קודשים : *Atque idcirco vocatur Messias, quia vicarius Cæsaris erit sanctus, & Cæsar, qui supra ipsum erit, Sanctus Sanctorum.* an autor proprio sensu vocem Cęsaris hic velit expressam, an verò tantùm allusionis causâ, ut ipse Deus eâ significetur, non facile dixerim; si tamen posteriora examinentur, ubi Messiam *simpliciter* & *absolutè* divina negotia administraturū pronunciat, aliū videtur constituere Imperatorum terrenis atque mundanis præpositum rebus. Seriò ne ita senserit, aut potius ambitione gratiæ Imperatoris, sub cujus dominio vivebat atque scribebat, quis divinaverit? Iam verò cap. 37 hunc in modum de Messia suo disserit : המשיח הוא מחולק מן העולם בשביל כי המשיח יהיה שכלי לגמרי ואלו העולם זה הוא גשמי : *Messias hic separatus est à mundo ; quoniam Messias erit penitus intellectualis vel Spiritualis, mundus autem hic est corporalis.* In eundem quoque sensum pergit cap. 38. ואיך יהיה המשיח בעולם הזה שהוי עולם גשמי שכל עניין המשיח הוא אלקי לא גשמי : *Et quomodo erit Messias in hoc mundo, cum mundus sit corporalis, omne verò negotium Messiæ sit divinum. non corporale.* &c.

Hisce consona habet R. Samuel Iatzo in Estherem p. 94. seu inscripto Iad Hamelech, ubi ad locum Esai.42,7. *Ad aperiendum oculos cæcorum* ; annotat. הכוונה בזה להורות לוו תכלית המשיח שאינו כמו שחשבם הסכילים שהוא לאכול ולשתות ולהיות איש תחת גפנו ותחת ה ה אנתו : *Intentio hic indicare nobis finem* (adventûs) *Messiæ ; qui non est ut stulti existimant ad edendum, potandum, atque ut sit quilibet sub viti & ficu sua* : additque hunc esse finem, ut Messias liberet mortales מהסכלות הקניני ו וההדערי *à stultitia* vel *insipientia acquisita vel positiva & privativa.*

Ejusdem planè commatis Maimon. promit in c. 10. Sanhedrin, verba ejus non pigebit addere : ואין אנו מתאוים ומקוים לימות המשיח לרוב התבואות והעושר ולא שנרכב על סוסים ולא לשתות יין במיני הזמר כמו שמחשבים מבולבלי הדעת אבל התאוו הנביאים והסידים ימות המשיח ורבתה תשוקתם אלין למה שיהיה בו מקבץ הצדיקים וההנהגה הטובה וצדק והמלך ורוב יורשו והפלגת תכמתו וקרבתו אל האלדים כמו שנ׳ ה׳ אמר אלי בני אתה אני היום ילדתך : *Neque nos desideramus & exspectamus diebus Messiæ amplos reditus & divitias, neque ut vehamur equis, nec ut vinum bibamus inter musices genera, prout existimant pervertentes vel infatuantes intellectum : Sed prophetæ ac justi expetiverunt dies Messiæ, & vehemens fuit eorum desiderium ad illos ; quia tum congregaturus est justos, & bonum regimen atque justus rex, & magna ejus possessio, ac distributio sapientiæ ejus, atque appropinquatio ejus ad Deum, prout dicitur : Dominus locutus est ad me : Filius meus es tu, hodie te genui.* Et paulò ante ait, Messiæ tempore futuros divites & pauperes, robustos & infirmos, &c. Atque hujus notæ plura apud eundem in citato loco legere est, quæ planè aliam faciem hujus imperii nobis depingunt, quam plærique Iudæorum facere amant. Non autem prætereundum est, eum hoc eodem capite agnoscere Messiam miracula patraturum, his verbis : ויעבדהו כל הארצות לצדקו הגדול ולנפלאות שיהיו על ידו :

Et

Et servient illi omnes terræ propter justitiam ejus magnam, & mirabilia vel miracula, quæ fient per ejus manum; contrà verò asserit capite penultimo in tract. Melachim, Messiam non opus habiturum miraculis, aut nulla editurum; unde inconstantiæ meritò culpari debet: Sed hæc in transitu dicta sunto. Ex hisce jam non obscurè evincitur, prudentiores in hac gente nil minus, quàm ejusmodi carnale ac terrenum somniasse regnum cum maxima Iudæorum parte; ac si hic ferè unicus ac præcipuus esset adventûs ejus finis, ut Israeliticam gentem in abdominis ac ventris transformaret mancipia.

Posterioris verò heder Olam Rabah cap. 30. ubi ad loc. *Et deduxit te Dominus Deus tuus in terram, quam possederunt patres tui, & possedisti*; annotat. מקיש ירושתך לירושת אבתיך מה ירושת אבתיך בחידוש כל ה הדברים הללו אף ירושתך בחידוש כל הדברים הללו אי יכול תהי לכם ירושה שלישית תלמוד לומר וירשתה ראשונה ושנייה יש לכם שלישית אין לכם: *Comparat hæreditatem vel possessionem tuam cum possessione patrum tuorum. Sicut enim possessio patrum tuorum est cum vel in renovatione omnium istarum, sic & tua hæreditas cum rerum istarum omnium innovatione. Non poterit vobis fieri hæreditaria possessio tertia; lex enim inquit*: Et possedisti; *primam & secundam* (possessionem) *habuisti, tertiam non habebitis.* Quid manifestæ ac geminatæ huic assertioni possit opponi non video. Non absimilem sententiam quidam in Iebamoth legi asserunt, sed cum ipse nondum inspexerim locum, non ausim alienis fidere oculis, siquidem plerumq; parum candidè ac bona fide ejusmodi dicta è Iudæorum scriptis eruuntur. Nobis vel hic unus sufficere potest assensus libri, magnæ inter Iudæos omnes authoritatis, & præcipuè in chronologicis quæstionibus. Quorsum dices hac farragine? Nullo alio fine, quàm ut ostendatur, non deesse etiam inter recentiores Rabbinos, qui optimè conspirant in descriptione regni Messiæ cum Christianis; atque eosdem validissimè destruere aliorum phantasmata, statuentium Messiam nil nisi bella, cædes, gentium subjugationes, regnorum deprædationes moliturum; signa atque vexilla hostili sanguine stillantia circumvecturum; atque penitus mundo mundanisque immersum fore curis. Longè alia his atque sanioribus omnibus mens est, utpote scientes, nimis vilia & abjecta hæc cuncta esse pro tam augusto Rege, cujus imperium non hujus infimi globi terminatur angustiis, sed amplioribus gaudet limitibus.

Sed redeundum è diverticulo in viam: nihil itaque roboris in hac authoris distinctione latere dilucidè apparet ex istis omnibus notis adventum Messiæ comitantibus aut antecedentibus. At dices: duplicem hunc terminum indicari Esai. 60. 22. *Ego Dominus in tempore suo accelerabo istud*: Argo oculatior sit oportet, qui tale quid hic latere viderit. Vocibus affingere sensum haud difficile est, sed solidè ex iis demonstrare cordati est hominis; scilicet ungues adhibendi erant, atque divellendus orationis nexus; bellis homulis *suo tempore* notat terminum statum atque fixum, *accelerabo*, tempus anticipatum ob conversionis meritum. Neutrum significari satis verborum arguit proprietas; cùm enim promittit se *tempore suo* festinaturum, non innuitur causa movens aut impulsiva hujus festinationis; sed in genere tantùm quando futura sit, nimirum, *suo tempore*, quando commodum atque oportunum visum fuerit divinæ ejus Sapientiæ; seu cùm tempus affulserit, uti R. D. Kimchi à quibusdem exponi annotat. Ex voculis itaque divulsis non fabricanda erat rei tantæ probatio; omne coactum merito suspicionem imbecillitatis injicere debet.

Quod autem addit, R. Hillelem existimasse miraculosam istam liberationem à Sennacheribo obstare quò minus ob resipiscentiam captivitas ante definitum tempus abrumpatur, istud penitus quæsitum videri debet. Nam idem de majoribus statuendum esset beneficiis, ac inprimis de duplici reductione in terram Canaan ex captivitate Babylonica & Assyrica; cùm non absimile quid eventurum sit diebus Messiæ. At quis non videt hoc pacto penitus evanitura Iudæorum merita? Si enim unum beneficium tam diu remoratur liberationem, omnia simul sumpta multo diutius protrahent, usque dum ad seculi consummationem devenietur.

Vt autem omnia quasi in tabella habeantur, quæ tempus Iudaicæ restitutionis atque durationem regni Messiæ spectant, coronidis loco hæc libet adjungere. Mensem hujus liberationis alii volunt esse Nisan, quidam Tisri; hoc modo in Berachot capite 9, & Psachim fol. 109. ר' יהושע אומר בניסן נלאלו ובניסן עתידין להגאל מאי טעמא דאמר קרא ליל שמורים הוא לילה: *R. Iosua inquit, in Nisan liberati sunt* (ex Ægypto scil.) *& in Nisan liberabuntur; quænam ratio? quia dicit: Vocat nox vigilias noctis*; quis non miretur hîc acumen magistri? Ibid. ר' אליעזר אומר בנוסן נגאלו ישראל ממצרים ובתשרי עתידין להגאול מנא לן ההיא שופר שופר כתיב הכא תקעו בהדש שופר וכתוב התם ו היה ביום ההוא יתקע בשופר גדול: *R. Eliezer ait: In Nisan liberati sunt Israelitæ ex Ægypto, & in Tisri liberabuntur. Hinc nobis est, Buccina, Buccina, scriptum enim est: Tum clangetis buccinâ hoc mense; Ibidem quoque scriptum est: Atque hoc die clangetis buccinâ magnâ.*

In definienda autem imperii hujus duratione mirum in modum discrepant: à maximo inchoabimus numero, eùm faciunt 7000 annorum: hic in Bereschit instituunt computum R. Abæhu ימות המשיח לישראל שבעת אלפים שנה שנ' ומשוש חתן על כלוה ישיש עליך אלדיך: *Dies Messiæ Israelitæ habebunt 7000 annis* Q. D. *Gaudens sponsus propter sponsam, ita lætabitur propter te Deus tuus*: qui potest, eliciat numerum ex literis. Alii tribuunt mille annos, cui sententiæ etiam videtur suffragari in Comment. ad cap. 10 Sanhedr. non quod unus idemque Messias tamdiu regni habenas sit habiturus, sed una cum posteris suis: En verba ejus: והמשיח ימות וימלוך בנו תחתיו ובן בנו וכבר ביאר הנביא את מותתו לא יכהה זלא ירוץ עד ישים בארין משפט: *Et Messias morietur & regnabit ejus loco filius ejus, ac nepos ejus. Exposuit autem propheta ejus mortem: Non exstinguet, neque quassabit, usque dum disponat in terra judicium.* Sunt, qui tot assignant annos huic imperio, quot tunc effluxerint à condito mundo usque ad regis sui adventum. Nonnulli 400 annos numerant; quidam 365, juxta numerum dierum solarium. Quidam verò rotundum seligentes numerum, ponunt 300 annos; nonnulli tantum 70. quidam 40 annis duraturum statuunt.

Varias has supputationes collegit R. Iuda Bitzleel in Nitzeach Israel cap. 42 ex cap. 10 Sanhedrin.

Sanè miserrima futura est regni istius majestas, quæ vix hominis attingit ætatem, inprimis cùm ad 70 aut 40 redigitur annos; nec est, quod tam fervide ac repetitis votis aureum istud exoptent sæculum. Longè aliud & diuturnius nobis pandunt divina oracula, imò nullo finiendum ævo asserunt etiam in istis locis, quos ipsi Iudæi de Messię interpretantur regno, ut Psal. 72, 5, 17. *Timebunt te cum sole & luna in generationes generationum. Erit nomen ejus in æternum, &c.* quæ loca, uti & integrum Psalmum ait Rasi veteres sapientes exposuisse de Messia; sic & Aben Ezra de eodem interpretatur. Similiter Psalm. 46, 7. *Solium tuum, ô Deus, in sæculum & sempiternum.* Fatetur autem R. Aben Ezra Psalmum hunc atque versum à nonnullis Messiæ aptari, atque eosdem vocem *Dei* pro judice sumere, ut in isto: *Non maledices diis.* Ipse verò expositionem suam utrique applicat. Adde Psal. 89, 37. *Semen ejus in seculum, & solium ejus ut solem coram me*: ubi idem Aben Ezra vult sermonem esse על ימי המשיח *de Messiæ diebus*: Rasi vero vers. 52. *Quo affecerunt vestigia Christi tui*, vult de Messia agere. His & alia adjungi possent, sed jam iis contenti erimus ad stabiliendam regni Messiaci æternitatem. Quorsum hæc? non alio fine, quàm ut indicetur, ejusmodi regnùm, prout ibi depingitur, in hisce terris dari non posse. Nec hîc diffitentes habemus Iudæos, volunt enim omnem majestatem sceptra, coronas sui regis simul cum ipso terra obruendas esse, vel potius in ipsa resurrectione sublatum iri. Itaque multo augustius & diuturnius regnum admittant necesse est; hoc verò non aliud quàm cœleste ac spirituale excogitari potest.

Nec indefiniti loquendi modi sinunt, ut spatium hoc circumscribatur ætate ipsius Messiæ in terris degentis, aut posterorum ejus. Non inficias eo, quandoque hanc phrasin לעולם *in æternum*, non extendi ultra ætatem unius, uti in isto Hannæ, de Samuele suo loquentis: *ut maneat ibi in æternum*, h. e. quamdiu vixerit; sed idem quoque fieri in ejusmodi locis, ubi

ubi non absolutè hæc vox occurrit, sed addita exegesi (sicuti in dictis videre est) difficillimum probatu est, uti & reliqua omnia de imperii hujus diuturnitate, à magistris definitâ.

CAPUT XV.

De Solutione dubii sexti.

AD dubium VI. Quare constituat Rab fidem resurrectionis mortuorum articulum? Cùm enim credimus retributionem Dei in hoc ac futuro seculo, num idcirco credenda erit resuscitatio post mortem? nec etiam concidet ob id tota lex, neque evertentur ejus præcepta: ℞. Etiamsi lex non corruat in sua universalitate propter eversionem hujus fidei, tamen æquum esse, ut statuatur articulus & fundamentum quoddam legis, propter hasce rationes.

Prima est: quia est species quædam præmii ac pœnæ, quemadmodum commemoravi in propos. 5. Cùm autem præmium ac pœna sint articuli quidam legis, convenit etiam, ut fides resurrectionis mortuorum eodem modo in classe articulorum recenseatur. Non autem mirandum est, quod numeret inter articulos speciem ac partem, quæ sub iis (scil. præmio ac pœna) continentur: fecit enim hoc, quia sunt eximia fidei capita, cognitu necessaria; quemadmodum sæpius commemoravi.

Secunda ratio est: quia hæc fides facit nos radicari in lege, & in omnibus istis verbis prophetarum, qui locuti sunt per Spiritum sanctum. Hoc etiam modo multas probationes adduxerunt in cap. Chelek fol. 91, pro hoc articulo ex Scripturis. Validissimum autem in lege est illud, cùm inquit, Dominus noster Moses (super quem pax.) *Videte jam, quod ego, ego sim Deus, non Deus mecum; ego morte afficio, ac in vitam revoco; qui percutio & sano, &c.* Illud autem, Deut. 32, 39.
Ego morte afficio, ac vivifico, sic etiam exposuerunt: Poterit hoc accipi de morte in uno, ac vita in alio, juxta modum quo gubernat (mundum:) sicuti indicat: *Ego sano.* Hæc sanatio ac percussio in uno, uti & vita ac mors in altero, suppeditant responsionem adversus asserentes resurrectionem mortuorum non esse in lege: Neque dicendum nobis est, sensum istius; *Ego morte afficio & vivifico*, esse, Deum hoc posse quidem facere, non verò istud promisisse: cùm sectio hæc tota promittat, quod futurum esset. dicit enim: *Nonne* Deut. 32, 34,
illud reconditum est penes me? &c. *Mea est ultio & retributio,* &c. *Propin-* 35, 36.

qua est dies calamitatis eorum. Cum judicaverit Deus populum suum, &c. Hinc etiam in Gemara non refutarunt hanc rationem, quemadmodum fecerunt in reliquis argumentis, quæ adducunt.

Atque in Bereschit rabah. *Pulvis es & in pulverem reverteris*, ait R. Simeon fil. Iochai: *Hinc liquet, de resurrectione mortuorum extare in lege: In pulverem ibis*, non scriptum hic est, Sed *in pulverem redibis.*

Esa. 26, 19. Et sane in prophetis dicitur: *Reviviscent tui mortui, cadavera mea resurgent; expergiscimini & cantate qui inhabitatis pulverem: nam ros lucis, ros tuus est; & terra defunctos producet.*

Licet autem in cap. Chelek difficultatem moverint contra hanc rationem, cùm ajunt: *Fortassis etiam mortui fuerunt, quos in vitam revocavit Ezechiel*; & esse potest, ut exposuerint etiam hac ratione de liberatione hominum ex captivitate, qui habitabant in pulvere depressionis, & Deum benedictum tenuem è pulvere erecturũ esse; tamen observatio hujus expositionis ejusq; sectionis necessariò arguit, sermonem hîc esse de resurrectione mortuorũ juxta literalem sensum, quemadmodũ etiam hoc postea demonstratur. Et Malachias Propheta (idem) ait, cùm testatur de die resurrectionis ac judicii:

Mal. 3, 19. 23. 24. *Nam ecce dies ille adveniet ardens tanquam fornax*, &c. *Ecce ego missurus sum vobis Eliam prophetam, antequam veniat magnus ac tremendus dies Domini. Vt convertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres suorum*, quia nimirum resuscitatio fiet per manus Eliæ, qui corpore ac animâ vivit. Quia autem in resurrectione patres filiis, ac filii patribus indicabunt, quidnam illis in separatione animæ eorum à corpore acciderit, hinc ait: *Vt convertat corda patrum ad filios.*

Et sanè inter hagiographos reperitur in libro Danielis: *Et multi ex pulvere terræ expergiscentur*, atque in cap. Chelek nullam constituerunt, in hac probatione debilitatem aut allegoriam. Scribit autem mag. Rab in epist. de resurrectione his verbis: *Et dico, quod hæc resuscitatio mortuorum, sit reditus animæ ad corpus post mortem.* Iam commemoratum est in citatione Danielis, non posse istud alio modo explicari, atque educi istud ex sensu literali, cum ait: *Et multi*

Dan. 12. 2. *dormientes in pulvere terræ expergiscentur, hi ad vitam æternam; illi ad*

vers. 13. *opprobria & contemtum æternum*, atque ad eum Angelus inquit: *Et tu abi ad terminum, & quiesces ac perstabis in sorte tua, usque ad terminum dierum.*

En expositum est, hanc fidem extare in lege, prophetis ac hagiographis; atque idcirco faciendam esse fidem generalem, articulum atque eximium fundamentum. Qui autem negat hoc, is etiam in dubium

dubium vocat legem, prophetas ac hagiographos. Atque ob hanc rationem ſtatuitur articulus & fundamentum quoddam legis.

Rat. autem 3 eſt: hanc fidem difficulter concipi atque admitti ab intellectu humano; quia animus hominis propter parvitatem deflectit ab ea ad ejus difficultates. Ajunt in Miſnah: *Qui negat eam, is non habebit partem in futuro ſeculo.* Rab etiam inſiſtens veſtigiis Miſchnæ traditæ, obſervat in dicto Miſchnæ: *Et illi non habebunt partem in futuro ſeculo, qui aſſerit non fore reſurrectionem mortuorum, & qui ait, legem non eſſe à Deo, atque Epicureus:* Poſtquam autem in Miſna fidem reſurrectionis mortuorum æqualem faciunt cum fide, legem à Deo eſſe, & cum fide de exiſtentia Dei, præſcientia ac providentia: (quæ omnia comprehenduntur ſub nomine Epicurei) æquum etiam fuit, ut fides reſurrectionis mortuorum conſtitueretur articulus, æquè ac reliqui articuli, qui recenſentur in iſta Miſchna. Atque per hoc ſolutum eſt dubium 6.

CAPVT XVI.

De Solutione undecim aliorum dubiorum.

AD dubium VII: Quomodo, ſi lex nullo unquam tempore mutabitur, nec ejus articuli aut fundamenta variabuntur, quomodo, (inquam) tempore adventûs Meſſiæ ac reſurrectionis mortuorum, duo iſti articuli neceſſariò mutabuntur? R. Si ſtatuamus adventum liberatoris ſine relatione ad tempus futurum aut præteritum, & hoc modo reſurrectionem mortuorum abſque reſpectu ad aliquod tempus, tùm ſanè non mutatum iri iſtos articulos, etiam poſt adventum Meſſiæ & reſurrectionem mortuorum. Semper enim credendum erit, prophetas iſtos omnes verum loquutos fuiſſe de adventu regis Meſſiæ, atque reſurrectione mortuorum. Nam ſicuti Moſes ſcripſit in lege de ſtatione inter partes animalium ab Abrahamo diſſectas, & Iſraelitas in captivitatem Ægyptiacam abductum, exque ea eductum iri, atque poſſeſſuros terram, & poſtquam omnia iſta fuerunt in actum deducta, non mutabatur lex, ſed potius confirmabatur; idem quoque oportet aſſerere de duobus illis articulis. Fides enim iſtorum non eſt reſtringenda ad aliquod tempus: ſiquidem hæc erit etiam poſtquam res per actum fuerit confirmata, nec mutabitur, idque tantò magis ſub articulo 12, de diebus Meſſiæ, continebitur, quia tunc non erit rex Iſraelis, niſi è domo Davidis atque ſemine Salomonis. Quiſquis au-

Gen.15,10,13.

tem controversiam movet de regno hujus familiæ, is negat Deum & verba ejus prophetarum; atque hic articulus est stabilis absque mutatione, etiam post adventum Messiæ. Et sane de ultimo hoc articulo resurrectionis mortuorum scribit Rab, quod post resurrectionem suam comedent, bibent, ac morientur atque perfecti reddentur in perfectione legis. Itaque ideo erit hic articulus firmus sine variatione etiam post tempus resurrectionis.

Ad dubium VIII: Quare non constituat Rab articulum, quod Spiritus sanctus per medium legis inter Israelitas habitet? Ad hoc autem respondet R. Moses Sacerdos, habitationem divinitatis dependere à præcepto speciali h. e. ab erectione tabernaculi prout dicitur: *Et sanctificabo tabernaculum, & habitabo inter filios Israelis.* Atque idcirco non recensuit in classe articulorum. Et jam poterimus conciliare sententiam ejus cũ isto, quod scribit Rab in libro suo Minjan hamitzoth de articulis, quos ibi proponit, videl. *Istud, quod deducitur ex præcepto, non oportet constituere articulum*; Atque ob hanc rationem non recensuit in classe articulorum legis. Itaque cùm mansio divinitatis, sit aliquid derivatum ex opere tabernaculi, non fuit numeranda in classe articulorum.

Mihi autem videtur ista habitatio divinitatis inter Israelitas esse ex opere Mosis ma. n. (super quem pax) sic enim ait lex: *Et*
Deut. 34. 12. *omnibus manus fortis, tum omnibus terroris magni, quæ fecit Moses ante oculos totius Israelis.* Atque extat in traditionibus sapp. l. m. vocibus *magni timoris* designari revelationem divinitatis. Si ita se res non haberet, quomodo dixisset Deus, post peccatum de vitulo fuso de mittendo Angelo ante eos, qui eos gubernaret? Et Moses obluctatus fuit mandato, usque dum diceret ei Deus ben. *Ecce ego pango fœdus, coram omni populo tuo faciam miracula,* &c. *Et videbit totus populus, te esse in opere Dei, quia formidabile erit, quod ego faciam tecum?* Cùm autem hoc sit de excellentia Mosis in prophetia, ideo comprehenditur sub fundamento 7 de eminentia prophetiæ Mosis Dom. nostri juxta differentias, quas de eo Rab commemoravit: Hoc etiam modo continebitur sub artic. 8 de lege cœlesti; quia hæc non habet locum nisi in conjunctione divinitatis.

Ad dubium IX: Quare creationem mundi non constituat Rab in classe articulorum? R. ac dico: quod Rab hanc fidem jam adduxerat in fundamento 4, cum inquit: *Unus iste verè est æternus, & nihil præter eum, ab æterno est, si comparemus hunc cum alio.* Negocium autem hujus articuli continetur sub duabus rebus, quemadmodum expositum

expoſitum eſt in propoſ. 3. Vna eſt, Deum eſſe æternum h. e. non habere initium, neque cadere ſub tempus. Secunda eſt, nullam omnino ex omnibus reliquis rebus præter ipſum, eſſe æternam, ſi comparemus hanc cum illo; h. e. omnia iſta eſſe creata & condita; neque poterimus de uno eorum affirmare, quod ſit æternum: & ſi non eſt æternum, certè neceſſariò erit creatum. Atque hinc ait Rab: *Si comparemus hunc cum illo* q. d. Etiamſi de aliqua re dicatur, quod ſit antiquior comparativè ad aliam rem, poſt illam creatam; ſicuti dicimus de Metuſalach, quod fuerit prior Noacho, & Noach, Abrahamo; tamen nihil præter creatorem abſolutè dici antiquum aut prius: quia ipſe creaverit iſtud & tantùm antiquus ſit, neque quicquam antiquum præter eum eſt. Non eſt autem hæc anteceſſio tantùm cauſæ, ſed etiam anteceſſio temporalis in prioritate creatoris ad creaturam: atque dicimus hoc, ut dirigamur ad veritatem, cum tempus ſit ex claſſe creaturarum. Et propterea non ait Rab in hoc articulo, quod Deus ſit נצחי æternus, quia hoc nomen denotat exiſtentiam nunquam ceſſantem, carentem initio ac fine: ſed dicit, eum eſſe קדמון *antiquum*, ut ſignificet, eum eſſe antiquiorem operibus ſuis omni modo קדימות prioritatis. Atque hoc arguit, quod non intendit in hoc articulo adſtruere æternitatem Dei, ſed tantùm eum antiquiorem eſſe reliquis omnibus creaturis.

Atq; hinc tibi planum redditur, crediſſe Rab, abſolutam mundi creationem eſſe factā poſt abſolutam privationem; non verò juxta ſententiam Platonis crediſſe materiæ æternitatem: Si enim ita ſe res haberet, ſolus Deus non eſſet æternus; quia etiam eſſet materia æterna, ſicuti ille. Sed quia Rab credidit creationem mundi abſolutè ſecundùm veram traditionem, hinc ſcripſit in hoc articulo, ſolum Deum eſſe æternum, neque quicquam præter eum eſſe æternum, ſi hic cum alio comparetur: atque ait, idcirco Deum vocari æternum quia ſolus Deus ſit æternus. Scopum autem Rab in hoc articulo fuiſſe, exponere creationem mundi, indicat iſtud, quod ſcripſit in libro Moreh, par. 2, cap. 14, ſub finem, in recenſione opinionis de creatione, his verbis: *Atque hoc eſt ſine dubio fundamentum legis Moſis mag. n. (ſuper quem pax) & eſt ſecundum in articulo unitatis.* Non autem videtur Rab in iſto numero conſtituere articulum unitatis; ſed ait, quod articulus creationis, ſecundus ſit ad eum. Atq; videbis in lib. Hikkarim primum articulorum, qui venit poſt articulum unitatis, eſſe remotionem corporeitatis; & poſt iſtum, qui

est secundus ab articulo unitatis, sequi articulum, quod Deus sit ab æterno, nec quicquam æternum, si comparetur hic cum alio: Et de illo scribit in lib. Moreh quòd articulus hic sit articulus creationis.

Vnde manifestò apparet, intentionem Rab esse, quod sit articulus, vid. Deum esse æternum, & omnia ab eo creata esse. Et miror de hominibus sapientibus, quomodo istud ibi non animadverterint.

Ad dubium X, quod est: Quare non constituat Rab articulum, quod oporteat credere omnia miracula, quæ occurrunt in lege, juxta literalem eorum sensuum. R. Istum comprehendit sub articulo 8, qui est, legem esse à Deo: siquidem ista testatur in suis historiis de omnibus istis miraculis ac prodigiis, quæ in ea recensentur: postquam autem credimus omnes historias, quæ extant in lege, esse ex ore Omnipotentis, etiam necessariò illa credenda sunt, sicut credimus ejus præceptis.

Potest etiam dici, hoc contineri sub articulo 5, qui est, Deum esse colendum, & non alium præter illum; idque idcirco, quia scopus in hoc articulo sit, Deum operari voluntariè & liberè, atque habere potentiam infinitam: ac propterea eum colendum esse propter potentiam suam, atque opera sua in rebus naturalibus; quia istud vult. Atque hoc est negocium miraculorum ac prodigiorum.

Ad dubium XI. Quare Rab in classe articulorum non numeret traditionem, ut homo traditionem patrum sequatur? R. fidem hanc contineri atque extare in expositione Rab super artic. 1, ubi scribit Rab: *Credendum est, totam illam legem, quam hodie habemus, esse illam, quæ data est Mosi; & totam esse ex ore omnipotentis:* q.d. istam legem, quæ hodie versatur in manibus nostris, traditam esse Mosi, & nullam hactenus in ea factam esse mutationem, ac istam legem, quam conscripsit nobis Moses, acceptam esse ex ore Omnipotentis, neque quicquam locutum esse in ea ex suo ore. Scribit etiam in hoc articulo, illud ipsum credendum esse de expositione legis traditæ, seu Thalmude, eam videl. esse ex ore Dei: Hæc autem est ista traditio, quæ hodie in manibus nostris versatur, quam acceperunt patres nostri ab eo usque ad Mosen, h. e. expositionem legis, ejusque arcana acceperunt ab eo.

Ad dubium XII: Quare non constituat Liberum Arbitrium, articulum, cum absque eo nulla lex possit concipi? R. me jam indicasse in propos. 9, omnes istos articulos, quos Rab confecit ad

fundam-

ſundandam domum Dei,ejuſque legem, eſſe fidem de Deo, non de ſcientia rerum humanarum. Non enim conſtituit in claſſe articulorum מהות eſſentiam animæ humanæ, neque etiam naturæ ejus æternitatem: quia iſtæ veritates, ſunt de rebus humanis, neque oportet conſtituere articulos legis divinæ. Fundamenta enim atque articuli ejus ſunt res, quas oportet credere de Deo ejuſque operibus, quæ propriè pertinent ad ejus populum, reſpectu voluntatis Dei, non alterius rei. Et liberum arbitrium antecedit legem, & prius eſt omnibus actionibus humanis, quatenus ſunt humanæ: neque eſt aliquid tantùm pertinens ad legem divinam: ut e.c. cum dicitur hominem eſſe capacem intellectûs; quia hoc ineſt homini, quatenus eſt homo, non verò quatenus credit legi divinæ.

Verba etiam Rab in lib. Hammadah, cap. 5, tract. Theſchuva, iſta indicant, cùm his verbis inquit: *Atque hoc negotium eſt articulus eximius, & columna legis atque præcepti*, &c. non autem ait, quod ſit articulus legis; ſed eſſe articulum eximium, המדיני atque hoc verum eſt: quia eſt articulus magnus continens ordinem civilem & civitatum. Vocat autem *Columnam legis*, non autem radicem legis; ſiquidem columna eſt cui aliquid innititur, & fulcrum ac radix continens eam, & præter eam alias religiones atque opera humana: nam etiam fides idololatrarum, & reliquæ omnes diſcrepantes religiones neceſſariò dependent ab hac columna. Et obſerva, quod dicat, eſſe *Columnam legis*, non verò articulum legis, idcirco, quia articulus eſt de ſubſtantia rei, & pars ejus, prout radices ſunt pars arborum ac natura ejus: columna verò non eſt pars domus neque ejus natura; ſed eſt res extra eam collocata, ut ei domus innitatur: Sic etiam negotium liberi arbitrii non eſt de ſubſtantia legis, neque aliquis articulus, ſed aliquid extra eam, & columna ad eam neceſſaria. Hinc ait Rab in eo ipſo cap. *Quemadmodum placuit creatori, ut ignis & aer ſurſum aſcenderent, ac aqua & terra deorſum tenderent, atque orbis in gyrum circumiret, & ſic reliquæ creaturæ, uſque dum diceret: Sed homo ex ſeipſo & ſcientia ſua, quam ei conceſſit Deus, faciat, quicquid homo agere poterit.*

En hinc apparet, quod non dicat Rab, liberum arbitrium eſſe articulum legis, ſed eſſe eximium articulum operationis humanæ. Et ſanè idem ait ſub finem hujus cap. his verbis: *Atque hic eſt articulus, quia omnia verba prophetiæ ab eo dependent*. Non eſt voluntas neque intentio Rab vocare liberum arbitrium articulum; ſed iſtum

ſermonem referre ad id, quod ſuperius dixerat, atque propterea ait de prophetia, quod judicet hominem ſecundùm quælibet opera ſua ſive bona, ſive mala; & idcirco inquit: *Atque hic eſt articulus*, &c. Sanè liberum arbitrium eſt quidem principium univerſale omnium legum, ſed non articulus proprius legi divinæ, propter rationes, quas dixi.

Ad dubium XIII: Quare non recenſeat Rab in claſſe articulorum, Deum voluntariè operari. R. ac ajo juxta illud, quod ſcripſi in propoſitione 3, vid. hanc fidem extare in fundamento 5, nim. quod Deus colendus ac celebrandus ſit voce laudationis, idque idcirco; quia in eo deprehenditur potentia infinita, ac liberè ac voluntariè operatur; atque propterea ei deferendum eſſe cultum ac laudem. Cum autem hæc fides comprehendatur ſub articulo 5, ideo non opus fuit, ut Rab ſeparatim ſtatueret articulum.

Ad dubium XIV: Quare non conſtituat Rab articulum, quod Deus ſit vivus, æternus & potens atque volens; & quæ præterea ſunt attributa divina. R. Sub articulo primo, exiſtentiam Dei eſſe perfectam ac neceſſariam, contineri quod ſit vivens, æternus, ſapiens & reliqua attributa. Si enim ita non eſſet, ejus exiſtentia non eſſet abſolutè perfecta, nec etiam neceſſaria. Sub articulo 5, quod ſolus ſit colendus, comprehenditur, eum eſſe potentem ac volentem; quemadmodum hoc extat in propoſ. 3. Sub 10 verò articulo, qui eſt de omniſcientia divina, continetur, eum eſſe ſapientem, & quod cognoſcendo ſeipſum cognoſcat omnia; atque iſtud omne ex eo demonſtratur, quia ſub generalibus verbis Rab omnia iſta comprehendit. Quomodo autem ſint articuli num. 13, jam expoſitum eſt in propoſ. 5.

Ad dubium XV: Quare non recenſeat in claſſe articulorum Rab negocium de fine hominis, ac fidem de animæ ſubſiſtentia poſt mortem, ſicuti fecit R. Chaſdai? R. omne iſtud contineri ſub fundamento 2, de præmio ac pœna: & de iſto ſcribit Rab his verbis: *Maxima retributio eſt vita futuri ſeculi, & maxima pœna exterminium*, &c. Sanè, ſi ita eſt, finis hominis tum continetur ſub retributione ejus, quæ eſt merces futuri ſeculi: & immortalitas animæ eſt retributio animæ, quam commemorat. Cùm autem iſta ibi contineantur, ideo non recenſuit Rab ea ſeparatim.

Ad dubium XVI. Cur non commemoret reſponſum per Vrim ac Thummim in claſſe articulorum, quemadmodum iſtius meminit R. Chaſdai? Reſpondeo etiam iſtud comprehendi ſub articulo 6,

de

de existentia prophetię. Vrim enim ac Tummim sunt quædam species Spiritûs sancti qui est in secundo gradu prophetiæ, quemadmodum scripsit Rab in cap. 45, part. 2, lib. Moreh, ubi adducit gradus prophetiæ; in secundo enim gradu de Spiritu sancto commemorat negocium responsi per Vrim & Thummim. Certè, si ita se res habet, Vrim & Thummim erit quædam species prophetiæ, atque comprehendetur sub articulo 10.

Ad dubium XVII. Quare non constituat Rab in classe articulorum utilitatem precationis ac resipiscentiæ; & principium anni, diem expiationis, atque quatuor distinctiones temporum, sicuti fecit R. Chasdai. Respond. jam expositum esse in hac propos. non constituendum esse inter articulos præceptum aliquod speciale legis; ac propterea non numeranda fuisse precationem, & resipiscentiam ac initium anni, atque diem expiationum, uti & distinctiones temporum, cùm sint præcepta specialia: Et cùm nonnisi generalia oporteat referre ad classem articulorum, tantò magis omnia ista comprehenduntur sub articulo 5, quod vid. colendus sit Deus, & non alius præter illum. Iam autem exposuêre sapp. l. m. cultum cordis esse precationem. Hac etiam ratione continebuntur, sub articulo 10, de omniscientia & providentia divina, atque sub fundamento II, de præmio ac pœna: Ac propterea non numerantur inter articulos.

CAPVT XVII.

De Solutione duorum aliorum dubiorum.

AD dubium XVIII. Seu primum, quod movet R. Chasdai contra Rab, eò quòd constituat; *Ego sum Dominus Deus tuus*, præceptum: cùm pręceptũ ex relatis sit, nec concipi possit sine Deo, dante præceptum. Resp. & dico: Illum in dubium istud incidisse, quia non satis instructus erat de intentione Rab in expositione primi articuli atque præcepti, vid. credendum esse, quòd Deus solus existat; si enim ista esset Rab mens, difficulter posset dubium, quod movet R. Chasdai, solvi: Sed scopus Rab est, (quemadmodum in propos. 2 exposui) existentiam Dei perfectam esse extremâ perfectione; quia est existentiæ ejus necessitas ex seipsa, non verò contingens, sicuti ex verbis ejus demonstravi. Et certè juxta hanc veritatem erit præceptum Dei, quod statuit, eum esse existens: atque

erit

erit primū præceptum, nobis datum; ut nimirum credamus, existentiam ejus esse perfectam consummatâ perfectione, cui mullus omnino insit defectus, atq; esse eum necessariæ existentiæ, non contingentis. Atque hoc sensu habebit præceptum relationem ad præcipientem : nec erit sensus hujus articuli, Deum solum existere, quemadmodum hic sapiens existimavit ; sed existentiam ejus esse extremæ perfectionis, ac ipsum esse necessariæ existentiæ ex seipso, nec ab alio dependere : Et secundùm hoc statuit Rab de dicto, cùm in-

Exod. 20, 2. quit : *Ego sum Dominus Deus tuus.* ait enim : *Ego Dominus*, docet, eum esse necessariæ existentiæ, quemadmodum etiam Rab scripsit in lib. Moreh, cap. 68, part. 1, his verbis : *Omnia nomina Dei, quæ in libris sacris inveniuntur, derivata sunt (ut palam est) ab operibus ejus, unico excepto Iod, He, Vau, He, quod est nomen Dei proprium, unde etiam vocatur, Schem hammephorasch, nomen expositum, quia clarè & citra ullam æquivocationem de substantia creatoris docet*, &c. Et præterea ait : *Ac nullum est dubium, quin essentiale hoc nomen non proferre licebat, nisi in sanctuario, & à sacerdotibus Dei sanctis solùm in benedictione sacerdotum, ut & à sacerdotemagno in die jujunii, quin, inquam, doceat de aliqua re, in qua inter Deum & alia nulla prorsus est communicatio : & probabile omnino est, tùm secundùm significationem ipsius vocis, de qua inter nos hodie non nisi parum extat ; tum secundùm lectionem, significet aliquid, quod necessariam habet existentiam. Summa : Magnificentia hujus nominis, & prohibitio ejus lectionis inde provenit, quia docet de substantia Dei, quo respectu, vel in qua significatione, nulli creaturæ communicatur, sicut de eo Rabb. dicunt : Nomen meum proprium mihi*, &c.

En, hinc manifestum est, cùm dicitur : *Ego sum Dominus Deus tuus*, sensum eorum esse, quod sit necessariæ existentiæ, sicut de eo docet nomen Iod, He, Vau, He. Cùm verò præterea dicitur ; *Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex terra Ægypti*, istud fit ad indicandum, primum ens necessariæ existentiæ esse infinitæ potentiæ, quod ipsum indicat nomen *Deus tuus*. Et extat cum affixo, ut significetur, eum esse rectorem Israelis; quia est ille Deus, qui eduxerat illos ex Ægypto : meminit autem exitus illius ex Ægypto, ut agnoscerent divinitatem ejus, & sensus versus ; *Deus tuus qui eduxi te ex Ægypto è domo servitutis*, est : *Ego Deus*, q. d. ille Deus potens, qui providentia gubernat eos, atque eduxit ex Ægypto, *est Dominus*, h. e. necessariæ existentiæ. Hoc ipsum est, quod credidit Rab de primo articulo atque præcepto, quantum ex verbis ejus intellexi. Ex eo autem, quod hic exposui, cognoscere licet, non rectè

locum

locum habere illud dubium, quod movet Rabbi Chasdai.

Autor verò libri Hikkarim adfert alium modum in ſolutione hujus dubii, atq; ait: viſionem gloriæ Dei, quæ oculis uſurpata fuit ab Iſraëlitis, die legis lationis indicaſſe exiſtentiam Dei in veritate; & gloriam in monte Dei conſtitutam præcepiſſe eis, ut crederent exiſtentiam Dei. Sed iſta ſunt verba in aërem prolata: quia, *Ego ſum Dominus Deus tuus*, eſt ſermo Dei, non verò dictum gloriæ.

Alii autem dicunt, ſcopum primi præcepti, quod mandavit Deus, eſſe, ut credant, ipſum Deum dare iis legem, ac cum illis loqui, non autem aliud quid promanans ex corpore cœleſti, aut ſuperiori exercitu; atque hoc ipſum eſſe, cùm dicitur: *Ego ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te ex Ægypto.* Hoc autem, quod ſcripſi, magis affine eſt veritati, atque convenit radicibus Rab ejuſque verbis.

Ad dub. XIX. vel 2, quod movet Rabbi Chasdai, contra illud, quod conſtituat Rab *Ego Dominus Deus tuus*, præceptum, cùm ait, vocem *Præcepti* ejuſque definitionem non cadere niſi in res, ubi electio ac liberum arbitrium locum habet, hoc verò non ita eſſe in fide; quia non acquiritur per voluntatem ac electionem. R. ſicuti jam expoſui in propoſ. 10. quod, etiamſi fides acquiratur & perveniat in cor ſive animam hominis ſicut formæ naturales recipiuntur à ſuis ſubjectis, quæ in inſtanti & neceſſariò accedunt, ſine arbitrio ac voluntate; tamen fieri non poſſe, ut obveniat fides, niſi in iis præceſſerit diſpoſitio ante cognitionem rerum, quæ ad iſtam fidem deducunt, & in animo efficiunt ſcientiam, inveſtigationes, conſiderationes, atque ſtudium, quæ ſunt præparationes atque diſpoſitiones ad fidem deducentes. Dubium autem nullum eſt, quin diſpoſitiones iſtæ ſint opus voluntatis atque electionis, & in tempore acquirantur: homo enim aut vult audire, docere, diſcere atque cognoſcere iſtas res, quæ neceſſariò producunt ac generant fidem in animo ejus, vel non vult in iis occupari.

Et ſanè Rab non conſtituit formam fidei ejuſque veritatem præceptum adfirmativum, ſed cognitionem ac inſtitutionem rerum illarum, quæ deducunt ad fidei poſſeſſionem: idcirco etiam dicitur in paragrapho. 1. lib. Hammadah in fundamento primo, fidem eſſe neceſſariæ exiſtentiæ; cùm enim exponit hoc negocium, tùm inquit his verbis: *Et cognitio hujus rei eſt præceptum adfirmativum:* En, non ait Rab: *Et fides hujus rei eſt præceptum adfirmativum:* quia non dependet præceptum à fide, ſed à cognitione rerum illarum, quæ deducunt ad fidem. Sic quoque loquitur in articulo 2. vid. Vnitatis Dei: *Et cognitio hujus rei eſt præceptum adfirmativum:* quia ſemper præceptum dependet à cogni-

tione & institutione illarum rerum, non verò à fide, quæ est forma, spectans ad animam.

Licet autem Rab in lib. suo Minjan hammitzoth, scribat in secundo præcepto, his verbis: *Hoc præceptum nobis latum est de fide unitatis*; tamen non est intentio ejus, quod sit præceptum de forma fidei in animo formatæ, sed de cognitione istarum rerum, quæ deducunt ad fidem; quemadmodum scripsit in lib. Hammadah, sicuti exposui, quod locus iste sit appositus ad illud explicandum: in lib. autem Minjan hammitzoth attendit tantummodo Rab ad numerum præceptorum, non aliud quid.

CAPVT XVIII.

De solutione dubii vigesimi.

AD dub. XX, sive tertium, quod adducit idem R. Chasdai ex dicto R. Simlai, citato à Rab ex tract. Maccoth fol. 150. ad explicandum, videl. *Ego sum Dominus Deus tuus*, esse præceptum, atque probat ex eo, non ita se rem habere. Scias verò hanc esse sententiam autoris Hilchot gedoloth, qui non constituit, *Ego sum Dominus Deus tuus*, in numero 613 præceptorum. Ramban autem in libro Hassagoth, quem fecit contra librum Minjan hammitzoth adducit hanc rationem ad confirmandum verba autoris Hilchoth gedoloth; & ab eo accepit R. Chasdai.

Exod. 20, 2.

Ad istud autem respondeo, cùm mag. Rab existimat verba ista, *Ego sum Dominus Deus tuus*, item, *Non habebis Deos alienos*, audita esse ex ore Dei, esse intentionẽ ejus, tantùm de duobus primis versibus loqui, qui sunt: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex Ægypto è domo servitutis. Non habebis Deos alienos coram me*; non autem ulterius extendere: (quia ex eorum (sapp.) sententia duos istos versus audiverunt ex ore Dei) cùm sint fundamenta atque eximia fidei capita: At verò reliquos versus: *Non facies tibi simulachrum aut imaginem &c.* existimant audivisse Israelitas ex ore Mosis, prout reliqua præcepta. Argumentantur autem Rambam & R. Chasdai: non esse hoc accipiendum de dicto *Non habebis Deos alienos*, sed generalem istum sermonem extendi usque ad: *Diligentibus & observantibus præcepta mea*: proferuntur enim isti versus phrasi primæ personæ; reliqui autem versus occurrunt cum phrasi tertiæ personæ.

Sed ratio eorum nullius momenti est, quia nulla difficultate laborat, (si statuatur) protulisse Mosem ista præcepta suo ore, ac dixisse ea nomi-

nomine Dei mittentis eum. Sæpissimè enim simile huic in scriptura occurrit: vide sub finem Deuteron. *Et vocavit Moses omnes filios Israelis*, etiamsi nomine Dei loquatur ore suo; uti cùm ait: *Vos vidistis omnia quæ fecit Deus coram oculis vestris &c. Et non dedit vobis Dominus cor ad intelligendum.* & statim ait: *Et duxi vos in deserto 40 annis,&c. Vt cognoscatis, quod ego sum Dominus Deus vester.* Ac revertitur ad loquendum suo nomine, cùm inquit: *Et venite ad locum hunc. Et eduxit Sichonem, ut occurreret nobis prælio, & percussimus eum.* Atque hoc modo sæpissimè multis in locis locutus est nomine mittentis eum. Eodem sensu hîc ait: *Quia ego Dominus Deus tuus zelotes, Diligentibus ac observantibus præcepta mea.* Reliquos autem versus, quos audiverunt ex ore Mosis, licet loquutus fuerit nomine mittentis eum, tamen indicavit iis præcepta eadem phrasi, quâ audiverat ea.

Et ipse animadvertes, juxta sententiam R. Chasdai & Rambam, opus esse, ut necessariò hoc modo dicatur. Si enim esset intentio ipsorum de dictis: *Ego sum Dominus Deus tuus; Non habebis Deos alienos*, usque ad totum illum sermonem; *Diligentibus & observantibus præcepta mea*, tum non constituerentur in classe præceptorum, quia sunt fides *Ego sum Dominus Deus tuus, Non habebis Deos alienos:* cùm tamen omni modo rectè statuantur in isto dicto tria præcepta, ut sunt: *Non facies tibi simulachrum: Non incurvabis te coram iis: Nec coles eos.*

Quomodo autem, si ita se res habet, omnia ista reducuntur ad 613 præcepta? cùm tùm potius sint 614. Atque animadvertit istud R. Chasdai in dubio hoc, cum scribit, duo esse præcepta: *Non facies tibi simulachrum. Neque coles ea;* quia *Non incurvabis te*, continetur sub genere *Non coles ea:* incurvatio enim est quædam species cultûs.

Sed istud non habet hîc locum: quia omnes sapientes, qui numerant præcepta, constituunt præceptum unum, *Non facies tibi simulachrum. Non incurvabis te coram iis*, præceptum separatim. Et *Non coles ea*, præceptum aliud. Et magis convenisset juxta ejus opinionem, ut diceretur: *Non incurvabis te coram iis, Neque coles ea;* duo ista contineri sub mandato, *Non habebis Deos alienos:* & quod ista sint species sub hoc genere, complectente eas. atque tunc erunt duo præcepta; *Non habebis Deos alienos: Neque facias tibi simulachrum.* Sed simplex scripturæ sensus illud non infert, quia versus vociferatur, *Ego sum Dominus Deus tuus*, esse unum præceptum: & quod duo ista, videl. necessariam Dei existentiam esse extremæ perfectionis, atque eum esse unum, apprehenderint ex ore Dei. Et discitur hoc ex eo, quod Dominus noster Moses ait in Deuteronomio. *Tibi exhibita sunt videnda, ut cognoscas Dominum* Deut. 4.35.

esse Deum ipsum, nullum amplius præter illum. Cùm autem ait, *Dominum esse Deum*, tùm attendit ad primam radicem, videl. necessariam ejus existentiam esse summæ perfectionis. Cùm verò, inquit, *Nullum amplius esse præter illum,* tùm respicit ad articulum unitatis, & refert, quod duo
v.36. ista audiverint è medio ignis: fuit enim finis totius hujus visionis, ut perficerentur in duobus istis dictis fidei capitibus. Nam post ista ait: *Tibi exhibita sunt videnda, ut cognoscas Dominum esse Deum, nullũ amplius esse præter illum. Ex cælo audiendam tibi proposuit vocem suam, ut erudiret te;* & *in terra exhibuit tibi videndum ignem suum maximum;* & *verba ejus audisti è medio ignis.*

Non est autem dubium, quin propter hanc rationem docuerint sapp. l. m. quod, *Ego sum Dominus Deus tuus,* & *Non habebis Deos alienos*, audiverint ex ore Dei: neque verò attendunt nisi ad duos istos versus, prout dixi. Idcirco etiam deprehendes in hanc sententiam non solùm convenire verba illorum sapientum in tract. Maccoth, cum verbis R. Simlai, quæ probationis loco Rab adduxit, sed etiam aliis in locis super istud consentire. In Midrasch chasit, ait Iehosua ben Levi: *Duo præcepta audiverunt Israelitæ:* vid. *Ego sum Dominus Deus tuus: Non habebis Deos alienos.* Quod autem scribitur: *Osculetur me osculis oris sui: id non de omnibus osculis* (accipiendum est.) Rabanan verò affirmant, Israelitas omnia præcepta ex ore Dei audivisse. R. Iehosua cognomine Sachnin, & R. Levi Theniman: *Post omnia demum præcepta scriptum est: Loquere tu nobiscum & audiemus te.* R. Iehosua ben Levi dissentit; vel quia non sit (attendenda) in lege antecessio & consecutio; vel quia non dicatur: *Loquere tu nobiscum & audiemus te,* nisi post duo vel tria præcepta. R. Ezra, & R. Simon uti & R. Iehosua ben Levi sentiunt, quòd, cùm dicitur, *Legem præcepit nobis Moses*, videantur omnia legis præcepta esse 613. תורה in Geometria valet 613. itaque loquutus est nobis Moses 611. præcepta. Nam *Ego sum Dominus Deus tuus* & *Non habebis Deos alienos,* non audivimus ex ore Mosis, sed ex ore Dei, prout
Proverb. 1,2. dicitur: *Osculetur me osculis oris sui.* Certè hinc discimus, multos sapientes in hoc convenire; atque etiam quosdam eorum sentire, omnia præcepta audivisse (Israelitas) ex ore Dei. Neque apud illos difficultatem parit, quædam præcepta in prima persona loquentis Dei (occurrere,) quædam verò in sermone Mosis quasi phrasi tertiæ personæ.

Atque hinc elicitur, sententiam mag. Rab conformem esse radicibus sapientum l. m. & duo esse præcepta; *Ego sum Dominus Deus tuus,* &, *Non habebis Deos alienos.* Sive dicamus, sub præcepto, *Non habebis Deos alienos*, contineri *Non facies tibi simulachrum; nec incurvabis te coram iis;*

iis ; neque coles ea. Vocari autem præceptum propter universitatem suam : sive etiam dicamus,quod attenderint in isto,*Ne sit tibi*;hanc negationem , istumque versum tantùm eos audivisse ex ore Mosis ; reliquos verò versus ; *Non facies tibi simulachrum,neque incurvabis te iis, neque coles ea,*audivisse ex ore Mosis,non autem Dei. Et si hoc se ita non haberet, non semper dicerent *Ego Neque sit tibi,* tantùm,nec commemorarent ibi reliqua præcepta.

Et posteriores sapientes nostræ gentis conati sunt validè demonstrare ex sententiis Rabbinorum l.m.quod,*Ego sum Dominus Deus tuus,* non sit præceptum ; Ac juxta sententiam autoris Hilchot gedolot ; qui existimat non convenire,ut in numerum præceptorum specialium compingatur articulus fidei ; & omnia præcepta ex eo procedere , quod sint statuta, quæ Deus nobis post hanc fidem præscripsit : & qui non credit in deitatem ; is non habet legem perfectam.Idcircò autem judicat,*Ego sum Dominus Deus tuus* , esse articulum vel fundamentum fidei : quia in lege non nisi unicus hic extat articulus ; atque ideo non constituit præceptum , sed reliqua omnia ipsi sunt præcepta. Atque hoc ipsum est,quod dicunt in Mechilta : *Non habebis Deos alienos, quare dicitur? Cùm,inquit,Ego sum Dominus Deus vester,* comparat se cum rege, regionem aliquam ingrediente , quem servi sui affantur : Constitue nobis leges : respondet verò iis : Non ; sed postquam imperium meum admiseritis, tunc vobis statuta præscribam : si enim dominium meum non reciperetis , quomodo statuta mea essent stabilia ? Hoc etiam modo alloquutus est Deus Israelitas,*Ego sum Dominus Deus tuus.* Ego sum ille, cujus acceptastis imperium , ideo etiam recipite statuta mea : *Non habebis Deos alienos coram me.* Hactenus fuêre verba Mechiltæ. Apparet autem ex verbis sapientis cel. m. initium statutorum ac præceptorum esse *Non habebis Deos alienos* ; præceptum , verò, *Ego sum Dominus*,esse fidem de divinitate , quam jam in Ægypto crediderant. Idcirco etiam semper ajunt, verba, *Ego sum Dominus Deus tuus*,esse receptionem imperii divini.

Sic etiam pro hoc adducunt probationem ex eo , quod dicunt in Horioth fol.8. *Vos erratis. Vnde probatur, versum istum loqui de idololatria?* Num.15.22.
Domus R.Ismael docet, ex quo die præcepit Dominus, & deinceps per generationes vestras : Qualenam est illud præceptum , in principio latum ? Respondet, est de idololatria. Contra hoc autem objectionem movent. v.23.
At verò, ait Mor ; decem præcepta Israelitis sunt data in Moria. Sed hæc solutio manifestior , quam antea prout tradidimus ex solutione. Si enim lo-

cutio iſta, *Ego ſum Dominus Deus tuus*, eſſet præceptum, non affirmarent, præceptum de idololatria in initio dictum eſſe.

Videtur autem mihi in tota hac reſponſione, ſapientes l.m. non negaſſe dictum hoc, *Ego ſum Dominus Deus tuus*, eſſe præceptum, ſed dixiſſe, eo deſignari acceptationem imperii Dei, atque iſtud in ſe recipere, eſſe mandatum, quod præceperit Deus, ut videl. in ſeſe jugum regni ejus ſuſciperent. Exiſtimarunt enim ſapp. l.m. præceptum primum eſſe univerſale, & columnam atque radicem reliquorum præceptorum; idcirco etiam dixerunt: *Poſtquam imperium meum receperitis, tum ſtatuta vobis feram.* Receptio autem regni extat in ſermone: *Ego ſum Dominus Deus tuus*, atque juxta eorum opinionem præceptum hoc, quod tulit eis, eſt, ut reciperent imperium ejus: nam poſt illud præceptum generale ac radicale, inquit; *Prout admiſiſtis dominium meum, ſic etiam ſtatuta mea accipite.* Et obſerva, ſtatuta vocari præcepta activa; receptionem verò regni Dei præceptum fidei. Hinc etiam aſſerunt, præceptum fidei, de acceptione imperii Dei neceſſariò præponendum eſſe omnibus iſtis ſtatutis, utpote præceptis activis, quæ occurrunt in lege; non quaſi negarent, recipere imperium Dei, eſſe præceptum, ſed quod diſcrimen ſit inter hoc & ſtatuta, quatenus vid. iſtud ſit fides generalis ac principalis, reliqua verò ſtatuta ſint præcepta ſpecialia practica. Vide verba R. Moſis ben Nachman in expoſitione ſe-
Exod.20. ctionis, ſuper hunc verſum, *Ego ſum Dominus Deus tuus*, ubi his verbis ſcribit: *Ego ſum Dominus Deus tuus. Hic ſermo eſt præceptum practicum*, quod docet ac præcipit, ut cognoſcant & credant, Deum eſſe, & hunc eſſe Deum illorum, h.e. eum eſſe æternum, quia hoc univerſum ab ejus voluntate ac potentia dependet. *Et ſit Deus eorum, quem colere tenentur &c.* Amplius etiam his verbis, inquit: *Vocatur autem hoc præceptum in verbis magiſtrorum noſtrorum, receptio imperii Dei. Sic enim dixerunt in Mechilta: Quare dicitur: Non habebis Deos alienos coram me? quia, cùm inquit, Ego ſum Dominus Deus tuus, comparat ſe cum rege provinciam ingrediente &c.* En adfert Rab ex iſto dicto, quod commemoravi ex Mechilta, atque ex eo infert, quod, *Ego ſum Dominus Deus tuus*, ſit acceptatio regni Dei, atque præceptum.

* סוגיא Ad illud verò, quod objectant ex * opinione, quæ extat in tract.
Num.15,23. Horioth fol. 8. *Domus R. Iſmael docet; Ex quo die præcepit Dominus, & deinceps per generationes veſtras.* Quodnam eſt præceptum primum? *reſpondet, eſt de idololatria*: qui enim docet primum præceptum eſſe, *Non habebis Deos alienos coram me*, is etiam ſtatuit, non eſſe præceptum, *Ego ſum Dominus Deus tuus.* Reſpondeo, mentem R. Iſmaelis eſſe, quod,

Ego

Ego-Nec habebis de unicò dicantur præcepto: quemadmodum etiam exposuerunt de (versu) *Vnus Deus loquitur duos audivi.* Idcirco initium, quod commemoravit, non est solicitè scrutandum (in dicto) *Non habebis Deos alienos*; sed initium est sermo iste universalis, *Ego-Non habebis:* quia, licet in iis sint duo præcepta juxta verba Rab, tamẽ in modo sunt conjuncta: sunt enim duo ista unus sermo; ideo etiam unum eorũ est adfirmativum *Ego sum Dominus Deus tuus*; alterùm verò negativum *non habebis:* negativum autem est oppositum affirmativo. Et propter ea exposuit ibi Rab *Non habebis,* ne in animum adscendat, alium esse Deum. Psal.

Hoc autem verum esse, demonstratur inde, quod in ista sententia declaravit R. Salomo Iarchi his verbis: *Quodnam est præceptum*, quod primò dictum est? respondet, Est de idololatria: in principio enim decalogi *Ego-Nec habebis*, est *de cultu idolorum &c.* En exponit ibi, cùm interrogat, *Quodnam est præceptum primò dictũ?* se non solum attendere ad (verba) *Non habebis Deos alienos*; sed ad duas sententias, *Ego sum Dominus Deus tuus* & *Non habebis Deos alienos coram me*, quæ initio decalogi dictæ, agunt de idololatria. Hinc verò non negat, *Ego* etiam esse præceptum. Quia autem hæc sententia judicio autoris Thalmud minus recta visa est, ideo per modum objectionis, inquit; *At verò, asserit Mor.* decem præcepta lata esse in Moriah: infert enim, atque ait; dictum istud, *Quodnam est præceptum primum?* non oportet admittere; atq; hoc ipsum asserunt; *Sed manifestius est, prout docuimus ex solutione.* Sensus est, Quod, si ita est, magis dilucidum & verosimilius est istud, quod priùs tradidimus; non verò hæc locutio: Quodnam est primum præceptum? Extant quidem dicta sapp. indicantia, *Ego sum Dominus Deus tuus*, esse generale præceptum, & continere decalogum; sed hoc inde fit, quod ajunt in Ialmedenu, ad sectionem Nonam, *Committit adulter ac adultera peccata adversus decem præcepta &c.* Quomodo contra istud, *Ego sum &c.* Quis uxorem proximi sui adulterio polluens, negat Deum, Q. D. *Ementiuntur Dominum, & dicunt non est, &c.* Ier. 5, 12.

Præterea ibi in sectione Kedoschim, uti etiam in Vaikra rabbah, commemorat, decalogum contineri in sectione Kedoschim: hoc modo, inquit, R. Levi. Quocirca decalogus sub eo continetur: hic enim *Ego Dominus Deus tuus*; & ibi scriptum est *Ego Dominus Deus vester.* 2. *Non habebis Deos alienos*; ibi etiam scriptum Lev. 19.2.
occurrit. *Deos fusiles ne facitote vobis.* 3. *Non assumes in vanum*; ibi extat: vers. 4.
Non jurabis per nomen meum ad mendacium. 4. *Memento diei Sabbathi*, ibi vers. 12.
scriptum habetur, *Sabbatha mea servatote.* 5. *Honora patrem tuum ac ma-* vers. 3.
rem tuam; ibi habetur: *Quisque matrem suam ac patrem suum timetote.*

6. *Non*

vers. 3. 6. *Non occides*, ibi scriptum est : *Ne instato contra sanguinem proximi tui.*
16. 18. 7. *Non committes adulterium*, ibi extat ; *Ne ambulato detractione.* 8. *Non*
11. *furaberis*, ibi habetur ; *Ne furamini.* 9. *Non dices falsum testimonium*, ibi
16. 18. scriptum est, *Ne ambulate cum detractione.* 10. *Non concupisces*, ibi *Diliges proximum sunt teipsum.* Hactenus ille. En exposuerunt, omnia præcepta quæ occurrunt in decalogo, extare in sectione Kedoschim ; atque genus eorum constituunt *Ego.* Atque hoc omne inde demonstratur, quia *Ego sum Dominus Deus tuus* juxta verba Rab, est pręceptum.

Nec mirandum est de autore Hilchoth gedoloth, quod istud non animadverterit, siquidem invenies etiam hoc modo R. Moses ben Nachman, præceptum unitatis numerare, uti & Rambam, & reliqui isti omnes sapientes : non numerat istud autor Hilchot gedolot, sed tantùm de recitando precationem Kriath schemah recenset : existimat enim sententiam *Ego* & præceptum unitatis esse eandem rem vid. recipere imperium Dei, atque esse radices legis, non verò præcepta. Et fortassis idem R. Chasdai (judicavit) quia vocabulum *præcepti* ejusque definitio non cadit in fidem. Idcirco etiam constituit excellens R. præceptum, de legenda oratione vel Kriath schema, non autem credere unitatem : Sed opinio Rab omni modo consentanea est ; quia sapientes cel. m. semper unitatem vocarunt præceptum, istudque demonstrarunt ex versu primo sect. Schemah. Atque hoc totum evincit, omnia ista verba Rab directa esse ad intelligentem & integros ad inveniendam scientiam.

CAPUT XIX.

De solutione trium aliorum dubiorum.

AD dub. XXI. & XXII. seu primum & secundum, quæ movi. Quare Rab in lib. Hammadah ; tract. Iesode hattorah, adducat partem ex fundamentis & articulis, quos in com. Misnæ recensuerat, quosdam verò omittat. Item : Quare in medio tract. Iesode hattorah, adferat verba aliena, quæ non sunt è classe fundamentorum, veluti de amando & timendo Deum, de ambulando in viis ejus, sanctificando & non prophanando nomen ejus, videl. in non corrumpendis vocabulis quibus vocatur nomen ejus ; de his atque aliis rebus uti & de physica & metaphysica, cujus ibi meminit.

Respondeo & dico, magnum Rab in comm. Mischnæ adducere recensionem istorum articulorum, quorum unumquemque oportet credere, qui legem habet, ut intelligat, quisnam sit filius Israelis vocandus,

dus, ac partem habiturus in futuro ſeculo, quinam verò apoſtatæ ſint, utpote qui non habeant partem in futuro ſeculo, nec nomine Iſraelis vocandi ſint. Hinc etiam ſcribit ibi ſub initium articulorum, his verbis: *Atque de eo neceſſe eſt, ut aliquid hîc commemoretur; eſt enim locus appoſitus ad explicandum, tredecim eſſe articulos ac fundamenta legis noſtræ &c.* En exponit locum iſtum convenientem ac aptum eſſe, ad declarandum ibi articulos legis, quatenus ſunt articuli.

At verò in libro Miſna hattorah hajad gedoleh, quem Rab compoſuit, eſt ſcopus ejus, non niſi exponere præcepta, quæ ſunt in libro legis divinæ, quemadmodum hoc etiam declarat in præfatione comment. ſui: atque idcirco in initio enumerat omnia iſta præcepta unum poſt aliud, ad inveniendum numerum; & poſt iſtorum recenſionem facit partitionem operis ſui in libros atque conſtitutiones, & ibi conſignat præcepta, quæ in iis occurrunt. Hic autem eſt finis, quem ibi Rab intendit; ideo etiam in exordio hujus libri hoc modo inquit: *Conſtitutiones de fundamentis legis continent decem præcepta; ſex adfirmativa, quatuor verò negativa; numerus autem eorum hîc eſt: 1. ut cognoſcatur eſſe ibi Deum. 2. Ne quis ſibi imaginetur alium ibi, præter hunc eſſe Deum. 3. De unitate ejus. 4. De amando eum. 5. De eum timendo. 6. De nomine ejus ſanctificando. 7. De non prophanando nomine ejus. 8. De non perdendis rebus, ſuper quas nomen ejus invocatum eſt. 9. De audiendo prophetam, qui ejus nomine loquitur. 10. De non tentando eum. Atque iſtorum omnium præceptorum expoſitio continetur in illis capitibus.* Hactenus ille.

En manifeſtum eſt ex verbis ejus, præcipuum ſcopum in iſtis conſtitutionibus eſſe explicationem præceptorum, non verò articulorum, utpote quos jam expoſuerat in loco illis conveniente, videl. in Comment. Miſnæ, quemadmodum dixi. At verò adducit hic conſtitutiones de fundamentis legis, ut declaret iſta fundamenta, quæ pertinent ad claſſem præceptorum. Idcirco etiam non dicit, *omnia fundamenta legis*, ſed phraſi * abſolutâ: *Conſtitutiones de fundamentis legis.* Neque, ſi ita ſe res habet, difficultate laborat, quod recenſeat tantùm iſta fundamenta, quæ ſunt in claſſe præceptorum, vel ab iis originem ducunt; ideo etiam invenies in præfatione libri, cum opus ſuum in 14. libros dividit, eum hoc modo loqui: *In libro primo complexus ſum omnia præcepta*, quæ ſunt fundamenta legis Moſis mag. n. ſuper quem pax; & ſunt ea homini ante omnia ſcitu neceſſaria; uti ſunt unitas Dei, & interdicta idololatria: *Vocatur autem nomen hujus libri Hammada.* Sic ille. En exponit, unicum finem eſſe explicationem præceptorum: hinc etiam inter ſundamenta adduxit iſta, quæ originem ab illis (præceptis)

* סתמי

ptis)trahunt, non alia. Atque inde eſt,quod adduxerit de amando ac timendo Deum, de ſanctificando nomine ejus: quia ſunt præcepta radicalia connexa,& cum iſtis fundamentis(conjuncta.)Deinde etiam quia hic locus eſſet proprius, ſubſtantialis, & primus in explicatione præceptorum, quæ adducit in iſtis Conſtitutionibus. Inſuper etiam dico in hac reſponſione, ideo benè inſtitutam eſſe hanc conſiderationem; quia in capitibus illis tract. Ieſode hattorah, invenies recenſionem omnium iſtorum articulorum & fundamentorum; etiamſi fortaſſis ibi non occurrat ordo prioris vel poſterioris, quo adduxit eos in commen. Miſnah; ibi enim unuſquiſque in ſuo loco conſideratur, ſicuti indicavi, In cap. enim primo Rab maniſeſtò recenſet tres articulos; vid. Deum eſſe exiſtens perfectum extremæ perſectionis, neceſſariæ exiſtentiæ: item eum eſſe unum: neque eſſe illum corpus, aut potentiam in corpore: In cap. autem 2. enumerat omnes creaturas, & in ſpecie gradum intelligentiarum ſeparatarum. Sic etiam in reliquis capitibus 3. & 4. commemorat materiam corporum cæleſtium,& quatuor elementa, atque mixta ex iis. Iſta autem omnia eo fine adducit, ut inde eliceret Deum eſſe æternum,& omne præter eum creatum eſſe, non verò æternum, ſi hic cum illo comparetur. Hoc autem inde cognoſcimus: quia Rab de omnibus iis exiſtentibus ſuperioribus, mediis & infimis tradit, quod ſint creaturæ; cùm autem ſint creata vel innovata, neceſſario ſtatuendus eſt Deus æternus, qui ea creavit. Hinc etiam educimus numerum articuli 5, vid. æquum eſſe ut Deum colamus, eumque voce celebrationis extollamus, neque convenire,ut tale quid alteri præſtemus exiſtenti: quia opera aliorum ſunt limitata & determinata, neque habent voluntatem & electionem operandi cum aliqua variatione iſtius, quod agunt: ſive ſint ſpiritualia cœleſtia,quæ ſunt viva intelligentia; ſive etiam inferiora, quæ non eodem modo ſe habent. Atque idcirco in tribus illis capitibus, videl. 2,3,& 4, narrat Rab de magnificentia Dei, ut inde intelligamus, ipſum colendum eſſe,ac omnia exiſtentia ab eo exiſtere.

Adducit autem inter generalia iſta, de amando & timendo Deum; quia propter conſiderationes iſtas, videl. amorem & timorem,æquum eſt,ut Deum colamus; ſunt enim duæ ſpecies cultûs, prout ſapientes l.m. commemorant: *in nomine,propter amorem, non in nomine, propter timorem.* Quia verò decet eum amore proſequi,etiam par eſt,nomen ejus ſanctificare: & quia oportet eum timere, etiam æquum eſt, nomen ejus non prophanare, neque deſtruere res, ſuper quibus nomen ejus indigitatur. Sanè,ſi ita ſe res habet,tum omnia iſta præcepta originem ducunt ex articulo 5,quod nimirum oporteat eum colere. Cap

Cap.autem 7. adducit Rab duos articulos, videl. ſextum & ſeptimum,qui ſunt; Exiſtentia prophetiæ; & gradus prophetiæ Moſis mag.no.ſuper quem pax. Cap.verò 8,& 9, adfert articulum 8, legem eſſe à Deo,& articulum 9, æternitatem legis.

Præterea invenies in cap.2, quod ibi Rab primò recenſeat articulum 10, nimirum de ſcientia divina & modo cognoſcendi res. Cap. autem 5. attingit Rab articulum 11, qui eſt de præmio & pœna; atque idcirco adducit ibi præceptum de ſanctificando Deum, aliaque, quàm multa eorum ſit merces,& magna pœna. At verò duos poſtremos articulos de adventu Meſſiæ & reſurrectione mortuorum,non adduxit Rab in tract. Ieſode hattorah; quia ſunt ſpecies, quæ continentur ſub articulo 11, De præmio ac pœna, quemadmodum in propoſitione 5,planum feci; ſed attulit iſtos in tract.Teſchuva cap.9: quia à præceptis non trahunt originem.

En; ex hoc toto manifeſtum eſt, omnes iſtos 13, arculos,quos Rab adduxit in comm. Miſnæ occurrere in verbis ejus, lib. Hammadah tract. Ieſode hattorah, juxta modum, quem enarravi: & reliqua, quæ in iſtis tractatibus adfert,originem trahere ab his fundamentis ac articulis, atque idcirco ibi adduci.

Ad dubium XXIII, ſive 3 ex iis, quæ ego movi: Quare videl. ex omnibus 13, articulis ſive fundamentis legis,quæ recenſet Rab, referat ad numerum præceptorum non niſi duos priores, ſcil.Exiſtentiam Dei ejuſque unitatem; reliquos verò non conſtituat in numero præceptorum, ſive affirmativorum,ſive negativorum. R. & dico: Quod non viſum fuerit Rab,articulum 3, nim. Deum eſſe unum,non corpus neque potentiam in corpore,conſtituere præceptum,etiamſi eum demonſtret ex verſu: *Et valdè obſervetis ea propter animas veſtras &c.* quia non recenſentur in numero præceptorum, niſi iſta quæ Deus ben. præcepit,veluti mandatum unitatis, cujus fidem ipſe exigit, cùm ait: *Audi Iſrael,Dominus Deus noſter,Deus unus eſt:* q.d.Audi,& crede hanc rem. Atque hac ratione,*Ego ſum Dominus Deus tuus*, conſtituit præceptum; quia apud eum eandem cum hoc obtinet rationem: nam negativum iſtud in verſu. *Quia non vidiſtis ullam imaginem*; eſt * negatio, non verò † prohibitio. Et jam ſcripſit Rab in lib. ſuo Minjan hammitzoth,in radice 8. ex radibus,quas in numero præceptorum proponit,negationem affirmativi enunciati non ponendam eſſe cum admonitione: ut e.c. *In puella non eſt peccatum mortis,ne moriatur, quia non fecit volens. Non inquiret ſacerdos.* In hac etiam ſpecie autor Hilchot gedoloth numerat: *Et terra non vendetur in æternum*; eſt enim ipſi negatio,

* שלילה

† מניעה

non

non admonitio. Certè, si ita est, tum dictum illud: *Et valdè observetis ea propter animas vestras*, in genere eos admonuit, ne in fide sua errarent, inquit enim: *Quia non vidistis ullam imaginem*; quæ negatio, non admonitio est; idque eò magis, quia rationem reddit præcepti, cùm ait: *Quia non vidistis ullam imaginem.* Iam verò scripsit Rab in radice 5, ejusdem lib. Minjan hammitzoth, quem commemoravi; rationem præcepti constituendam esse in numero præceptorum: ut, e.c. *Non poterit maritus ejus prior, qui eam dimisit, rursus eam recipere: Ne terram peccato inquinet*; atque idcirco non annumeravit ista classi præceptorum. Exposuit autem ipsemet Rab in cap. 1. lib. Hammadah, remotionem corporeitatis esse ramum è radice unitatis: quia non potest sic concipi, Deum esse corpus aut corporeum, nisi sit divisibilis & multiplex, non unus. Et quia remotio corporeitatis continetur sub unitate, ideo contentus fuit Rab numerare unitatem præceptum; non autem numeravit remotionem corporeitatis, quia sub ea comprehenditur. Hinc etiam commemorat in radice 11, ex istis radicibus quas recensui ex lib. Minjan hammitzoth, partes præcepti specialis non numerandas esse separatim, sed sub generali comprehendi. En ex omnibus istis rationibus apparet, non numerandum esse articulum 3, seu remotionem corporeitatis, inter præcepta.

At verò ex fundamento 4, quod est, Deum esse antiquum, & nihil præter eum esse æternum; discimus æternitatem ejus, quemadmodum scribit Rab ex versu: *Tabernaculum Dei æterni*: & licet verum sit dictum, tamen non fit ibi mentio præcepti, quod Deus nobis propter istam fidem mandavit; Et sanè ipse inquit, nihil præter eum æternum est; & licet hoc manifestum sit ex versu, *Quia sex diebus fecit Deus cœlum ac terram*: tamen hæc ipsa est ratio præcepti de Sabbatho, quod docet de creatione. Atque jam indicavi ex verbis Rab de radicibus, rationem præcepti separatim non esse numerandam.

De articulo autem 5, solum Deum esse colendum, jam scripsi, Rab istum non docere ex versu: *Et servietis Domino Deo vestro eumque coletis*; quia isti versus admonent nos de opere cultûs, & de precatione: articulus autem non est, ut actu eum colamus, sed ut credamus, eum solum colendum esse; Idcirco etiam scribit Rab in expositione hujus articuli ac fundamenti, hujusmodi verbis: *Fundamentum autem hoc 5 discimus ex præcepto nobis dato, de non colendis idolis.* En hîc vides, quod articulum hunc discamus ex præcepto: non quod ipsummet sit præceptũ.

Fundamentum autem 6, est existentiam prophetiæ in specie hominis esse in genere; uti & fundamentum 7, de eminentia prophetiæ Mosis

Mosis mag.n.super quem pax : ac 8,de lege cœlesti ; & 9,de ejusdem æternitate ; & 10,de scientia Dei ; ac 11,de præmio ac pœna ; & 12, de adventu Messiæ : atque 13, de resurrectione mortuorum : omnia ista(inquam)sunt veri fidei articuli,prout exponuntur in lege, prophetis ac hagiographis ; sed non recensentur in numero præceptorum ; quia nulli occurrunt versus , in quibus Deus de fide eorum præcipit. Nec sequitur,si non sint præcepta,tum fidem eorum esse arbitrariam; quia omnes historiæ legis ejusque scientiæ , etiamsi non referantur ad numerum præceptorum,nihilominus tamen obligati sumus ea credere juxta literalem eorum sensum , atque omnia ista, Sapp. l. m. complexi sunt sub illis verbis : *Quisquis asserit,totam omnino legem, esse ex ore Dei, præter unicum versiculum , sanè is est in classe istius , qui verbum Dei vilipendit :* quia totam legem ejusque historias atque præcepta habemus, ut ea perfectè fide amplectantur ; Licet enim pars ex ejus dictis occurrat sub ratione admonitionum ac præceptorum h. e. ut Deus præcipiat ac moneat de iis; reliqua verò adducantur sub forma scientiarum,historiarum atque reprehensionum ; tamen sunt æquè vera atque præcepta.

CAPUT XX.

De Solutione trium aliorum dubiorum.

AD dub. XXIV. XXV. & XXVI. seu 4, 5, & 6. ex iis , quæ movi contra verba Rab ex principio cap.1.lib.Hammadah. Visum est respondere ad ea per explicationem verborum Rab ; dicit : *Fundamentum fundamentorum , & columna sapientiæ est, cognoscere ibi esse primum ens , & istud existentiam dare omni existenti : Omnia enim existentia in cælo & terra,quæque intra ea sunt,non existunt nisi per veritatem illius existentiæ. Et si concipias illud non existere , nihil poterit existere : Sin verò imagineris , nulla existentia præter illum solum existere ; ipse solus existet ; nec destruetur ille propter eorum cessationem. Omnia enim existentia necessitatem habent ab eo ; ipse verò Benedictus non opus habet illis, nequidem ullo illorum.* Hactenus ille.

En exorditur Rab in 1.articulo, Deum esse primum ens ; h. e. primum dignitate ac perfectione ; atque esse eum necessariæ existentiæ; quemadmodum descriptione sua exponit : atque idcirco hunc articulum esse primum inter reliquos articulos ; quia reliqui omnes huic innituntur. Hinc de eo inquit, Rab,quod sit *fundamentum fundamentorum :* quia , sicuti fundamenta legis sunt articuli & radices , quibus

lex ſuperſtructa eſt,ut per eorum everſionem deſtruatur : ſic & primum fundamentum , non tantùm eſt fundamentum legis , ſed etiam eſt fundamentum reliquorum fundamentorum ; & iſta omnia huic innituntur: Si enim concipias primum fundamentum everti, etiam reliqua omnia deſtruentur, atque ob hanc rationem fundamentum hoc vocavit, *Fundamentum fundamentorum* ; hinc etiam poſtea ait : *quia hic eſt maximus articulus*, à quo omnes dependent.

Quia verò Rab initiò part. 2. lib. Moreh, hunc articulum exponit per demonſtrationem ; in hoc autem capite ex verſibus, ideo ait, in eo nullam eſſe contradictionem ; quia cum hoc articulo conſentiunt lex & ratio ; idcirco etiam juxta legem , eſt fundamentum fundamentorum , & propter hanc rationem declaravit in hoc capite, ex conſequentia verſuum : juxta demonſtrationem verò intellectualem , eſt columna ſcientiarum , atque in hoc ſenſu exponit in lib. Moreh, pro ratione propoſitionum intellectualium.

Cùm autem inquit : *Cognoſcere eſſe ibi primum ens* , non eſt intentio vocabuli שם *ibi, illic* de * circumſcriptione locali , ſed de exiſtentia, in genere dicta, q. d. Fundamentum fundamentorum & articulorum legalium, atque columna ſcientiarum intellectualium, eſt, cognoſcere, quod ſit in claſſe entium ens prius omnibus iſtis, videl. in gradu exiſtentiæ & prioritatis : *Et iſtud exiſtentiam dare omni exiſtenti,* h.e. ſupremam & primam eſſe iſtorum cauſam: *quia omnia exiſtentia in cælo ac terra* q.d. *in cælo,* corpora cæleſtia , quæ perpetuò in gyrum moventur, & intelligentiæ ſeparatæ , quæ circumagunt ea : *& terra,* quæ eſt centrum, ſuper qua circumvolvitur (cælum.) *Et quæ in iis ſunt* h.e. elementa, & quæ ex iis conflata ſunt , atque ſunt inter cælum ac terram ; *iſta enim omnia non exiſtunt niſi per veritatem ejus exiſtentiæ.* Sanè , ſi ita ſe res habet expoſuit hîc, Deum eſſe cauſam cauſarum.

* רמיזה מקומית

Ad explicandam autem neceſſitatem exiſtentiæ , inquit : *Quod ſi concipias , illum non exiſtere &c.* q. d. ſublatâ hac causâ tolluntur omnes effectus : ſed remotis iſtis effectibus , non ſequitur removeri eum , qui eſt iſtorum cauſa ; idcirco etiam hæc remotio cauſæ primæ eſt res † imaginaria, nec fieri poteſt ; atque hinc ait Rab : *Et ſi concipias, illum non exiſtere &c.* quia hanc rem homo ſibi imaginatur ; non quod tale quid fieri poſſit. Concludit autem verba ſua, cum inquit : *Omnia exiſtentia neceſſitatem habent ab eo , Deus verò ben. à nullo eorum.* Hoc enim ſpectat ad neceſſitatem exiſtentiæ , ut exiſtentia ejus ab alio non dependeat, ſed omnium rerum exiſtentia ab eo.

† מדומה

Inſu-

Insuper ait his verbis : *Propterea non est veritas ejus tanquam aliqua veritas eorum* ; *prout inquit propheta. Dominus Deus veritas est.* h.e. ipse solus verus est, neque in quoquam est veritas similis ejus veritati; atque hoc est, quod lex ait : *Nullus amplius præter illum solum.* q.d. *non est ibi verum existens simile ei, præter illum solum* : Hactenus ille. Voluit hîc Rab exponere negocium veritatis, scil. quod, etiamsi de Deo asseramus, quod sit existens, item de reliquis rebus, quod existant, non tamen vocabulum existentiæ de Deo ac aliis rebus * univocè & † æqualiter prædicari, sed ‡ æquivocè ac analogicè : prout enim se res habent in operando ita in existendo ; & sicuti se habent in existentia , ita etiam in veritate : Siquidem veritas est res ex existentia educta , cumque ea convertitur. Quia autem creaturæ in existentia sua habent * potentiam mixtam cum actu , & necessitatem cum contingentia ; nec est agens absolutè perfectus, (cùm existentia earum non sit absolutè perfecta,) hinc etiam veritas non absolutè perfecta est ; Vnde rectè colligitur nomen veritatis absolutè locum habere in Deo : quia existentia ejus necessaria est ex seipsa , non verò contingens: atque est omni modo in actu, & nihil est in eo potentiale , aut contingentiæ ; idcirco etiam non est existentia ejus similis aliarum rerum existentiæ ; *nec veritas ejus* h.e. operationes ejus secundum veritatem , & reliquæ actiones. Existentia enim ejus est necessaria , atque veritas ejus absoluta ; reliquorum verò existentia ex seipsa est contingens ; & veritas atque operationes eorum mixtæ cum potentia , & existentia eorum cum privatione : atque hinc ait , existentiam & veritatem de Deo ac reliquis rebus tantùm † æquivocè seu analogicè prædicari ; nomine tantùm, non verò nomine ac definitione ; atque hoc probat Rab ex dicto prophetæ Ierem. *Dominus Deus veritas est.*

Ier. 10,10.
Deut. 4,35.
* בהסכמה
בשווי
† פבספוק
‡ ויתר
בפחות
* כחניות
† מכמתוף

Sensus autem hujus versûs manifestus evadet ex declaratione illius sectionis , ubi initio ait : *Audite verbum, quod loquitur vobis Dominus* , ô *domus Israelis. Sic inquit Dominus : Viam gentium istarum ne discitote, & à signis cælorum ne consternemini, quia gentes ab illis consternantur.* En de duabus rebus eos admonet : prima est, ne discant viam gentium, scil. de cultu imaginum , quæ nullam habent essentiam : Secunda est, ne consternentur à signis cælorum , quemadmodum gentes ab iis sibi metuunt; quia gentes sunt sub dominio superiorum principum ; quemadmodum ipse ait: *Quia Dominus Deus tuus distinxit vos ex omnibus populis*, hinc æquum est eum timere. Cùm autem Israelitæ peculiariter subsint regimini divino , prout inquit : *Et vos accepit Dominus* ; non convenit, ut consternentur à signis cælorum ; siquidem ista non habeant prin-

Ier. 10. 1. 2.

principatum aut poteſtatem in populum Iſraeliticum. Et redit ad ex-
ponendum, quod priùs admonuerat, de longè recedendo ab iſtis ſta-
vers. 3. tutis gentium, cùm inquit: *Quia ſtatuta populorum omnium vanitas &c.*
Argento & auro exornant eum. Sic dicitur: *Tanquam palma opere continen-*
vers. 5. *te ſunt, ne loquuntur quidem,* q.d. non habent in ſe ſpiritum moventem,
quantò minus rationalem, aut huic quid ſimile: *Ne timetote ab iis, quia*
non ſunt affectura malo; neque etiam benefacere, eſt penes illa. q. d. non ha-
bent potentiam bonum vel malum faciendi; quia ſunt corpora mor-
tua. Et paulò poſt inquit: *Nullus (par) tibi; ô Domine, maximus es, &*
vers. 6. *maximum nomen tuum potentiâ:* Loquitur de ſignis cælorum, (quæ eſt
ſecunda pars admonitionis) q.d. nihil ſimile tibi Domine, non corpo-
ra cæleſtia, neque etiam intelligentiæ ſeparatæ. Dicit autem *Maximus*
es, & maximum nomen tuum, ad indicandum, Deum eſſe magnum reſpe-
ctu eſſentiæ ſuæ, nec accipere eum influxum ab alio, ſicuti omnia iſta
exiſtentia ab eo accipiunt: atque hoc eſt, cùm inquit: *Maximus es.*
vers. 7. Poſt hoc autem ait: *Quis non te timebit Rex gentium? cùm in te conquieſcat;*
cùm maximus ſis in omnibus ſapientibus gentium, atque in omni regno ipſarum,
ex eo quod nullus par tibi. Hic verſus videtur valdè inconveniens eſſe;
cùm Deus non ſit in claſſe regum gentilium, eorumve ſapientum, ut
conferatur cum iis, juxta hoc dictum; ſed ſenſus eſt, quod, etiamſi re-
gibus gentium earumque ſapientibus non affulſerit lux divinæ legis,
tamen per ſtudium rationis cognoſcent atq; celebrabunt magnificen-
tiam & excellentiam Dei, ſicuti dicitur: *Quia ab ortu ſolis uſque ad oc-*
Mal. 1. *caſum magnum nomen meum in gentibus.* Hoc etiam modo dicit: *Quis*
non verebitur te Rex gentium? q. d. quis eſt ille Rex gentium, qui te non
timebit? te enim decet revereri, quia magna operaris; non verò cælos,
neque eos moventes. *In omnibus enim ſapientibus gentium, atque omni regno*
earum, nullus eſt ſimilis tibi. h.e. omnes ſapientes atque homines regno-
rum fatentur, non eſſe æqualem tibi. *Et unà obbruteſcunt, ac ſtulti fiunt,*
vers. 8. *eruditio vanitatum &c.* q. d. Omnes quidem gentium ſapientes in ne-
gotio primæ cauſæ fatentur de exiſtentiæ ejus excellentia; ſed eſt
טלסמאות * ſtultitia earùm in una re, videl. negotio mediatorum, quos inter ſe ac
creatorem conſtituunt, atque faciunt * imagines loquentes, ut dedu-
vers. 9. cant à ſuperioribus influxum. Atque hoc eſt, cùm ait: *Eruditio vanita-*
tum. Argentum extenſum ex Tharſi. Finis autem verborum ejus eſt: *Opus*
peritorum omnium iſtorum. q.d. non tantùm ſtolidi, plebei, ſed etiam o-
mnes ſapientes gentium in hoc negocio errant, videl. in conſtituendo
mediatores; Indicat autem propheta hunc craſſum eſſe errorem, cùm
vers. 10. ait: *Dominus verò Deus verus.* Atque jam edocui te, nomen Iod, He,
Vau,

Vau, He, tantùm de prima cauſa dici , nec communicari præter eum alteri ulli exiſtenti ; nomen verò אלהים uſurpari de gubernatore , qui in dominio præditus eſt infinitâ potentiâ. Sanè ſtatuerunt quidem ſapientes gentium , Deum eſſe neceſſariæ exiſtentiæ , juxta illud, cùm dicitur : *Nullus eſt (par) tibi* ; ſed non conceſſerunt,eum eſſe providentem , & gubernatorem in hoc inferiori mundo ; atque hinc non fecit mentionem nominis אלהים. Itaque propheta partem de iis confitetur, ſed addit verbis eorum,dicendo : *Dominus verò Deus verus eſt*. h. e. ille qui cum neceſſaria exiſtentia,eſt prȩditus potentiâ ac dominio,eſt
abſolutè verus. Et contra ſimulachra ait : *Eſt Deus vivens* : quia in iis v.10.
non eſt vita & ſenſus ; ſed in Deo Excel. Adverſus autem ſigna cœlo-
rum inquit : *Et rex ſempiternus, à cujus fervore commovetur terra,&c.* quia v.10.
ipſe eſt verus agens, atque gubernator in mundo. *A cujus fervore commovetur terra* ; non verò à ſignis cœlorum. Inſuper etiam ait : *Sic dici-
tote illis,&c.* linguâ Aramæâ dicunt interpretes prophetam idcirco lo- v.11.
cutum eſſe , quia Iudæos cum Chaldæis diſputantes Ieremias inſtruebat, quomodo iis reſpondendum eſſet linguâ Chaldaicâ; ſed appoſitũ eſt (ſi dicamus,) voluiſſe prophetam hîc illis tradere infallibilem demonſtrationem , cùm loquitur de deitate Dei ben. & quod exiſtentia ejus ſit neceſſaria , non verò contingens, ſicuti cœli, eoſque circumagentes ; cùm inquit : *Hoc modo dicitote illis* q. d. ſic affabimini gentes idololatras earumque ſapientes,quos commemoraverat, videl. Deum iſtum , qui non feciſſet cœlum ac terram , neque eſt cauſa eorum efficiens ac procreans , perdendum eſſe ſub cœlo h.e. ne colant eum : ſiquidem machina cœli ac terræ oſtendit, omnia iſta eſſe contingentia,
atque obnoxia * potentialitati , & nulla actu perfecto exiſtere , neque * כחניות
veritatem eorum eſſe abſolutam,ſicuti Dei,qui iſta effecit,atque creavit. En expoſitns eſt verſus, quem Rab adduxit , videl. *Dominus Deus veritas*, fuſiori explicatione,ad ejus intelligentiam conducente.

Et ſanè, quod præterea ex lege adducit Rab : *Tibi videnda ſunt exhi-* Deut.4.35.
bita,ut cognoſcas Dominum eſſe Deum ipſum, nullum amplius præter eum ; iſto expoſuit,non eſſe illic verum exiſtens præter illum ſolum; cùm tamen indubium ſit, in iſto verſu non extare vocabulum אמת h. e. *veritas*, ſed verborum ſeriem ibi oſtendere , cùm inquit : *Non eſt amplius præter eum* , non poſſe aliter explicari , quàm nihil eſſe in exiſtentia præter
Deum : multitudo enim entium eſt res † ſenſibilis : neque etiam o- † מוחש
portet exponere,nullum eſſe אלוה præter illum ſolum ; ſiquidem etiam intelligentiæ ſeparatæ vocantur אלהים ; & quomodo tum dici poteſt, non eſſe אלוה præter illum ? Hinc etiam videtur Rab hoc , cùm ait :

Non est amplius præter eum, referre ad istud, quod dixerat: *Quia Dominus est Deus*: quia nomen יי docet de existentiæ necessitate, & est nomen explicatum: nomen verò אלהים dicitur de præditis potentiâ ac dominio. Et juxta hunc sensum inquit: *Non est amplius præter illum*, videl. existens necessariæ existentiæ, præditum potentiâ infinitâ: etenim negotium de existentiæ necessitate consistit in actu absoluto atque perfecta veritate, quemadmodum dixi; propterea etiam ait: *Non est ibi verum existens præter illum solum*; nomen enim Iod, He, Vau, He, de veritate docet.

Scribit insuper Rab: *Ens hoc est Deus mundi, Dominus totius terræ, qui regit orbem potentiâ, carente fine ac termino, & virtute non cessante: orbem enim perpetuò circumagit: Fieri autem nequit, ut sine movente in gyrum agatur; iste verò est Deus ben.circumvolvens eum absque manu ac corpore:* Hactenus ille. Sensus est, quod, cùm articulus hic primus (ut scribit Rab initio verborum suorum) sit quoddam fundamentum legis, & basis scientiarum intellectualium, voluerit istum etiam exponere juxta sensum ac consequentiam versuum, quatenus ad legem spectat. Videtur indicare, hunc esse istum articulum, cùm Philosophi dicunt; hunc Deum mundi esse Dominum universæ terræ, & eum circumagere orbem q. d. istud ens, cujus negocium explicavimus juxta legem, hoc ipsum etiam expositum est per modum disputationis ac ventilationis; atque ideo quædam demonstrationes, quas adduxit in principio part. 2. lib. Moreh, pro existentia Dei, desumuntur ex mundo in genere, partiumque ejus unius cum altera harmonia; quædam verò ex generatione ac corruptione; aliæ autem ex motu orbis; atque hæc demonsttatio communis esse potest asserenti æternitatem, & credenti creationem: sicuti ibi Rab commemorat. Hinc etiam ibi ait: *Ens hoc est Dominus mundi*, videl. juxta demonstrationem, quam formaverat, ex mundi universitate. Dicit verò: *Dominus universæ terræ*, secundum demonstrationem, quam fecerat ex generatione atque corruptione. Ait autem: *Ille circumagit orbem*; juxta demonstrationem, quam fecerat ex motu cœlestium, secundum communem sententiam statuentium æternitatem vel creationem. Quia autem potentia infinita consistit vel in robore vel perpetuitate; hinc paulò post inquit: *Qui regit orbem potentiâ, quæ caret fine ac termino.* Exponit duas species infinitæ potentiæ: prima est, cum ait: *Potentia, quæ non habet terminum aut finem*: secunda species infinitæ potentiæ de tempore ac perpetuitate est, *quæ nunquam cessat.* En expositum hîc est, quomodo, cum Rab adducit de motu cœlestium, qui caret fine, istud concludat juxta sententiam Philosophi,

non

non verò legis noſtræ; neque eſt in eo abſurdum, quod iſta enarret in hac quæſtione juxta demonſtrationes ac ſententias philoſophorum.

Poſſumus etiam dicere potentiam, cujus Rab hîc meminit, eſſe infinitam tempore, ex parte poſteriori, h. e. ut quidem habeat initium, quod præteriit, ſed non finem aut terminum, quatenus futurum eſt; atque hoc ſenſu erit infinita. Dicit autem Deum ben. circumagere orbem, juxta opinionem aſſerentis, quod prima cauſa ſit primum movens; quia hoc etiam verum eſt ſecundum legem noſtram, quæ inquit:
Et Dominus ſtabat ſupra eam (ſcalam.) *Qui cœlis inſidet in auxilium tuum.*
Et Pſalmiſta ait: *Extollite eum, qui inſidet amænitatibus.* Item: *Inſidenti* *Gen.*28.13. *Deut.*33.26.
cœlis cœlorum antiquorum. *Pſa.*68.5.

Præterea ſcribit Rab: *Cognitio autem hujus rei eſt præceptum affirmati-* *v.*34.
vum; prout dicitur: Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex terra Æ- *Exod.*20.2.
gypti, è domo ſervitutis. Et quisquis ſibi imaginatur, alium eſſe Deum præter hunc, is violat præceptum negativum, quod inquit: *Non habebis Deos alienos coram me, & negat radicem, quia hæc eſt radix è qua omnes dependent*; Hactenus ille. Cùm autem ait: *Et cognitio hujus rei*; tum non reſpicit ad illud dictum. *Hoc ens eſt Deus mundi &c.* ſed ad illud, quod ſupra enarraverat de negotio neceſſariæ exiſtentiæ, quodque ex ſcripturis probaverat. Et jam ſuperiùs expoſui hanc loquendi formulam; nimirum præceptum eſſe, ut quæramus cognitionem omnium iſtarum rerum, ſcil. Deum eſſe primum exiſtens, & exiſtentiam largiri omni exiſtenti; atque eſſe neceſſariæ exiſtentiæ: & omne hoc dependere à ſcientia ac inſtitutione; doctrinam verò atque diſciplinam eſſe opus voluntatis & electionis; ac quod idcirco cadat ſub illud vox *Præcepti* ejuſque definitio, etiamſi iſta fides, quæ per ſcientiam ac inſtructionem in anima generatur atque producitur, comparata ſit abſque voluntate & libero arbitrio, quemadmodum etiam declaratum eſt in propoſitione 10. Sic quoque expoſui, quomodo Rab hoc præceptum conſtituat ex verſu: *Ego ſum Dominus Deus tuus*, quod vid. nomine Iod, He, Vau, He, indicetur neceſſitas exiſtentiæ: אלהיך verò doceat de potentia infinita, cùm videl. conjungitur cum nomine, * * ההויה
eſſentiali.

Poſtquam autem Rab commemoraverat præceptum affirmativum; quod in hoc eſt articulo, etiam recenſet præceptum negativum; cùm inquit: *Et quisquis ſibi imaginatur alium eſſe Deum præter hunc, is violat præceptum negativum*; Senſus eſt: Quisquis concipit Deum Iſraelis non eſſe neceſſariæ exiſtentiæ (ſicut dixerat) ſed alium Deum præter hunc exiſtere, is transgreditur præceptum negativum, & negat cum eo

 fun-

fundamentum primum, quod eſt articulus præſtantior omnibus articulis; ſiquidem omnes articuli ab eo dependent. Sanè,ſi ita eſt, non erit hoc negativum oppoſitum affirmativo, de unitate videl. quod ſit alius Deus præter eum,ſecundus ab eo; ſed affirmativum oppoſitum erit articulo primo commemorato; cùm nim. quis ſibi imaginatur, non eſſe hunc Deum verum primum exiſtens; ſed alium eſſe Deum præter illum; non verò inquit; præter illum ſolum, quia negat articulum primum, neque profitetur eum. Atque hoc eſt,cùm ait Rab: *Et negat radicem* q.d.non quidem in deitate adjungit ſecundum Deum, ſed negat fundamentum primum; quia deitatem à Deo removet, atque alteri applicat; vel non credit in mundo eſſe Deum, juxta ſententiam Epicuri. Et ſanè oſtendit hoc ex verſu: *Non habebis Deos alienos ante faciem meam*; quia, ut jam expoſuit Rab in lib Moreh par 1. cap.37. פנים *Facies* dicitur de exiſtentia; & juxta hoc inquit *Non habebis Deos alios coram me*: h.e. ne credas in alio exiſtente eſſe divinitatem reſpectu neceſſariæ exiſtentiæ atque abſolutæ veritatis: vel erit על פני
Pſal.102.26. phraſis de anteceſſione, ut e.c.לפנים, *Antequam fundaſti terram*. Sic cùm
Ruth.4.7. dicitur לפנים *Ante in Iſraele*. Dicit autem,ne aſcendat in mentem tuam eſſe Deum aliquem iſto priorem ulla ſpecie anteceſſionis; quia non eſt talis. Sunt autem ſine dubio אלהים אחרים dii, alii, h.e.qui poſteriores ſunt, ac conſtituti à Deo, quorum exiſtentia eſt poſt ejus exiſtentiam,non verò על פני h,e.prior ejus exiſtentiâ.

Vlterius ſcribit Rab his verbis. *Iſte Deus eſt unus,non binus, aut plures duobus, ſed unus, non juxta unitatem ſingularium, quæ in mundo deprehenduntur; nec unus ſpecie complectens multas unitates; neque unus corpore, quod eſt diviſibile in partes atque extrema; ſed ita unus,ut nulla unitas ejus ſimilis in mundo reperiatur.* Hactenus ille.

Poſtquam Rab expoſuerat articulum primum de exiſtentia Dei neceſſaria, recenſet etiam articulum 2 de unitate ejus, idque idcirco, quia ſub unitate ejus duæ res continentur: prima,quod non ſit binus, neque habeat ſocium in deitate; altera, quod nulla ei inſit multiplicatio aut compoſitio rerum: haſce duas ſententias commemorat Rab in articulo unitatis. Cum enim inquit: *Hic Deus eſt unus, non verò binus aut plures duobus*; tum attendit ad primum negotium, videl.Deum non habere ſecundum aut ſocium in deitate: cùm verò ait: *Sed ita unus, ut nulla unitas ſit ſimilis ejus unitati &c.* tum reſpicit ad ſecundum; atque de hoc inquit: *Neque unus ſpecie, ut complectatur multa individua; nec unus corpore, quod eſt diviſibile in multas partes ac dimenſiones*: quia omne corpus eſt diviſibile,atque idcirco, Vnum eſſe nequit; quoniam in plures diſtingueretur.

Inſu-

Inſuper ſcribit : *Si plures eſſent dii, iſti eſſent corpora ; quia ſimiles conſtituti in ſuis eſſentiis , non eſſent diſtincti à ſe invicem niſi accidentibus, quæ inveniuntur in corporibus. Et ſi creator eſſet corpus, haberet finem ac terminum : cùm autem non ſit corpus , etiam non habebit finem : ſiquidem omne præditum fine aut termino , limitatam ac determinatam habet potentiam. Cùm autem Dei noſtri, cujus nomen ſit benedictum, potentia non habeat terminum, neque ceſſet : (ſiquidem perpetuò orbem circumagit,) non erit potentia ejus corporalis. Quapropter cùm nec ipſe ſit corpus , etiam corporum accidentia in eo non occurrent ; ut ſit diviſibilis aut ſeparabilis ab alio. Itaque non niſi unus eſſe poterit, & cognitio hujus rei eſt præceptum adſirmativum, quod ait: Dominus Deus noſter Deus unus eſt.* Hactenus ille.

Senſus eſt : poſtquam expoſuerat Rab negocium unitatis, voluit etiam idem demonſtrare per rationem , atque in ea formavit medium terminum ex remotione corporeitatis ; quia hoc negocium atque unitatis ſunt una res, atque ambæ neceſſariò deducuntur ex neceſſitate exiſtentiæ. Hinc etiam inquit : *Si eſſent plures dii* , neceſſariò ſequeretur ut eſſent corpora : quia res non ſunt ſimiles in ſuis eſſentiis diſtinctis una ab alia , niſi per accidentia ; ut ſi dicas : Rubenem differre à Simeone, quatenus unus eorum eſt albus, alter verò niger ; unus longus alter brevis. Et ſi confiteamur creatorem eſſe corpus obnoxium accidentibus , certè habebit finem ac terminum : corpus enim in ſua longitudine non poteſt eſſe infinitum : ſi autem eſt corpus finitum , tum neceſſariò potentiâ ejus erit finita : quia, (ſicuti expoſitum eſt in lib. 8. Schemah,) in corpore finito non poteſt eſſe potentia infinita. Et paulò poſt : Cognoſcimus autem potentiam Dei eſſe infinitam , idque manifeſtum eſt ex motu orbium , quos perpetuò circumagit ; h.e. ex principio creationis, quod ſemper circumvolvitur, neque unquam ceſſat à circumgyratione ; etiamſi mundus atque motus eſſet æternus , nihilominus neceſſariò ſequeretur Deum eſſe infinitæ potentiæ ; unde etiam conſequitur eum non eſſe corpus , nec potentiam in corpore, ſiquidem non eſt infinita in tali potentia. Hæc eſt probatio, quam adfert Rab pro negotio unitatis.

Quod ſi dicas, iſtam rationem non complecti duas unitatis ſpecies, quas recenſuerat : cùm inde , quod ſolus circumagat orbem, non ſequatur, non duos eſſe Deos, aut plures duobus : & cur non formavit argumentum ſuum ut comprehenderet etiam , eum ſimili ratione non eſſe compoſitum. Vide verba ejus, cùm inquit : *Et ſi creator eſſet corpus, haberet finem ac terminum* : Senſus eſt ; ſub hoc continetur ſecunda ſpecies unitatis, atque inde colligitur ; eum non niſi unum eſſe poſſe.

 Poteris

Poteris etiam difficultatem movere in eo, quod ait Rab : *Si multi dii eſſent, iſti eſſent corpora, quia diverſi à ſe invicem non numerarentur, niſi per accidentia quæ occurrunt in corporibus.* Nam certè deprehendimus multitudinem ac numerum in intelligentiis à materia ſeparatis, atque in animabus etiam poſt mortem, ex ſententia fidelium; & quid prohibet, quo minus tales ſint dii? Sed reſponſio in promptu eſt, Rab ſentire juxta opinionem Avicennæ, numerum in ſeparatis, (intelligentiis) eſſe in eo, quod una eſſet cauſa, altera verò effectus illius : Et licet juxta ſententiam Averrois una ab alia differat per propriæ perfectionis gradum; tamen non ita ſe res habet in divinitate, ut ſint res æquales in gradu divinitatis. Animæ autem à ſe invicem diſtinguuntur per ſcientias, quas mediante corpore ſibi compararunt; ita ut variatio corporum, ſit quaſi cauſa illarum diverſitatis; non verò ejuſmodi eſt negotium divinitatis. Hinc etiam ait Rab : *Quod ſi conſtituantur æquales in ſuis eſſentiis, non erunt diſtincti, à ſe invicem.* Num autem ſententia Avicennæ de intelligentiis, vel Averrois, qui iſti contradicit, vera ſit, non eſt hîc locus examinandi : uti etiam de propoſitione, cum aſſerit, omnem potentiam exiſtentem in corpore eſſe ſimpliciter finitam; quia corpus eſt finitum multum enim in eo latet ſubtilitatis: & in lib. Hamadah, iſtæ res adducuntur rudi Minervâ, abſque ſubtili examine, juxta ſcopum libri.

Probat autem Rab præceptum unitatis ex verſu: *Audi Iſrael, ego ſum Dominus. Dominus Deus noſter Deus unus eſt*; quia Deus præcipit attentionem, h.e. intellectionem ac cognitionem iſtius, quod videl. י׳י אלהינו h.e. *Dominus Deus noſter*, ſint nomina, quæ denotant neceſſitatem exiſtentiæ atque potentiam infinitam, neque quorum nullum alicui competit niſi exiſtenti uni. Iam autem manifeſtum eſt ex Metaphyſica, non poſſe neceſſitatem exiſtentiæ eſſe niſi in uno : hinc etiam poſtquã dixerat *Dominus Deus noſter*, iterat nomen, & inquit, י׳י *Deus unus eſt.*

En expoſuit hîc Rab articulum ſecundum, videl. unitatem; ac tertium ſcil. remotionem corporeitatis; quia ambo iſti ſimul apprehenduntur. Idcirco etiam, cùm adducit ex ſcriptura probationem de unitate tantùm, tum eodem modo probationem etiam adfert de remotione corporeitatis; atque hoc eſt cùm inquit : *Certè manifeſtum eſt ex lege ac hagiographis, Deum ben. non eſſe corpus &c.* Deinde viſum eſt ei removere dubia, quæ in hoc articulo occurrunt ex literali ſcripturarum ſenſu; atque ait, hanc ibi ſubeſſe cauſam, quod lex loquatur more humano; atque iſta, quæ in verbis prophetarum occurrunt, in viſione prophetica obtigiſſe.

Hoc

Hoc est totum negotium istius capitis atque generalis ejus diductio; neque visum fuit omnia declarare, sed quod propriè spectabat ad solutionem dubiorum 24, 25, & 26. ut per istud solverentur, quod in explicatione verborum ejus exposui.

CAPVT XXI.

De solutione reliquorum dubiorum in articulis.

AD dubium XXVII. seu VII. ex iis quæ movi contra istud, quod constituat Rab unitatem ac remotionem corporeitatis articulos; cum sint res, quæ necessariò consequuntut ex articulo primo, de necessitate existentiæ, subque eo continentur. Respondeo & dico, (quemadmodum in propositione IV. expositum est,) ex 13 istis articulis, quos fecit Rab ad fundandam legem Dei, revera partem horum contineri sub parte illorum; & sic articulum 2, 3, 4. comprehendi sub primo; Visum autem esse Rab omnes istos constituere articulos, ac unumquemque separatim recensere; quia non tantùm pro sapientibus, tempora cognoscentibus, istos articulos constituerat, sed pro quolibet populi ordine, à puero usque ad senem. Et quia essent eximia fidei dogmata in excellenti gradu, hinc separatim eos recensuit: atque jam vocavit eos Rab in lib. Moreh insignes quæstiones; & commemorat ibi existentiam Dei, ac unitatem; remotionem corporeitatis atque creationem mundi. Atque ob hanc rationem recensuit in numero articulorum ista fidei dogmata in comment. Misnæ, uti & in lib. Hammadah.

Ad dub. XXVIII. vel VIII. ex iis; quæ movi videl. quare constituat Rab simpliciter resurrectionem mortuorũ articulum; cùm potius sit articulus, credere resurrectionem mortuorum (extare) in lege, sicuti cùm ajunt in Misnah cap. 11. fol. 90. *Qui asserit resurrectionem mortuorum non esse in lege.* Idem quoque scribit R. Selomo Iarchi in expositione sua ad istud Misnæ: *Etiamsi quis credat propter traditionem aut rationem, futuram esse resurrectionem, sed dicat, non extare in lege, tamen est apostata, nec habet partem in futuro seculo. Quid enim nobis cum fide ejus, si non confiteatur, eam in lege extare?*

At ego ad illud respondeo ac dico, non quadrare expositionem Selomo Iarchi (maneat honor ejus in suo loco) cum ratione vel phrasi Misnæ. Non cum modo argumentationis: Notum enim est articulum resurrectionis mortuorum non apprehendi per rationem; siquidem juxta principia naturalia intellectualis demonstratio eam negat.

Et, si ita est, non poterit dici, hominem per modum rationis, credere resurrectionem mortuorum. Et sanè per traditionem cognoscitur, articulum ejus in lege extare, vel perspicuè, vel allegoricè. Propterea etiam visum fuit Rab Majemonidi dicere : *Qui asserit, resurrectionem mortuorum non esse ex lege*: non quod intentio ejus sit, negare tantùm in lege eam extare, atque ejus existentiam confiteri propter rationem vel traditionem ; sed mens ejus est, non credendam esse resurrectionem mortuorum propter intellectualem rationem, siquidem huic rei ratio contradicit : Neque etiam dicere voluisse, *ex lege*, quia hoc superat intellectum, quæ nos in isto radicavit ; sed sapientes nostros tantùm pro lubitu suo (absit & pax) istud confinxisse ; atque hoc modo voluisse ipsum obstinatè negasse hunc articulum, dicendo non esse resurrectionem mortuorum in lege, h.e. non manifestò apparere ex consequentia versuum ; & si ita est, non esse fidem traditam : & cùm nec hoc conveniat cum ratione ; necessariò consequi, non esse hanc veram fidem. Et sanè ex annotatione Gemaræ liquet, hanc esse intentionem Misnæ, videl. absolutè negare resurrectionem ; idque ex eo apparet ; quia ad istud Misnæ dicunt : *Hoc autem omne quare ita se habet? Tradit. qui negat resurrectionem mortuorum, idcirco non habebit partem in resurrectione mortuorum.* En exponunt, sensum istius; cùm ajunt: *Non esse resurrectionem mortuorum ex lege*, esse absolutè negare resurrectionem mortuorum ; non verò negare tantùm, quod habeatur ex lege, juxta verba R. Selomo Iarchi: idcirco etiam fecit Rab Majemon veriorem hanc sententiam separatim articulum.

Certè, si ita se res habet, soluta sunt 28 dubia, quæ movi contra verba magni Rab in articulis ac præceptis istis, quæ in libris suis constituit ; atque manifestum est ex verbis meis, omnia dicta oris ejus optimè convenire, nihilque in iis contorti aut perversi esse, & 13 istos articulos quos recensuit, constituendos esse in classe articulorum, juxta doctrinam in iis intentam, sicuti enarravi.

CAPUT XXII.

De examine reliquarum opinionum inter sapientes de articulis.

IAm exposui omnes articulos ac fundamenta, quæ adducit Rabbi Chasdai, contineri in articulis Rab Maimonidis ; atque etiam quædam dependere à præceptis specialibus, quæ non oportuisset in classe articulorum constituere ; sicut extat in propositione 7 : quædam etiam,

etiam, si propiùs consideres, non esse fundamenta legi divinæ propria, quatenus est divina: quia hoc etiam commune habet cum aliis legibus naturalibus ac positivis; veluti est liberum arbitrium, & quæ præterea ibi adducit; jam verò demonstratum est in propositione 8, debere articulos legi divinæ esse proprios, quatenus est divina; non verò communes alteri legi. Articulos autem, quos enumerat Rab Majemon, postquam benè de iis institueris examen atque judicium, deprehendes proprios esse legi divinæ, quatenus est divina.

Et certè tres sunt articuli, quos constituit autor libri Hikarim, & judicat de iis esse intentionem Misnæ, cùm inquit: *Et illi non habent partem in futuro seculo: Qui asserit, non esse resurrectionem mortuorum in lege, quia intendit negare ac falsum reddere prœmium & pœnam Dei. Et qui ait; Legem non esse à Deo:* (qui est secundus articulus:) *atque Epicureus, qui negat existentiam Dei.* Vbi propius ejus articulos expenderimus, deprehendemus, quod non possint ab errore ac lapsu vindicari. Facit enim fundamentum primum, quod Deus sit existens; unde etiam necessariò emergit dubium primum, quod contra Rab movit R. Chasdai. Sic etiam constituit legem cœlestem genus prophetiæ, atque excellentiæ prophetiæ Mosis; ac inquit hæc sub illa contineri: cùm tamen revera existentia prophetiæ, generatim sumpta sit genus de legis veritate, & lex cœlestis species, quæ sub ea comprehenditur. Et jam ipsemet in lib. suo tract. 1. cap. 4. hoc dubium animadvertit; Sed non rectè solvit illud: quia etiamsi eo modo lex cœlestis numeraretur articulus, quo eum constituit, nihilominus manebit in seipso articulus; quæ etiam sententia est Rab, cùm inquit: *Lex, quam hodie habemus, unica est via recta & selecta.* Sic etiam in articulo præmii ac pœnæ, cùm ait; providentiam ac scientiam sub eo contineri: cùm nullum sit dubium, quin providentia sit genus; præmium verò ac pœna species. Quod autem ad suam sententiam stabiliendam adducit Misnam, ibi non est intentio, sicuti ille judicat, resurrectionem mortuórum non esse genus præmii ac pœnæ; Quare enim esset genus, & sub ea comprehenderetur scientia ac providentia, uti & alia magis universalia illis? neque etiam Epicureus tantùm negat existentiam Dei, sed etiam omniscientiam ejus ac providentiam; uti & præmium atque pœnam, quemadmodum exposuit Rab in lib. Moreh, aliisque in locis. Atque hoc totum evincit, non esse numerum articulorum, quem constituit sapiens, accuratum.

Iam etiam animadverti quendam existimare, non nisi unicum articulum constituendum esse in lege videl. *Existentiam Dei,* vocatque eum

receptionem divini regni. Atque hæc ſententia eſt autoris Hilchoth gedolot, quemadmodum apparet ex verbis ejus, quæ ſupra cap. 18. enarravi. Iudico autem, quod illud hauſerit ex verbis Rab, cùm in principio lib. Hammadah, inquit: *Fundamentum fundamentorum & columna ſcientiarum, eſt cognoſcere, quod ſit ibi primum exiſtens &c.* Exponit, hoc fidei caput eſſe fundamentum reliquorum fundamentorum; &, ſi ita eſt, tantùm eſſe primum fundamentum totius legis. Sed iſtud non ſatisfacit; quia hac ratione, poſſet homo credere exiſtentiam Dei, & reliqua omnia capita negare, ſi non conjuncta eſſent alia fundamenta cum primo fundamento. At aliquis cogitabit, etiam hoc modo non niſi unicum eſſe articulum divinæ legis, videl. *Legem eſſe à Deo*; quia in ea omnes articuli continentur atque exponuntur. Sed ſi hoc ita eſſet, tum hic erit articulus ſuiipſius, ſcil. articulum legis divinæ eſſe, *legem eſſe à Deo:* abſurdum autem eſt, aliquid eſſe articulum ſuiipſius.

Si quis autem ſeligat cum judicio articulos, in lege divina conſtituendos; is non niſi unum articulum, videl. *Creationem mundi*, conſtituet: hæc enim eſt radix ac fundamentum, cui innititur lex atque ejus capita, omniumque iſtorum fides, ſive de narratione primæ creationis, ſive etiam de hiſtoriis patriarcharum, atque operibus prodigioſis ac miraculoſis; quæ nullum habent locum niſi cum fide creationis. Sic etiam fidem omniſcientiæ, providentiæ; præmii ac pœnæ ſecundum præcepta, non poterit homo perfectè credere, niſi etiam credat univerſalem ac voluntariam mundi creationem: quemadmodum etiam expoſuit Ramban initiò commen. in legem; ubi inquit: *Creatio autem mundi eſt radix omnis fidei.* Sic quoque ſcribit Rab part. 2. c. 14. Moreh, *Procul dubio fides, creationis mundi, eſt fundamentum legis Moſis mag. n. ſuper quem pax, & eſt ſecundus in ordine articulus de unitate; quia etiam pater noſter Abraham incepit revelare hanc ſententiam, ad quam ſtudium eum deduxit: hinc etiam vocavit Deum, Dominum mundi. Hanc etiam ſententiam indicavit, cum affatur illum: Deus Altiſſimus, qui poſſidet cœlum.*

En manifeſtum tibi redditur ex verbis iſtorum ſapientum, fidem creationis eſſe eximium legis noſtræ articulum: & video iſtud benè convenire cum materia articulorum legis; non verò exiſtentiam Dei, unitatem ejus, atque remotionem corporeitatis, & reliqua: de iis enim occurrit demonſtratio; neque ſunt legi divinæ propria, quatenus eſt divina; ſed in iis etiam conveniunt reliquæ leges ac ſcientiæ. Per fidem autem creationis creduntur reliqua fundamenta, ſive plæraque eorum, eſtque eorum demonſtratio; quemadmodum expoſuit Abubechar in libro ſuo Chai ben Ikthan. Et de hoc fortaſſe docet ſcri-

ptura,

ptura, cùm ait initio legis. *In principio creavit Deus cælum & terram.* Nam prima dictio רסית significat תחלה *initium, primordium, & articulum atque radicem*; q. d. Debet homo audire omnia verba legis cum illo initio, radice & unico principio, videl. Deum creasse cælum ac terram; & post istud principium adducit historias creationis ac patriarcharum, & præcepta & reliquas res: hæc enim fides fuit legis principium & radix constituta per traditionem & fidem in exordio legis, [illegible] tane omnia verba ejus, juxta rationem principiorum.

CAPUT XXXIII.

De expositione commodioris sententiæ in hoc instituto.

ISTud, quod verum, fixum atque appositum huic quæstioni esse credo, est, quod isti homines, qui apud nos integri sunt, scil. Rab ma. & qui eum consecuti sunt, non attulerint ista, ut constituerent articulos & fundamenta in lege divina; sed tantùm ut sequerentur methodum sapientum populorum in suis libris. Videbant enim in omni scientia naturali radices & fundamenta, quæ non oportet negare, aut in dubium vocare; nec teneri autorem istius scientiæ ea demonstrare, aut veritatem eorum confirmare, quatenus est professor istius scientiæ. Sunt autem principia recepta, quæ jam demonstrata sunt in alia scientia magis universali, istam præcedente; vel in Metaphysica, quæ antiquissima est, & prior omnibus scientiis; cujus principia ex seipsis sunt manifesta. Atque hinc est, ut, si quando homo dubitaret de aliquo axiomate istius scientiæ, istudque negaret, demonstrarent illud atque probarent per generalia ista principia, utpote quibus tota illa scientia innitebatur, & de quibus non erat controversia movenda sapienti: nec æquum erat de iis contendere, num essent in ista scientia; quia erant in ea recepta, quæ jam in alia scientia generaliori exposita fuerant, vel in seipsis manifesta. Atque hoc modo desumebat Physicæ principia ex Metaphysica, ac Musicæ ab Arithmetica.

Posteriores autem sapientes populi nostri, qui immixti fuerunt gentibus, lectione librorum & cognitione scientiarum earum edocti fuerunt de earum operibus; atque consuetudinem & meditationes earum transtulerunt ad legem divinam; ut cum ajunt: *Quomodo concinnant gentes suas scientias, nonne constituendo principia & radices, quibus innituntur? Sic ego quoque faciam in dispositione articulorum, ac fundamentorum legis divinæ.* Sed, meo judicio, nulla videtur esse in probatione comparatio: gentes enim, cùm scientias & libros suos composuerint

ſubſidio inveſtigationis ac rationis & ne ingenium ipſorum teneretur implicatum expoſitioni iſtorum anticipatorum, hinc opus habuerunt conſtituere principia recepta, quæ admitteret ſtudioſus iſtius ſcientiæ, neque de iis exigeret demonſtrationem aut probationem; exponuntur autem iſta principia in alia ſcientia magis univerſali; vel in ſeipſis ſunt manifeſta tanquam primæ notiones. At verò legis divinæ modum Deus adaptavit, atque dedit populo ſuo per traditionem ac fidem, juxta id, quod neceſſarium judicabat ad ejus perfectionem: hinc non opus fuit hoſce fidei articulos ſtatuere magis radicales, quàm illos; aut has traditiones magis quàm illas; aut confirmare veritatem hujus magis, quàm illius; ſiquidem omnia ſunt ab uno paſtore data.

Tum etiam, quia non eſt lex alia vel ſapientia aut ſcientia divina generalior aut antiquior lege noſtrâ, ut ex ea deſumamus ejus principia, ubi etiam demonſtrantur ac ſtabiliuntur.

Ego verò ut reſpondeam ex animi mei ſententia, dico, totam legem divinam in ſua fide eſſe veritatem, omniaque præcepta lata eſſe à Deo, & æqualem eſſe certitudinem ac ſtabilitatem in omnibus fidei dogmatibus, atque omnibus præceptis, tam magno quàm parvo, & tam hujus quàm illius (violationem) mortem mereri. Hinc etiam crediderim, non eſſe legis divinæ conſtituendos articulos aut fundamenta in negocio fidei, ſiquidem tenemur quidvis credere, quod in lege ſcriptum eſt, nec licet nobis vel minutiſſimum de ea in dubium vocare, ut ſtabiliamus hoc per iſtos articulos ſeu radices. Sive enim quis neget aut in dubium vocet rem minutiſſimam, ſive maximam ex fidei articulis atque hiſtoriis, quæ in ea (lege) occurrunt, is erit hæreticus aut Epicureus: in fidei enim dogmatibus atque hiſtoriis legalibus, non eſt veritas unius præſtantior alterius veritate. Dicunt in cap. Chelek fol. 99. *Docent magiſtri, quod iſte vilipendit verbum Dei, qui aſſerit legem non eſſe à Deo. Alius docet: quod is etiam verbum Domini contemnit, qui affirmat totam legem eſſe à Deo, præter aliquem verſum, quem non locutus ſit Deus, ſed Moſes proprio ore. Dicunt: Hic etiam verbum Domini vilipendit; qui dicit legem eſſe à Deo exceptâ hac particulâ, vel ſententiâ: pariter hic & iſte ſpernit verbum Domini.* En expoſuerunt iſtis verbis, quod nihil poſſit homo in lege divina negare, & verbum nos obſtringat, ut credamas iſtud tanquam negocium principiorum in ſcientia ejuſque inveſtigatione; ſed quod teneatur quilibet filius Iſraelis quamlibet partem, ſive magnam, ſive parvam, recipere. Neque eſt diſcrimen inter eum, qui in genere negat legem, atque aſſerit legem non eſſe à Deo; ac inter eum, qui negat partem ejus eſſe hunc verſum, vel ſectionem, vel ſententiam, aut

ſimile

ſimile quid. Atque idcirco narrant ibi, quod Manaſſe filius Hezekiæ ſederit, ac ſcrutatus ſit in faſciculis calumniarum, ac dixerit: *Non iſtud erat ſcribendum à Moſe; & ſoror Lothani, Thimna;* hinc etiam judicarunt, eum eſſe apoſtatam ac Epicureum. Sic quoque ſcripſit Rab in comment. Miſnæ in recenſione articulorum, articulo 8, ſeu legem eſſe à Deo, his verbis: *nullum autem diſcrimen eſt inter (verſum)* Filii Chuz Cham & Miztraim; *atque inter* Ego ſum Dominus Deus. *Item,* Audi Iſrael Dominus Deus noſter Deus unus eſt, *Omnia ex ore Dei ſunt, & tota lex integra, vera ac ſancta eſt.* En ipſe ore ac labiis ſuis fatetur, non eſſe in lege divina fidei dogmata conſtituenda in gradu radicum; ſiquidem quilibet legis poſſeſſor tenetur ea recipere, atq; alia dogmata, de quibus poſſet dubitare: quia obligatus eſt omnia iſta admittere, & credere, quod ſint divina veritas; non verò in dubium vocare, aut de aliquo eorum contendere.

Et ſi ita ſe res habet in negocio fidei, ut non ſint in eo conſtituendi articuli aut fundamenta; etiam ſimiliter in materia præceptorum non oportet partem horum facere magis radicalem, & majoris dignitatis, quàm partem iſtorum; etiamſi inveniamus majoris momenti eſſe præcepta generalia de rebus inter hominem ac Deum, vel inter hominem ejuſque proximum; veluti eſt memoria diei latæ legis, ac recordatio exitûs ex Ægypto; item facere rectum ac bonum; uti &, *Dilige proximum tuum ſicut teipſum.* Iſta autem non recenſuerunt autores, & ne quidem unum ex iſtis, in claſſe articulorum. Et quomodo nos diſcrimen ſtatuimus in examinatione præceptorum; atque hanc partem præ illa ſeligimus? Et certè in Miſna ajunt: *Æquè cautus eſto, in ſervando præcepto levi quàm gravi; neſcis enim, quodnam præmium maneat præcepta*: Avoth cap. 2. Quomodo autem, ſi ita ſe res habet, facimus, nos differentiam, & conſtituimus hoc in gradu radicum, iſtud verò in gradu ramorum?

Et jam poterimus dicere pro Rab M. illum non intendiſſe, facere articulos aut fundamenta è præceptis legis: quia non conſtituit in claſſe eorum aliquod præceptum activum; quemadmodum commemoravi: neque etiam in negocio fidei conſtituit iſta articulos, ad indicandum, quod iſtos fidei articulos magis teneamur credere quàm alios: Sed intentio ejus fuit, dirigere homines, qui non ſunt ſolidè fundati in ſcientia legis, nec didicerunt, aut operam dederunt, quantum illis neceſſe erat. Quia enim illi non poſſunt aſſequi, aut comprehendere omnia fidei dogmata & ſcientias, quas lex divina continet; hinc ſelegit Rab ex omnibus fidei dogmatibus, iſtos 13. fidei

articulos magis generales, ut compendiosè doceret ista, quæ habent eas doctrinas, quas propositione 5 enarravi; siquidem receptione istorum axiomatum perficiantur omnes homines;atque etiam plebei. Atque ob hanc rationem vocavit eos radices ac fundamenta juxta judicium discipuli audientis; non secundum veritatem in se se. Atq; jam illud ipsum ostendit Rab ubi post enumerationem istorum articulorũ scribit; quemadmodum initio hujus dissertationis adduxi. Et idcirco non commemorat Rab ma. istos articulos in lib. Moreh, ut ibi accuratè tractet de fide legali, sed recenset eos in comm. Mischnæ, (quem fecit in juventute sua) quia constitutio articulorum convenientiam habet cum vulgo atque elementis doctrinæ Misnicæ; non cum iis, qui propriè subtilitates in cognitione legis scrutantur; siquidem pro iis compositus sit lib. Moreh. Et si hæc fuit ejus sententia, tum ejus propositum atque opus accepta fuêre apud Deum.

Certè R. Chasdai & autor lib. Hikkarim atque alii post illos, voluerunt ista sumere juxta literalem sensum, ac constituerunt ista fidei dogmata in gradu radicum & fundamentorum, tanquam principia scientiarum; sicuti enarravi. Meo autem judicio videtur hic magnus esse error atque lapsus: quia etiamsi concedatur, magnum esse discrimen inter fidei dogmata, atque unum altero juxta gradũ objecti esse superius; cùm quædam sint de substantia creatoris, atque alia de intelligentiis separatis; nonnulla de orbibus, aliisque rebus; num tamen idcirco existimabimus, unam istorum fidem esse articulum aut fundamentum, alteram verò non? Omnium enim istorum fides vera est, & ratione veritatis omnes sunt articuli, super quos fundata est lex divina: quia, cùm homo vel minutissimum ex iis negat, aut falsitatis arguit, idem est ac si diceret, legem non esse à Deo. Cùm autem ita se res habeat, ut concidat lex divina per eversionem unius vel historiæ, vel scientiæ aut fidei, quæ in ea occurrit, necessariò sequitur, omnes historias, dogmata, scientias atque præcepta, quæ in lege extant, & quodlibet istorum esse articulum & fundamentum; non ut credamus hoc de una parte, istud de altera.

Veritatem autem hujus sententiæ ista demonstrant; si quædam in lege divina essent radices atque articuli, æquum fuit, ut in statione in monte Sinai, in decalogo, (quem locutus est Deus ad populum suum) recenseret, & constitueret istos 3, articulos ut audirent ac observarent omnes istos, atque reciperent Iudæi, pro se ac semine suo. Iam verò ex 13, istis articulis, quos Rab recenset, nullus occurrit in verbis decalogi, nisi unus tantùm, aut duo, juxta sententiam Rab.

Si

Si etiam quidam articuli aut radices eſſent in lege divina , meminiſſet eorum initio legis ; quemadmodum principia aut radices ſcientiarum conſtituuntur in earum exordiis,(ſicuti etiam commemoravi in ſectione: *In principio creavit Deus cælum ac terram* ; iſtud poſſe explicari, de articulo aut fundamento legis eſſe creationem mundi quàm initio legis commemoravit:) ſed cùm videamus,nullos recenſeri in exordio legis articulos aut radices ; uti nec in ſtatione in monte Sinai ; neque in decalogo ; manifeſtum eſt, nullos eſſe articulos aut fundamenta.

Quia , ſi eſſent in lege radices aut articuli , tum graviùs eſſet puniendus , qui iſta negat , quàm qui alia verba negat , quæ in lege occurrunt : poſtquam autem hoc ita non eſt , (æquè graviter enim plectendus eſt , qui negat leviſſimum inter præcepta aut minimum verſiculorum , ac is qui negat : *Ego ſum Dominus Deus tuus,* vel præceptum unitatis,)manifeſtò evincitur , non extare in ea (lege) quædam in gradu articulorum vel radicum. Atque juxta hoc ajunt ibi in cap. Chelek ad paragraphum iſtum : *Qui aſſerit legem non eſſe à* Deo. *Dicit R.Eliezar Hamodæus : Qui prophanat ſancta, & vilipendit feſta, atque evertit fœdus patris noſtri Abrahami , neque rectas revelat in lege expoſitiones ; etiamſi fuerint in manu ejus converſio atque bona opera , non tamen habebit partem in futuro ſeculo.* Sic etiam in Gemara commemorant præterea alia : *Qui in publico pudefacit vultum proximi ſui , atque vocat eum agnomine,* ac ſocium ſuum onerat ignominiâ.* Cauſſa autem iſtius non eſt, *כנוי uti exiſtimavit mag. Rab,in commen.Miſnæ,quod ejuſmodi opus faciat, qui præditus eſt vili animâ , utpote quæ nullam habet perfectionem , ut apta ſit futuro ſeculo &c. quiſnam enim contemptus in iſtis rebus major erit quàm in aliis, quas non recenſent ? Sed cauſa ibi eſt, quòd omnia in lege præcepta & virtutes atque ſcientiæ ſint divinæ : qui enim minutiſſimum ex iis omnibus negat eo reſpectu , ut aliquid ex lege exſtirpet , aut eam falſi arguat , non dignus eſt, ut filius ſit futuri ſeculi.

Si eſſent in lege articuli aut radices , quomodo non commemorarent iſtas ſapientes l. m. magis enim conveniſſet illas recenſere atque explicare in loco iis proprio, quàm illud facere in legis præceptis, atque morali doctrina patrum. Cùm enim illi ante nos viam planam reddiderint , quomodo hoc non animadverterunt, neque mentionem fecerunt articulorum aut fundamentorum , ut iis crederet homo , atque per ea viveret ?

Hinc manifeſtò apparet, non conveniſſe in ſapientia ſua Sapp. l. m. de conſtituendo articulos aut radices in lege Dei ; cùm tota ſit divina

veri-

veritas; nec ſint in ea hæc fidei dogmata magis fundamentalia aut radicalia, quàm illa.

CAPUT XXIV.

De dubio primo, quod occurrit in hac ſententia, ejuſque ſolutione.

IAm verò poſſet quis dubitare, de hac ratione atque dicere, ſapientes l.m. conſtituiſſe articulos legis divinæ in iſta prima Miſnah fol. 90.cùm ajunt Chelek: *Quilibet Iſraelita habebit partem in futuro ſeculo*; ſicuti dicitur. *Et omnis populus tuus juſtus ſemper hæreditabit terram. Iſte verò non habebit partem in futuro ſeculo, qui aſſerit non eſſe reſurrectionem mortuorum ex lege; & legem non eſſe à Deo; atque Epicureus. R. Akiba inquit: Etiam qui legit in libris *hæreticorum, atque incantatione utitur in* (ſanatione) *vulneris, ac* inquit: *Nullum morbum, quo mortui ſunt in Ægypto, immittam tibi. Abba Schaül dicit: Etiam qui pronunciat nomen* (Tetragrammaton) *cum ſuis literis.*

Eſa.60.21.

* חצוניים.

Exod.15.20.

In Gemara quoque (interrogant:) *Hoc autem cur omne ita ſe habet? Tradit: Quia, qui negaverit reſurrectionem mortuorum, is non habebit partem in reſurrectione mortuorum*: Deus enim eadem *menſurâ retribuit.* Videtur autem ex verbis eorum, in lege eſſe articulos ac fundamenta; ſiquidem dicunt, quod qui negat iſta non habiturus ſit partem in futuro ſeculo. Sic etiam mag. Rab in comment. ſuo, Miſnæ adducit 13 articulos, quos recenſet; ac inquit: *Locus hic videtur appoſitus ad recenſendum eos.* Ego autem propius examinando iſtud Miſnæ movi in eo difficultates, quarum nullam omnino movit R. Salomo Iarchi in ſua explicatione, vel mag. Rab in comment. Miſnæ: & mihi viſum fuit iſtas commemorare eaſque ſolvere ſecundum ingenii vires; & per hanc reſponſionem diluetur prius dubium.

Difficultas prima in eo eſt, quod in Miſna dicant: *Omnis Iſraelita habebit partem in futuro ſeculo*: vocabulum enim Chelek *partis*, non convenit iſti loco. Sed potius dicendum eſſet. *Omnis Iſraelita habebit partem futuri ſeculi*: vel, *eſt filius futuri ſeculi*: aut, *hæreditabit vitam futuri ſeculi*; vel *deſtinatus eſt ad vitam futuri ſeculi*: Et quid ſibi voluerunt phraſi חלק?

Difficultas ſecunda eſt: cur exponatur iſtud Miſnæ: *Non habebunt partem in futuro ſeculo*, per negationem, non verò neceſſariam affirmationem, videl. *Et illi habent partem in futuro ſeculo?* Si enim intentio hujus dicti eſſet conſtituere radices ac fundamenta, quæ tenetur fide ample-

amplecti quilibet legis poſſeſſor; æquum fuiſſet, ut ponerent atque explicarent iſtos articulos; ut iis crederet homo, perque eos viveret, ac haberet partem in futuro ſeculo; quemadmodum expoſuerunt iſta fundamenta in negocio iſta negantis, cùm inquiunt: *Quinam illi ſunt, qui non habent partem in futuro ſeculo?* Sic enim fecit mag. Rab in ſuis articulis, cùm explicat articulos iſtos, quos tenetur quilibet legis diſcipulus credere, ut promereatur vitam futuri ſeculi; & cùm admonet negantem, ne in oppugnatione iſtorum delinquat.

Tertia difficultas. Quare tantùm ſex res in Miſna recenſeant? ut, qui captus eſt corruptelis earum, non habiturus ſit partem in futuro ſeculo; tres ex claſſe fidei, videl. *Qui aſſerunt non extare in lege reſurrectionem mortuorum, & qui contendit legem non eſſe à Deo; atque Epicureus*; tres verò practicas vid. *Qui legit in libris profanis; & qui incantationem uſurpat in curatione vulneris*; juxta opinionem Haxiba: ac qui *pronunciat nomen*(Tetragrammaton)*cum ſuis literis*, ex ſententia Aba Saul. Non autem commemorant alios fidei articulos de unitate Dei, creatione mundi, omniſcientiâ, providentiâ, præmio ac pœna, atque adventu liberatoris: nec inter peccata enumerant alia etiam peccata, veluti, idololatriam, adulterium, & ſi quæ præterea ſunt.

Quarta difficultas eſt de anteceſſione vel*conſecutione, quæ occurrit in illorum enumeratione. Primò enim commemorant: *Qui negat reſurrectionem mortuorum*; deinde verò; *Qui negat legem eſſe à Deo*, & poſt iſtud, *Epicureum*: At verò in Gemara exponunt Epicureum de contemptore ſapientum: nullum verò eſt dubium, quin ſit vocabulum Syriacum, de iis uſurpatum, qui ſectabantur Epicuri ſententiam, qui fuit Philoſophus quidam, negans exiſtentiam Dei, atq; alia capita de unitate, omniſcientiâ atque providentiâ, quemadmodum ſcripſit Rab in lib. Moreh cap. 14. part. 2. In Gemara autem explicant iſtud de contemptore diſcipulorum ſapientum; quia nullus homo dubitat, exiſtentiam Dei ex ſeipſa eſſe: cognovimus enim iſtam per traditionem ac demonſtrationē ex ore ſapientum. Qui verò contemnit diſcipulos ſapientum, qui exiſtentiam Dei omnibus hominibus exponunt, ac notam faciunt, is certè negat exiſtentiam Dei, atque hinc vocatur *Epicureus*. Quod cùm ita ſit, difficultatem injicit ordo iſtorum fidei articulorum, in Miſnah conſtitutus: oportuiſſet enim primò recenſere *Epicureum*; deinde, *qui aſſerit legem non eſſe à Deo*; ac poſtea, *qui contendit non extare in lege reſurrectionem mortuorum*. Atque hoc modo fecit mag. Rab, qui ultimo recenſet articulum de reſurrectione mortuorum.

* איחור

Pp Diffi-

Difficultas quinta in eo eſt, quod in Gemara interrogent de eo, qui negat reſurrectionem mortuorum. *Quare autem hoc omne ita ſe habet?* h. e. Quare tam gravis ejus erit pœna, ſicuti in Miſnah commemorant? Non verò invenies in Gemara, quod de aliis rebus quærant; cùm magis interrogandum eſſet de eo, qui incantatione utitur in (ſanando) vulnere; & qui pronunciat nomen (tetragrammaton) cum ſuis literis; quare videl. propter iſta non ſit habiturus partem in futuro ſeculo: ſiquidem pœna illa ſit valde inconveniens, ac gravior nec peccato proportionata.

Dico autem ad ſolutionem iſtorum, iſtud Miſnæ indicare nobis; quemlibet Iſraelitam ſive pauperem, ſive divitem in præceptis habiturum partem in futuro ſeculo: quia, cùm præſtat aliquod præceptum, quod eſt in poteſtate ejus, merebitur ſummum ſpirituale præmium. Sic etiam ajunt cap. 1. Hauoda zara fol. 17. ad iſtum, qui quærebat. *Quisnam futurus ſum in vita futuri ſeculi?* Reſponderunt: *Venitne aliquod præceptum à manu tua?* ad indicandum, quod præſtando unicum præceptum, ſicuti decet, acquirat vitam futuri ſeculi: adeo ut in traditione eorum Hirurin, cap. 2. fol. 19. extet his verbis; *Qui non eſt circumciſus gehennam hæreditabit.* Ac propterea dicunt: *Quilibet Iſraelita habebit partem in futuro ſeculo*; atque eſt generale ſtatutum de omnibus populis, quod vid. omnis, qui appellatur nomine Iſraelis, merebitur vitam ſpiritualem.

Quia verò iſtud præmium juſtorum non æquale erit, ſed unuſquiſque juxta opera ſua eſt recepturus, quemadmodum etiam inquiunt: *Vnicuique honorem exhibebunt juxta dignitatem ſuam,* hinc dicunt: *Habebit partem* h. e. vel magnam, vel parvam; omnibus modis æqualem benedictionem accipiet à Deo, juxta opera ſua, atque habebit aliquam portionem de ſummo præmio. Demonſtratur autem hoc ex dicto prophetæ. *Et omnes populares tui juſti in æternum hæreditabunt terram,* q. d.
Eſa. 60. 21. cùm totus populus Dei ſit in gradu juſtorum, etiam hæreditabit terram vitæ, h. e. futurum ſeculum.

Poterit etiam iſtud, cùm ajunt, *habebit partem in futuro ſeculo*, exponi de anima rationali: quia impii in vita ſua vocantur mortui, atque anima eorum perdenda eſt cum ignominia corporis, neque habitura eſt immortalitatem vel æternitatem; at verò filii Iſraelis, cùm ſint juſti per fidem ac legem ſuam, habent partem diſpoſitam ac ordinatam ad hæreditatem futuri ſeculi. Quia autem pars intellectûs aut animæ eſt futura ſtabilis, æterna atque in perpetuum permanſura, hinc dicunt: *Habebit partem ad futurum ſeculum,* non verò ajunt, *in futuro ſeculo,* cum ב. Atque hîc ſoluta eſt prima difficultas.

Et

Et certè non tenebantur ſapientes l. m. declarare iſtud : qui nam habituri eſſent partem in futuro ſeculo; & articulos, quos oportet credere, ut iſtud hæreditemus: jam enim iſtud præſuppoſitum erat in principio Miſchnæ, videl. Omnes Iſraelitas habituros partem in futuro ſeculo. Atque hoc demonſtrat iſtud, quod jam ex ſententia mea enarravi,ſcil. non opus eſſe articulos in lege divina conſtituere, quos credat quilibet Iſraelita,ut mereatur vitam futuri ſeculi; quemadmodum ſcripſit mag. Rab. & qui eum ſecuti ſunt, ſiquidem tota lex, ac quilibet in ea verſus, & quælibet dictio atque litera eſt articulus ſeu radix, quam oportet fide amplecti. Hinc etiam affirmant, ad conſequendum futurum ſeculum, non neceſſarium eſſe homini, niſi ut ſit ex filiis Iſraelis,ambulantibus in lege Domini;atque idcirco præmio ornabitur, ac *juſtus fide ſuâ vivet*. At verò in Miſnah opus habebant iſtud *Habac.* 4. 2. declarare; quia etiamſi dicatur, omnem Iſraelitam habiturum partem in futuro ſeculo, nihilominus tamen ab eo jam excluſerant peccantes cum propoſito; uti etiam, qui contendunt reſurrectionem mortuorum non extare in lege; neque legem eſſe à Deo, atque Epicureum: cùm enim ſunt ex rebellibus Iſraelitis jacturam facient maximi boni, nec merebuntur futurum ſeculum.

Recenſent autem tria iſta fidei dogmata atque peccata, non verò alia; quia,qui negat fidem legalem,is non ſalvabitur. Eſt enim negatio ejus vel de ſtatuto Dei,dantis ei legem; atque ſequitur opinionem Epicuri, qui negabat exiſtentiam,unitatem, potentiam, ſcientiam atque providentiam ejus, uti & retributionem ejus; ac contemnit & ſubſannat diſcipulos ſapientum, qui iſta fidei dogmata indicarunt. Vel eſt negatio ejus de ipſiuſmet legis ſtatuto, cum ait, legem non eſſe à Deo; quia etiamſi confitetur exiſtentiam Dei, & unitatem ejus, atque reliqua deitatis capita, tamen negat legem Moſis divinam eſſe ab ipſo Deo ex cœlis. Sive eſt negatio ejus de recipiente ſtatutum ſeu homine, cùm negat ejus immortalitatem, atque ait: non eſſe reſurrectionem mortuorum in lege, h. e. animam vel potentiam corporis perire cum corporis deſtructione, nec habere immortalitatem aut reſurrectionem poſt mortem. Atque idcirco exiſtimat non extare in lege promiſſa ſpiritualia animæ, ſed bona corporalia: & hoc ipſum oſtendere,non eſſe nobis(exſpectandam)reſurrectionem mortuorum; quia naturalis ratio ei contradicit; cùm lex de eo nos non confirmet, ſequi,non eſſe hanc fidem veram aut rectam.

En expoſitum eſt, quomodo in Miſna tres iſtæ recenſeantur negationes, ut juxta rationis diſtinctionem, vel ſint contra legis latorem,

torem, vel contra recipientem eam, (legem) vel etiam contra ipſammet legem.

Commemorant autem in Miſnah primò negationem contra recipientem: quia homo ſibi ipſi proximus eſt; idcirco etiam primò indicat, quomodo qui hanc negat, ſibiipſi ſit noxius; ſiquidem punienda ſit anima ejus poſt vitam. Deinde etiam recenſet ſecundam negationem intermediam, videl. de legis divinitate. Poſtremò verò negationem de ſtatuto Dei, ut, cùm inquit: *& Epicureus.*

At verò R. Haxiba aſſerit, non ſolùm expulſum iri à vita futuri ſeculi, cujus ſententia fuerit ſimilis Epicuri opinioni; ſed etiam qui legerit in libris hæreticorum, (quemadmodum in Gemara exponunt) talis erit ejus pœna, poſtquam declinaverit ad opinionem hæreticorum, atque animus ejus deflexerit à Domino: atque inquit, hoc quaſi addendum eſſe in negocio Epicurei. Ac inſuper ait: non tantùm ob negationem legis, cùm videl. aſſerit legem non eſſe à Deo, negando divinitatem ejus, aliquem vocari כופר *abnegatorem*; ſed etiam, qui contemnit eam, ac incantationem uſurpat in vulneris (ſa-
Exod. 15.26. natione) atque pronunciat (iſta:) *Nullum morbum, quem poſui Ægyptiis immittam tibi. Quia ego Dominus ſanans te,* non habiturum partem in futuro ſeculo; quia, etiamſi non neget ejus divinitatem, tamen vilipendit eam. Atque jam expoſuerunt in Gemara, hoc idcirco eſſe, quia nomen Dei cum ſputi ejectione commemorat, & reliqua ad legis divinæ contemptum tendentia, ſiquidem cum legis corona ſervitium præſtat. Hoc autem etiam comprehenditur ſub negatione; quia, ſi verè ac integrè crederet, legem eſſe à Deo, iſti reverentiam ac honorem exhiberet.

Poſſumus etiam exponere, qui incantatione utitur in vulneris curatione eſſe ſimilem neganti reſurrectionem mortuorum. Qui enim incantat ad (ſanandum) vulnus exiſtimat ſe ſpiritu labiorum ſuorum in vitam poſſe revocare mortuos ac ægrotos. Eſt autem hoc negatio, quia jam ſapientes l.m. dixerunt cap. 1. Tahanith fol. 2. clavem reſurrectionis mortuorum non traditam eſſe in manum legati, cùm Deus dicat: *Ego morte afficio, ac vivifico; percutio & ego ſano.*

Et certè Aba Saul, quia vidit R. Haxiba aliquid addere duabus primis negationibus, videl. reſurrectionis mortuorum & Epicureiſmi; hinc etiam voluit aliquid adjungere negationi tertiæ, ſcil. legem non eſſe à Deo; atque aſſeruit, non tantùm à voluptate futuri ſeculi excluſum iri, qui apertè adſtruit, legem non eſſe à Deo, aut irreverenter eam habet; ſed etiam, qui aperit arcana ejus de rebus divinis ac ſancto no-

cto nomine, non habiturum partem in futuro ſeculo; atque hoc eſt, cùm inquit: *Etiam qui pronunciat nomen* (tetragrammaton) *cùm ſuis literis.* Exponunt in Gemara etiam de eo, qui interpretatur illud linguâ exoticâ extra ſanctuarium; ſiquidem is promit arcana nominis Dei; quod non fit niſi ab eo, qui eſt ex claſſe Epicuri, aut aſſerentium legem non eſſe à Deo. Quia gloria nominis ſancti vilis redditur, cùm ſermone peregrino extra locum ſanctuarii profertur.

En manifeſtum eſt R. Haxibam & Aba Saul non loqui niſi de rebus, quæ convenientiam habent cũ negationibus primis, quas ibi recenſet primus doctor, quæque continentur ſub negatione de reſurrectione animarum, & divinitate legis, gloriâ & fide divinâ, deque nominibus ſanctis: (horum abnegator) non habebit partem in futuro ſeculo. Et ſanè reliquorum peccatorum pœna in lege conſignata eſt, nec qui hęc committit, orbatus eſt vita ſpirituali; ſed qui iſta negant, atque oppugnant, quemadmodum commemorant. Atque per hoc ſoluta eſt 2, 3, & 4, quæſtio.

Dicunt autem in Gemara de illo, qui negat reſurrectionem mortuorum: *Hoc autem omne cur ita ſe habet?* quia is negat manifeſtò exiſtentiam Dei ejuſque divinitatem, ideo non hæreditabit futurum ſeculum; hoc enim præmium largiturus eſt Deus diligentibus ſe, ac obſervantibus nomen ejus. Sic etiam non oportet eum, qui contendit legem non eſſe à Deo, futurum ſeculum poſſidere; cùm enim non habeat homo viam eò deveniendi, niſi per medium legis, quomodo, qui negat eam, merebitur præmium, ex ea promanans? Sed, qui negat reſurrectionem mortuorum, h.e. qui credit exiſtentiam Dei, unitatem ejus, remotionem corporeitatis, ac creationem mundi, omniſcientiam ejus; providentiam ac retributionem ejus; atque legem eſſe æternam ac divinam; eminentiam Domini noſtri Moſis, atque reliquos omnes articulos, nullo excepto; niſi quod credat, mortuos non reverſuros eſſe ad vitam; cur ejus pœna tam magna eſt, ut propterea non ſit habiturus partem in futuro ſeculo, & merita atque fides omnium iſtorum dogmatum collapſura ſit, nec per ea recepturus ſit ultimam mercedem? Huic autem dubio, quod fecerunt in Gemara, perſimile formavit autor libri Hikkarim contra Rab Maimon, ideò quod conſtituat reſurrectionem mortuorum articulum; quemadmodum expoſitum eſt ſuprà cap. 3, & 5, hujus libri. Non verò loquitur de iis, qui legunt in libris hæreticorum, aut incantatione utuntur in morbi ſanatione, ac nomen Dei (tetragrammaton) cum ſuis literis pronunciat; quia iſta ſunt de primis negationibus, quas recenſet, ſubq; iis comprehendun-

henduntur, quemadmodum planum feci. Reſponſio autem Gemaræ eſt, illum non habiturum partem in reſurrectione mortuorum, qui negat reſurrectionem mortuorum. Atque per hoc ſoluta eſt 5 difficultas.

Per iſtud autem ſeculum futurum intelligitur hoc loco, vel mundus animarum, quem ſtatim homo poſt mortem meretur : vel tempus reſurrectionis mortuorum; aut ultimum tempus, quod veniet poſt reſurrectionem ac diem judicii. Quomodo verò iſta pœna correſpondeat culpæ, in eo multum eſt ſubtilitatis, atque ventilarunt iſtud excellentes mundi (homines :) ego quoque de hac diſſertatione fuſiùs egi in libro Tzedek Holamim, quem compoſui.

Atque hinc apparet nobis hoc omne, videl. non conſtituiſſe Rab in Miſnah radices de legis materia, nec ad iſtas attendiſſe; ſed per modum admonitionis recenſuiſſe negationes, quæ hominem à vita futuri ſeculi arcent. Huic etiam ſimile dicunt in cap. 1. Roſch haſchanah fol. 17. *Sed hæretici & relapſi ad idololatriam, ac Epicurei, delatores, & qui negant reſurrectionem mortuorum atque legem, ac qui ſe à viis ſynagogæ ſepararunt, & ephoros ſynagogæ qui volunt timeri, quique peccant atque faciunt multos peccare, ſicuti fecit Ieroboam filius Nebeth, ejuſque ſocii, deſcendent in gehennam, ibique in æternum judicabuntur*, &c. Manifeſtum autem eſt, hæc non recenſeri ideo, quòd ſint articuli aut fundamenta legis; ſed quia ſint enormia peccata ac perverſa opera, quæ mentis oculos excæcant, atque evertunt animam, ut idcirco homo ejiciendus ſit ex adoptione hæreditatis ſanctorum, quæ eſt vita futuri ſeculi. Atque per hoc ſolutum eſt omne dubium, ac fixa manet mea ſententia, quam in negotio articulorum conſtitui.

Atque hoc eſt, quod volui in hoc diſcurſu exponere.

Laus verò & gloria ſit Deo excelſo ac benedicto in ſecula ſeculorum. Amen, Amen.

I N-

INDEX

Rerum præcipuarum libro Maimonidis & notis ad eum contentarum.

Cibus

N.

O.

Onias

IN-

INDEX

Materiarum libro Abravanelis contentarum.

ERRATA crassiora in textu Hebræo.

ימהוייב leg. מחוייב p.2. not.2.l.5. בפי cum abbreu בפי' p.25.not.18.l.7. ואעפ cum abbr. ואע"פ p.28. not.2.l.3. כבבו leg. סבבו p.32.not.9.l.6. בעילה leg. בעולה p.55.not.3.l.2. ממטה leg. ממשה p.88.not. l.13. Præcepti leg. percepti p.13.not.1.l.7. demotæ sunt. leg. tardius circumeunt. p.32.not.9.l.6. Fueit leg. fuerit. p.56.not.5.l.3. Ex maimonidis. leg. ex loco Maimon. p.57.not.5.l.20. *Similis erat*, leg. *opinabatur*. ib.l.ult. *Tirucidati* leg. *trucidati*. ib.not.6.l.1. *Dscipulus* leg. *discipulus*. p.72. not.27.l.5. *cuti* leg. *cute* p.81.not.9.l.3. oberationis leg. oberratlouis. p.111. l.14. accedenda leg. accendenda. p.124. not.4.l.7. Indicaria leg judiciaria. p.134.l.22. *succitabit* leg. *suscitabit*. p.144.not.4.l.11. diffetatur leg. differatur. p.145.not.4.l.12. de dele p.148.not.5.l.6.

In secundo scripto hæc corrigantur.

Est me leg. in me. p.5. lin. ult. *tam* dele p.6.l.21. fundametum leg. fundamentum. p.8.l.pen.

Cætera quæ occurrent errata, præsertim à cap. 13. usque ad finem. lector eruditus per se facile emendabit, eaque absentiæ auctoris à prælo benignè condonabit.

FINIS.

de fundamentis
ed) # 9051

MAIMONIDES M. - Constitutiones de
fundamentis legi.

(Vorstius ed.)

